82

MSS (from the Library of Sir Thomas Phillipps)

Saints – Liber in Vitas

250 pages

526



John Frederick Lewis

526 · MSS Ph

SAINTS.—LIBER IN VITAS (circa 212) **SANCTORUM PATRUM,** MS. of the Fifteenth Century, of German origin, plainly written in double columns on upwards of 250 pages, with titles rubricated, folio, boards, £2 1464

Incipit liber in vitas patrum

De beato Johanne et virtutibus eius quas operatus est fo. 1
De monacho qui in spelunca habitans quem demones penarunt 2
De monacho qui in sepulcro se clausit quem demones penarunt 3
De monacho cui divinitus panis preparabatur ad refectionem 4
De obitu beati Johannis et exhortacione fratrum 5
De sancto Appollen et narracione ipsius de virtutibus Johannis monachi 6
De beato pafimcio (?) et tribus viris quos nunc (?) dei acquisivit 8
De sancto helya in loco deserto 9
De pitirione abbate 10
De beato Eulogio presbitero 11
De beato Appollonio et virtutibus eius plurimis 12
De beato Amone qui draconem interemit 13 a
De sancto Compte et narracione eius 14
De beato patremucio 15
De beato heleno qui ignem in vestimento portavit illese 16
De beato Theone qui triginta annis silencii habuit observanciam 17
De sancto dyoscoro monacho 18
De sancto hor heremita 19
De multitudine monachorum et yringo (?) habitancium 20
De sancto Syrapione abbate 21
De sancto Appollonio martire 22
De situ et loco et monachis ibi habitancium 23
De sancto Amone cuius animam anthonius vidit ferri ad celum 24
De beato paulo simplice 25
De pionione presbitero qui vidit angelum nomina accedencium scribere 26
De Johanne monacho 27
De malcho captivo 28
De sancta pelagia 29
De sancta Eufrosina 30

De beato Johanne et virtutibus eius

Primum igitur tamquam verum
fundamentum nostri operis
ad exemplum bonorum omnium
sumimus Johannem qui
vere solus satis super que sufficiat
religiosis et devotis mentibus
ad virtutum culmen et ad perfectionis
fastigia concitare. Hunc ergo
Johannem vidimus in Thebaidis
partibus in heremo que adiacet
civitati Lico in rupe quadam
ardui montis commanentem.
Ascensus ad eum difficilis. A-
ditus monasterii eius obstructi
et clausi ita ut a quadragesimo
etatis sue anno usque ad nona-
gesimum quem tunc gerebat cum
eum vidimus in monasterium eius
nullus intravit. Advenientibus
vero per fenestram se videndum prebebat
et inde eis vel verbum dei ad edifi-
cationem vel si qua fuisset con-
solationis responsa reddebat. Ali-
ter tamen nulla ad conspectum quidem
eius accessit. Sed et viri rarius et
certis quibusque temporibus. Cella
sane hospitalis extrinsecus
fieri permisit in qua advenien-
tes e longinquis requiescerent
regionibus. Ipse intrinsecus soli
deo vacans. nec diebus nec nocti-
bus a colloquiis dei et oratione
cessabat divinum illud et quod
super omnem mentem est tota mentis
puritate conspectans. Quanto enim
se magis ab humanis curis
et colloquiis sequestrabat
tanto illi vicinior et propinquior
deus erat. Tantum enim mentis
sinceritate profecerat ut non
solum eorum qui adeunt sciam (?) eo-
rum que (?) et adimo (?) verum eciam
et eorum que futura erant prescientia
mereretur. Evidentem namque ei deus
prophecie graciam contulit ita ut non
tantum civibus et provincialibus suis
si forte peccarent futura prediceret

Van Ess
184

Phillipps MS
526

N

sed et imperatori Theodosio vel
quos bellorum eventus habiturus esset
vel quibus modis victoriam
caperet de tyrannis, sed et quot
irrupciones passurus esset
gentium barbararum sepe ei pre-
dixit. Quodam autem tempore
cum gens ethiopum Romanorum
militem circa Cyrenen que prima
est eorum Ethiopie partibus Thebai-
dis civitas incurrisset et
strages plurimas nostrorum
dedisset predasque diripuisset ve-
niens ad se Romano duci et
metuenti confligere cum eis pro
eo quod exiguus erat ei numerus militum
contra tantam innumerabilis
multitudinis stipatam catervam
Johannes de pugnandi die dixit
Perge inquit securus die enim
qua dixi et hostes prosternes
et spolia capies predamque
revocabis. Quod cum fuisset
impletum etiam Augusto carus
erat et acceptus quod futura ei
predixit. Sed et apud illum prophe-
cie gracia ita habebatur ut
magis illorum qui percontabantur
quam suis meritis ascriberet.
Dicebat enim non pro se hec
sed pro illis qui audiunt sibi
a domino pronunciari. Aliud
quoque valde mirum per eum dominus
ostendit. Tribunus quidam ad
augendam miliciam per gentes veniens
ad eum obsecrare cepit ut
permitteret eam coniugem suam
venire ad se. Multa namque
dicebat eam pertulisse pericula
ob hoc tantum ut faciem eius videret.
Quod ille negavit sibi umquam
moris fuisse videre mulieres
et precipue cum ipse in illius
rupis se inclusum sepelisset.
Cepit tribunus persistere ob-
secrando et affirmare quod nisi
videret eum esset sine dubio
peritura. Cumque iterum ac sepius
precaretur tribunus et causam

maritus sue coniugis confirmaret
futura atque inde interitu unde
salutem pervenerat acceptura.
Tam fidem quam importunitatem
eius aspiciens senior dixit
Vade inquit videbit me coniux
tua hac nocte non tamen huc
veniet sed in domo sua atque lecto
manebit. Post hec verba abscedit
vir ambiguitatem responsi in
pectore suo versans. Cumque hec
coniugi nunciasset nichilominus
mulier sermone fatigatur
incerto. Et ubi somni tempus
advenit astitit homo dei Johannes
per visum et assistens mulieri dixit
Fides tua magna est o mulier
et ideo veni ut desiderio tuo
satisfaciam. Te tamen moneo
ut faciem corporalem servorum dei
non desideres sed ut gesta eorum et actus
per spiritum contempleris. Spiritus enim
qui vivificat. Ista caro non pro-
dest quicquam. Ego autem non quasi
iustus aut propheta ut tu putas
sed pro fide viri intercessi pro vobis
ad dominum et concessit omnem tibi
morborum quam in corpore tuo sustines
sanitatem. Eritis enim ex hoc semper
sani et tu et vir tuus et benedicetur
omnis domus vestra. Sed et vos
memores estote beneficii dei
vobis collati et timete deum
semper. Et nunc amplius quam quod
stipendiis vestris debetur aliquid
requiratis. Sufficiat ergo tibi hec
per me visio in somnis et
amplius non requiras. Evi-
gilans autem mulier indicavit
viro suo que viderat queque
audierat sed et habitum viri et
vultum eius atque omnia expo-
suit. Cumque hoc miratus vir
eius ad hominem dei redit gratias
refert deo et accepta benedictione
profecit in pace. Alio quoque tempore
prepositus quidam militum venit
ad eum cuius uxor gravida
ab eo derelicta est domo sua
atque illa die qua ille ad Johannem

venerat partu eius periclita-
batur. Tunc sanctus homo dei dixit:
Si scires donum dei et quia tibi
natus est hodie filius, ageres
domino gracias. Sed scito matrem
pueri periclitantem. Videris tu
domum tuam et invenies eam jam sanam
sic septima hora et videbis et invenies
puerum septem dierum et vocabis
nomen eius Iohannem, quem nutries
in domo tua absque ulla communi-
one gentili septem annis. Post
pactis trade eum monachis
ad erudiendum sanctis et cele-
stibus disciplinis. Multis ad se
propria venientibus sive provincia-
libus sive peregrinis cum res po-
poscisset, et occulta cordis eorum
indicabat et si quid forte pecca-
averant in occulto fuisset admis-
sum secrecius corripiens argu-
ebat et ad emendacionem ac penitenciam
provocabat. Nili quoque fluminis
sive habundanciam esse futuram
predicabat. Sed et si pro offensa ho-
minum plaga aliqua et correpcio
a domino immineret similiter
predicabat. Sed et si forte pro offe-
sionum plaga aliqua et correpcio
a domino immineret similiter
predicabat. Et si quid cause esset
pro qua induceretur castigacio
designabat. Sanitates quoque
et curas corporum ita potenter
conferebat ut omnes populi iactu
ad fugeret. Non enim permittebat
incommodantes deferri sed bene-
dicens oleum dabat ex quo per-
uncti sani fiebant quantumque
in infirmitate tenerentur. ¶ Se-
natoris cuiusdam alicuius uxor
cecitate quam deprecabatur virum
suum ut eam perduceret ad hominem
dei. Cui cum respondisset vir
eius non ei esse morem viden-
di mulieres, rogabat eum ut
vel ipse pergens diceret ei tantum
imbecillitatis sue causam et de-
precaretur ut oracionem faceret pro
se. Cumque legacionem pertulisset

ad eum vir eius, orans et be-
nedicens oleum misit ad illam
ex quo perungens continuo
oculos suos in sanum recepit
et deo gracias egit. Sed multa
sunt eius gesta que narrare
longum est. Nunc obmissis hiis
interim que auditu cepimus
ad ea que oculis nostris inspe-
ximus veniamus. ¶ Septem
fuimus simul comites qui
ad eum venimus. Cumque salutassemus
eum, continuo nos leticia sus-
cepisset unumquemque nostrum
gratanter alloquitur. Rogamus
ut nobis oracionem simul ac
benediccionem daret. Hic enim
mos est apud egipcios mo-
nachos ut ubi venerint fra-
tres primo non sibi invicem
coniungunt. Interrogabat ergo
si quis ex nobis esset clericus.
Et ut omnes negavimus, re-
spiciens in singulos intel-
lexit inter nos esse quendam
qui honoratus erat ordine, sed latere
cupiebat. Erat enim dyaconus
hic nisi unus qui ei fidus
erat quoniam ipsi itineris co-
mites ignorabant. Usurus
enim etiam ac tantum vir hu-
militatis gratia celare voluit gra-
dus sui honorem ut inferior
haberetur et cunctis hiis similibus
se longe inferiorem iudicaret
indicabat. Sanctus autem Iohannes
ut eum vidit qui cum esset
adolescencior ceteris, digito
ostendens eum dixit: Hic inquit
dyaconus est. Et cum adhuc ne-
gare temptaret, apprehendens
eum manu sua osculabatur
et dixit: Noli fili negare
graciam dei ne menciaris pro
bono malum per humilitatem
mendacium. Cavendum namque
est omnimodo mendacium sive
pro malo sive eciam pro bono non
proferri videatur, quia omne
mendacium non est ex deo, sicut

salvator ait. Si male est et
ille his auditis quievit
blanditiasque eius cum exceptione
cognamine tulit. Et cum oracio-
nem obtulisset, unus ex
fratribus nostris terciano typo
gravissime vexabatur et
rogabat hominem dei ut cu-
raretur ab eo. Qui cum ait ad
eum: Rem tibi necessariam
cupis abicere. Ut enim corpora
nitro vel aliis huiusmodi medi-
camentis abluuntur a sordi-
bus, ita et anime a languoribus
aliisque huiuscemodi castigati-
onibus purificantur. Postquam
de his nobis multa predica-
vit spiritualiter disserere benedi-
cens tamen oleum dedit ei. Qui
perunctus egit omnem con-
tinuo humorem fellis evo-
muit et sanissimus redditus
pedibus suis diversorium re-
dit. Post hoc iubet officia
erga nos humanitatis atque
hospitalitatis compleri
et corporis curam geri. Ipse
vero sui negligens nichil per-
ceptus erit. Iam enim con-
tinencie usu et longa consuetu-
dine non recipere cibum nisi
ad vesperam potuit et tunc
exiguum. Erat autem attenuati
corporis et aridi pre abstinen-
cia. Capilli eius et barba
ex prolongiore nimio rari
et tenues ut pote quos nullus
sufficiens cibus nutriret
nec lavacrum aliquis humor
infunderet. Observabat enim
tunc nonagenarius ut super-
diximus etate ut nullum
per ignem paratum cibum sumeret.
Igitur post hospitalitatis offi-
cia regressis assidere
nos iubet et tunc demum
unde vel cur venimus in-

quirit. Cum iam letos nos et
omni cum gaudio tamquam proprios
suscepisset. Et nos respon-
dissemus quod de Ierosolimis ad eum
humilitatis et profectus animarum
nostrarum causa venerimus
ut ea que olim ad auditum
nostrum fama pertulerat ipsi
nunc oculis nostris cerneremus
quia in quibusdam tenacius solent
inherere memorie ea que
oculis viderit quam que auribus
audierit. Tunc sanctus Iohannes
quasi subridens cum hilaritate
cia hoc modo reddit ad nos:
Miror inquit admodum
dulcissimi pueri laborem
tanti itineris vos suscep-
isse cum nichil ad hoc dignum
in nobis videre possitis. Homines
enim sumus humiles et exigui
nichil habentes in nobis quod
vel expeti debeat vel mirari.
Et tamen eciam si esset aliquid
in nobis secundum opinionem vestram,
aliquid tale non legistis
in prophetis dei et apostolis qui
usque ab hoc in omnibus ecclesiis
dei recitantur ut exempla
vite hominibus prebeant et non
de longinquis et peregrinis locis
querantur, sed domi unus-
quisque et apud se habeat
quod debeat imitari. Unde
plurimum miror intencionem
vestram laborem et hoc studium
quo nos profectus anime vestre
causa tantis separare re-
giones tantosque labo-
res adire voluistis ad nos
eos [illegible] pigricia desidia que nos
constringat ut nec cellulas nostras
egredi audeamus. Verumtamen
putatis in nobis esse aliquid

quo proficere debeatis hoc
primum indicandum est ut hoc ipsum
quod venistis ad nos et tantum
laborem audiendi nos causa
suscepistis ne iactancie ali-
cuius habeat profectum sed ut
magis proficere ad animi
virtutem quam proferre et iactare se
uniusquisque vestrum velit pro eo
quod viderit eos qui apud alios
ex auditu solo cogniti viderent
Grave est iactancie vicium et
periculosum nimis quod de ipso
eciam perfectionis fastigio de-
icit animas Et ideo hoc vobis primum
cavere volo Est autem species
mali huius duplex quia Nonnullis
enim accidit in ipsis statim ini-
ciis conversacionis sue cum parvo
aliquid vel abstinencie impe-
derint vel pecunie in pauperes
erogaverint et tunc de eo ita sen-
tire debeat quod eo ipso quod aliis
necessaria impenderint quasi
sublimiores sint ita agunt
et senciunt quasi eciam minucio-
res sint illis quibus aliquid
largiti sunt Alia vero est
iactancie species cum quis ad
summam virtutem perveniens non
totum deo sed aliis laboribus et
studiis deputat et tunc ab hominibus
gloriam querit perdit eum quod a deo est
Cavete quod filioli in omni genere
fugiamus iactancie vicium ne
incurramus eum lapsum quem
dyabolus incurrit Si quis
ergo est qui se putat renun-
ciasse mundo et operibus dyaboli
non sufficiat ei renunciasse
ita ut possessiones et predia
cetera que seculi negocia non
requirit nisi eciam propriis
viciis renunciaverit et inutiles
ac vanas abiciat voluptates
Et ideo carissimi quam quidem

hoc elegistis ut deo placeatis
et ad caritatem eius perveniatis
date operam alienos vos ef-
fici ab omni iactancia ab omni
vicio animi. ab omnibus deli-
ciis corporalibus delicias autem
corporales non solum illas
putetis quibus homines sole-
fruuntur sed abstinenti deli-
cie credende omne quidquid
cupiditate sumpserit
Etiam si illud vile sit et
quod in usu eius habeat
abstinentibus Aqua denique
ipsa vel panis si cum cupi-
ditate sumatur et non necessi-
tate corporis sed ut animi
desiderio satisfaciat eciam ab-
stinenti delicie [illegible] addi-
citur Oportet enim in omnibus
compescere animam vicio de-
liciarum unde dominus doce-
volens animam desideriis et
voluptatibus suis resistere
dicebat Intrate per angustam
portam quia lata et spaciosa
via est que ducit ad mortem
Angusta autem et arta que ducit
ad vitam lata est via anime
cum qualicumque desiderio suo
satisfecit Angusta via est
cum voluptatibus suis repugnat
Multum tamen prodest ad ab-
stinendum severior habitacio et
conversacio solitaria quia
interdum pro occasione adven-
tancium fratrum ac [illegible]
frequencia abstinencie et par-
simonie frena laxantur
et [illegible] modi [illegible]
veniunt paulatim in consuetu-
dinem et usum deliciarum et sic
interdum eciam perfecti viri cor-
rumpuntur Ideo denique et david
dicebat Ecce elongavi fu-
giens et habitavi in deserto
et expectabam eum qui salvum
me fecit a pusillanimitate

spus et tempestate p(ro)pt(er) q(uo)d
aut nobis multa sancti
Iohannes de actimetie vir-
alysq(ue) q(uam)plurimis di-
xerit ad vitam mutulit
dis. Ideo dem aut q(ue)m
eciam nu(n)c eum d(omi)n(u)s frat(ri)b(us)
nris attribuit ut cauciores
nos prudencia constituat

**De monacho qui non deo
sed sibi laudem tribuit**

Fuit quidam apud nos
monachus in hac vicina
commanens heremu
In habitaculo spelunce fuit
vir summe abstinentie et mo
tidianum victum labore ma
nuum querens in orone diu
noctuq(ue) persistens cunctisq(ue)
animi virtutibus florens. Sed
hic letis successibus elatus
confidere quam in profectu
suo cepit non toto deo s(ed)
sibi met q(uod) profecerit de-
putare hac aut eius in-
tuens animum presumpcione
continuo temptator acce-
dit z laqueos parat. Simu-
lata namq(ue) die ad vesp(er)am fingit
in heremo speciem decore mu-
lieris oberrare. Deinde fes-
sa p(ro) nimium laborem acce-
dens ad hostium spelunce mo-
nachi lapsam inedia se simulans
ac fatigatam introiens
semetipsam proicit atq(ue)
advolutagenibus viri ut
sui misereret(ur) adorat dicens
Nox me infelicem in heremo
errantem comprehendit. Iube
ergo in angulo me requiescere
cellule tue ne forte effi-
ciar nocte bestiis preda
At ille misericordiis permo
tus eam recepit. Cumq(ue) in
spelunca requireret quomodo
errando p(er) heremum fuit

Illa causam fingit satis ar-
gute z inter ea venena bla
dimentorum atq(ue) illecebrarum
verbis p(ro)mere cepit monacu
comitis interserere. Tunc se
in sermonibus. Tunc etiam defen-
sione digna ostendens e
legancia ac suauitate
sermonis inclinat ani-
mum eius in affectu illecebro-
so amore deflectit. Hic etiam
blandiora colloquia iocis
risibusq(ue) conmiscebat. Manus
etiam protrahere ad mentum bar-
bamq(ue) ipsius venerandi senis pre-
tulit. Tunc vero palpans cervice
collumq(ue) demulcavit. Quid
ultra ad ultimum captivum du-
cit militem xpi. Continuo
enim perturbari intra semetipsum
et libidinis fluctibus estuare
cepit. Nequaquam laborum
preteritorum neq(ue) q(ua)m professionis
sue ac propositi memor pa-
scit(ur) enim cum cordis sui con-
cupiscencia z mente archana
cogitacionis sue scelus
cum falsa voluptate componit.
Inclinat stultus latera sua
et efficit(ur) sicut equus z mulus
quibus non est intellectus. Sed q(uod)
ubi obscene nos conubitum
mire amplexus illa ulu-
latu dire vocis emittens
umbra ut erat de manibus p(er)
manus amplectentis elabi-
tur pmiq(ue) dedecoris q(ue) cantibus (?)
nimis sceleris cum fedissima
irrisione deseruit. Tunc p(er) ista
multitudo demonum in aere
ad hac ipsum spectaculum congre-
gata clamore ingenti cum
cachinnis z probitatis elato
dicebant. O monache qui te
usq(ue) ad celum extollebas
quomodo dimersus es usq(ue)
ad infernum. Disce q(ue) in ma

qui se extollit humiliabitur.
Tunc ille velut amens effectus
decepcionis sue pudorem non
ferens quia de semetipso
decipitur quam fuerat a demo-
nibus ante deceptus. Cum enim
debuerat reparare semetipsum
et renovare et tamen satis-
faccionis sue et humilitatis
fructibus sicut apostolus dixit
tradidit se omni impudicicie
et iniquitati. Regressus est in
ad vitam secularem perdite demoni
factus. Refugit namque con-
spectum omnium sanctorum ne quis
posset eum salutaribus monitis
de precipicio revocare. Si enim
semetipsum post vite tale
stimeatte voluisset reddere
reparasset sine dubio et locum
cyrum sua demumque audite
quod et de alio gestum sit silicet
quidem temptatio set non subi-
positu temptacionibus suffuso

De viro penitenciam agen-
vit vir ter in sepulcra

quidam in hac proxima
civitate vitam ita spurcissimam
pro omne facinus ducens ita ut
opinatissimus in flagiciis ha-
beretur. Hic aliquando dei mi-
seracione compunctus ad proximam
veniebat et intra sepulcrum
quoddam recludens se corpus sce-
lerum polluciones lacrimarum
fontibus diluebat diebus ac
noctibus in facie prostratus
et non levare ad celum ausus
oculos neque vocem emittere
et nomen dei nominare set
in solis gemitibus et fletibus
perdurabat tamquam vivens se-
pultus in inferno iam quo-
dammodo mugitum cordis ge-
mitumque dabat. Cumque ibi hiis

compositio septimana una transisset
noctu venit ad eum demones
in sepulcro clamantes dicentes
Quid est quod agis o impurissime
et flagiciosissime. Postquam
omni spurcicia venereque impu-
ritate saciatus es. Nunc christi-
anus videri vis et pudicus
et penitens quasi vero aliquid
tibi iam velut possit dari
locus pietatis in nullis nisi
ille qui tu a nobis debetur.
Veni ergo nobiscum es talis
iam esse non potes. Quid
magis ad nos redi quod
superest temporis in fruendis
voluptatibus non perdas. Parati omnes
tibi affluentes deliciis
parant scorta nobilissima
et cuncta talia quam flore tibi
possint ~~parare~~ reparare gra-
tissime invenitur. Et te-
metipsum vanis et inanibus
affligis cruciatibus. Et temet-
ipsum ante tempus suppliciis
tradis. Quid enim aliud es
passurus in inferno nisi
hoc quod nunc tu metipse
inficias. Cum temetipsum
consumis. Si te penitet de-
lectat expectata paululum
et invenies pacem nunc inter
vim fruere muneribus nostris
que dulcia et grata semper
deposisti hec et huiusmodi plura ex-
probrantibus eis ille tace-
bat immobilis nec auditu
quidem sunt cometens ad eos
nec ullum penitus sermonem
respondens. Cumque illa se-
pius eadem repeterent et illa
durarent nec ille omnino moveretur
in furore prolapsi demones
ubi viderunt vires sua con-
temptum verberibus eum ceperunt

aggressi sunt et multis eum sup
pliciis excruciatum semivivum
reliquerunt. Hic tamen et tot tantis
que cruciatibus membris saltem
potuit a loco nisi in quo
orationis causa iacuerat. Po
stera die quidam suorum requi
rentes eum semivivum. Dum
taxat gratia dei invenerunt eum
penis incredibilibus afflictum
et causam percunctantes cum di
dicissent ut cure gratia reportarent
se ad domum propriam pateretur
abnegat et in eadem permanet
loco. Tertia vero et sequenti nocte
repetentes demones gra
vioribus eum verberibus cruciant.
Sed nec sic quidem moveri vo
luit loco, melius esse dicens
se in morte subire quam velle
demonibus obedire. Tertia
nichilominus nocte multitudo
convenit demonum et absque
ulla misericordia irruentes
in eum omnibus penis cruciatibus
que consciunt. Cumque iam corpus
defecisset in suppliciis extre
mis, tamen spiritus obsistebat
impiis demonum. Quod ubi
impii viderunt, exclama
tes voce magna dixerunt:
Vicisti, vicisti, vicisti. Et
mox velud a virtute quadam
celitus effugati precipites
abscedunt nec ultra ei quip
pie artis aut sceleris in
tendunt. Ipse vero in multis
virtutibus annis perfecit vita
et nectus moribus effectus est,
atque ita divina gratia repletus
ut omnibus hic virgo quasi de celo eum
lapsum videret et unum esse ex
numero crederet angelorum. Omnes
pene simul atque uno ore
dicentes hic est mutacio dextere
excelsi. Veniat quoque exemplo
eius qui iam desperaverit
rursus ad spem salutis erigi

sunt et ad emendacionem sui. Quod
prius desperaverat per semetipsum,
Veniat ad imitacionem eius de
ipso iam inferno peccatorum re
tracti sunt et ad virtute in dolore
reparati. In illo namque tanta
in mutacione commisso omnibus
omnia visa sunt possibilia. Non
solum enim emendacio morum
florebat in eo et assumpcio vir
tutum, verum eciam gracia dei plu
rimum ei collata est. Signa
enim et prodigia que ab eo facta sunt
quantum apud deum habuit meriti
testabatur. Tantum humilitatis et
compunctionis bona bonorum omnium
meritis preterit. Iam desperacio et
elacio intitulis et mortis causa
est. Ad effugiendum non periculum vel
lapsum et requirendam dei graciam
atque spiritus diuinitatis evidencio
re noticiam capiendam plurimum
prodest severior compunctio.
Ceterum interioris huius Cre
ros non tam verbis quam re
bus ipsis et exemplis docere me
lius puto.

De monacho cui de celeste pane quotidie prouidit

Vir quidam monachus qui in
heremo hac quoque secretis
meditacionibus habitabat hic cum
plures annos in abstinencia per
durasset et profectus tempore
ipse iam ad senilem etatem ve
nisset omni virtutum flore ador
natus atque summe abstinencie
magnitudine sublimatus cum
orationibus et ympnis sedulo deo
serviret tanquam emerito
militi suo donativa remuneraciones
dominus prebuit utpote qui in cor
pore adhuc positus ad instar
angelorum vite celestis officiis
fungeretur. Et dignum iudicans eum
celeste regi per vigilibus pre
stolabatur occultis volens ergo
deus eam in hoc seculo remunerare
suum fidelem positum ad providencie
sue sollicitudinem quotidianum
victus ei reportat aurum ut

cum sibi ipsum proposuisset vespere
vero ingrediens speluncam suam
inveniebat super mensam panem
suppositum mire suavitatis atque
candoris. Ex quo refectus gratias
divine gracie referens rursus ad
ympnos et oraciones convertebatur.
Multe tamen revelaciones ultra
que ei de futuris rebus ad pro-
fectum mentis fiebant. In his quoque
ac tantis profectibus positus
quia quasi gloriari de meritis
suis cepit celestis beneficii munus
vite sue meritis duxit continuo
subintrat in eum parva quedam
desidia animi tam parva quam nec
posset advertere. Post hec crevit
maior negligencia ut tardior fieret
ad ympnos et ad oraciones tardius
surgeret psalmi quoque ipsi non eius-
pus vigilancia carent. Post
ubi quod prohibitum fuisset soliti in-
stitui anima eius quasi nimio labo-
re fatigata quiescere festinabat
quia sensus eius reprobus
effectus de superioribus ad inferna
converterat et cogitaciones sue
prodiga eum pericia recipiebat.
Erat enim in corde eius clandestina
quedam turpis ac nefanda co-
gitacio. Consuetudo eum per pre-
si deante prius aque etiam exercite
vernicio adhuc corpori imperatu
ni nichil ferat. Ita vetus insti-
tucio ad consueta hominum officia
trahebat. Obviam tempus et stare
eam adhuc in suo statu videbatur
hic quod cum post oraciones cibum solitum
requisisset ad vesperam ingressus
eum locum in quo restaurare solebat
invenit solito panem mense sup-
positum. Ex quo refectus nichil
cons qui in corde suo versabatur emen-
dare curavit. Nec se in mutacionibus
sue dampna persensit et per incre-
menta semet ipsum paulatim capiam non
intellexit. Interea gravius iam
libidinis incendio stimulatus et
inflammatus ipso concupiscencia reuti

ad seculum cogitabat. Illa die
cohibuit se et solita ympnorum
et oracionum misteria persolvit atque
ingressus ut cibum sumeret pa-
nem quidem invenit mense sup-
positum sed aliquantum sordidiorem.
Admiratus est et tristis effectus tamen
intellexit quod ad ipsum respiceret
hoc genus monstri tamen cibo su-
pto refectus etiam post dies
tercio triplicatur vigor cepit
similis. Preoccupaverat enim co-
gitaciones eius quasi presentes
et precipite scelestis actibus
ympnigo mulierum. Et ita con-
plecti sibi videbatur et ad turpes
usque hic prostratus processit
tamen sequenti die ad solita psal-
lendi et orandi officia. Sed sta-
bat vagis oculis et mente
captivus. Cumque solito ingressus
ad vesperam requireret cibum pa-
nem quidem invenit super mensam
sed sordidissimum atque aridissimum
atque a muribus et canibus undi-
que corrosum. Tunc ille ut vidit
ingemuit et lacrimas fudit
sed non ita ex corde nec ita uberes
que possent flammas tanti
ignis extinguere. Veritamen
sumit cibum sed non sicut ve-
lebat. Cum interim cogitaciones
tamquam barbarici undique eum
vallaret et ex omni parte in eum
tela iactarent actutum cap-
tivumque eum ad seculum retrahent
Consurgens cepit iter agere
nocte per heremum et tendere ad
civitatem. Et ubi dies factus
est civitas adhuc longe aberat
ipse vero eum rapidissimo estu
torqueretur et fatigaretur per
heremum undique visus circumspice-
re oculis cepit et respiciendo
prospicit in vicino esse monasterium
Sedem quod possideret fratres quo-
rum cellula tendebat illuc
ut apud eos requiesceret. Hunc
ubi adesse senserunt fratres dei
continuo pervenerunt in obvia

velut angelum dei suscipientes
adorabant. postea lavit ad
oravit ne introirent. in mensa ponit
atque omnia secundum divinum man-
datum complent caritatis officia
verum ubi refectus heremita
paululum requievit pro more
quasi a benedictissimo et opima-
tissimo patre ceperunt sibi
edificacionis exposcere ac
monita salutis inquirere.
Interrogare quoque eum ceperunt
quo modo quis laqueos dyaboli
effugere posset. vel si quando
turpes invaderent cogitaciones
quomodo pelli possent. [illegible]
Tunc ille ut compulsus est mo-
nita dare fratribus et salutis doc-
trina docere ac de insidiis demo-
num quas servis dei intendunt
facere sermonem. Illos quidem inde
plene et sufficienter edocuit.
sibi vero ipsi stimulos com-
punctionis incendit et in
semetipsum regressus ait
Quomodo alios moneo ipse
deterior. Aut quomodo alios cor-
rigo qui meipsum non emendo
Age ergo o miser. facito
ipse prior qui alios doces [illegible]
cum huiusmodi increpacionibus
uteretur adversum semetipsum et
intellexisset se miserabiliter
supplantatum valedicens fratribus
cum timore se campi [illegible]
dedit et ad speluncam de qua dis-
cesserat redit et pristinos
se in [illegible] domino [illegible]
Nisi dominus adiuvisset me
paulominus habitasset in inferno
anima mea. Et item paulominus
fui in omni malo et paulominus
peccatores consummavit me in
terra. In hoc vero eum impletum
est quod ait scriptura. Sic fratre
adiuvante exaltabitur sicut civi-
tas munita et firma. post hec
quoque permansit omni vita sua
luctu et lacrimis induens se de-
[illegible] sibi concessum [illegible]

statis mense [illegible] perdidisse
Cepit enim in labore nimio et
sudore vultus sui manducare
panem suum. Conclusit enim se
in spelunca atque in cilicio et
cinere iacens tamdiu lugens
flensque permansit in orationibus
donec assistens ei angelus
domini diceret ei. Suscepit dominus
penitenciam tuam et propiciatus est tibi
Sed cave ne ulterius seducaris. Pre-
parabis venient fratres ante
quos tu docuisti deferentes
tibi benedictionem quam suscipe-
re non recuses et simul cum eis cibum
gracias agens deo.
Et autem locutus sum vobis
filioli ut sciretis quanta humi-
litatis quanta sit firmitas
et [illegible] proxima
Ideo denique et salvator noster primam
beatitudinem de humilitate nobis docuit
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum
est regnum celorum. Similiter et hunc
exempla discretus cauciones
statis ne a demonibus in cogitacionum
sublimitate seducamini propterea
enim in forma hominis [illegible] inter-
[illegible] ut signis
[illegible] veniat sive vir sive
mulier sive senex sive iuvenis
eciam si notus eciam si ignotus
in omnia ut ordo fiat et nomine
[illegible] domini. Ipse si fuit aliquis
in sfortio demonis continua
[illegible] oratione fugit. Si vero in co-
gitacione vana suggesserint
ipsi demones ut laudem de-
beatis extolli non acquiescatis
sed tunc magis vosmetipsos
humiliate in conspectu domini et
pro nichilo ducite cum vobis
aliquid de spectanda laude suggesse-
serint. Denique me frequenter demo-
nes noctibus seduxerunt ut nec
orare me neque requiescere per-
mittent fantasias quas sola
per tota nocte sensibus meis et co-
gitacionibus suggererent. Nunc

vero velut cu quada illusione
prosternebat se an me dicentes
Indulge nobis abba qr laborem
ingessimus tibi tota nocte Ego
aut respondi eis Discedite a me
omnes qui operami iniquitatem
et no temptetis servum domini Et
vos g° filioli quietem silenciumqz
diligite et semper operam date atqz
coercete vosmetipsos ut frequenti
conversacione mente virtutum puram
exhibeatis deo ne ordines vite
impediantur apud deum Licet enim
et illi bonis operibus agant et illis
sit probabilis conversacio qui inter secla
res positi consistentes in operibus bonis
et occupant semetipsos in actibus
religiosis et sanctis vel hospitalitate
sectando vel caritatis ministerio
obsequendo vel misericordias ac visi
taciones aliasqz huiusmodi opera im
plendo in quibus aliis quid bonis
aliquid conferant et semetipsos
custodes servent Est quidem isti
probabiles qui in bonis actibus pla
cent deo et sunt operarii fructibiles
mandatorum dei sed tamen omnino terrenis
hiis actibus et terga maculas corru
ptibiles gerunt Ille vero in speculacione
mentis dependet et spiritualis
intra semetipsum contulit
ceteris longe illis valde superior
inveniendus est et locum nusquam intra
semetipsum preparavit ubi spiritus
sanctus habitet et assumens
quodammodo capiens terrenos sollici
tudine geret de celestibus et eternis
Constituit enim se per se ipsum ante
conspectum domini et exemplo sancti
Helye dicat Vivit dominus cui asto
hodie Omnes procul terre sollicitudines
postergum relinquens solo divini de
siderio calore constringitur Et ibi
laudibus dei positus et ymnis
et psalmis die ac nocte non per
ficiatur Et multa alia hiis simila
bantur Iohannes per triduum continue
loquens ad nos animas nostras reficeret
cum iuvarent At ante terminum ab
illo prefecisti datam nobis benedictionibus

Pergite inquit in pace o filioli
hac tamen scire vos volo quod hodi
erna die victorie religioso
Theodosio Alexandrie nunc
ciate sunt de Eugenio tyranno
Necesse est enim eum ipsum Theodo
sium non multo post sua morte
vitam finire Cumqz profecti ab
eo fuissemus hec gesta esse ad
fidem comperimus ut ipse predixerat
Post dies autem paucos insecuti
nos sunt quidam fratres annuncia
tes nobis quod ipse sanctus Iohannes
in pace iam quievisset Obitus
autem ipsius talis fuit per dies
inquiunt nullum ad se intrare
permisit et positis genibus in oratione
reddidit spiritum atqz ita pervenit
ad dominum Cui est gloria in secula seculorum.

De Appollen et aliis duobus
et Ioannem quinto

Vidimus et alium presbiterum in vicina re
gione nomine Appollen
virum iustum Hic faber erat ferri
eaque necessaria fratribus
erant operabatur Quadam autem
tempore cum ad fabrilia opera vigila
ret in silencio noctis commissus
dyabolus in forma mulieris appa
ruit ad eum tamquam aliquid ei
operis deferens Tunc ille arre
pto manu nuda ferro de
fornace candenti in faciem eius
iniecit At illa clamans et
ululans aufugit ita ut omnes
fratres qui in circuitu manebant
ululatum eius fugientis
audirent Et ex eo iam vir ille
in usu habuit ferrum candens
manu nuda tenere nec ledi
Ad hunc igitur cum venissemus de humana
missione nos suscepit et pos
cebamus ab eo ut nobis vel
de sanctis gestis vel de corpore quibusdam
precipuos in conspectione sancta
fecit virtutibus loqueretur Tunc
ille dixit Est quidam inquit
in hac heremo vicinus frater nomine
Iohannes etate provectus vita
et moribus atqz abstinencia cunctos

precellens hic primum cum scriptis tribus continuis annis sub quadam saxi rupe stans pro oravit ita ut nunquam somno respiceret neque iacuit sompnum autem caperet quantum stans capere potuit. Cibum vero nunquam sumpsit nisi dominica die presbiter tunc veniebat ad eum et offerebat pro eo sacrificium idque ei solummodo et sacramentum dederit et mox. Hunc quadam die sathanas subripere volens transfiguravit se in presbiterum qui venire solebat ad eum Et preveniens hora solita simulabat se ad sacramentorum graciam venisse At ille vigilanter intelligens fraudem cum indignacione ait ad eum O plene omnis doli omnisque fraudis pater inimice iusticie non desinis animas perversas seducere et ausus es eciam ad ipsa te immergere tristicia et acquirenti mistica At ille videns eum putasti inquit quod posse te lucrificare Hic enim et alium quendam porro decepi ita ut mente occideret et perderet sensum Denuo cum orent dederite michi in sanum reddisse tot iusti orantes pro eo vix eum loco restituunt et sanitati Hec cum dixisset demon aufugit ab eo Erat autem supradictus vir persistens in opere cepto atque in oracione perdurans pedes vero eius eo quod multo tempore immobiles fuerint disrumpebantur itaque sanies copiose profluerent Tres autem cum complerentur anni affuit angelus domini et ait ad eum dominus ihesus opus et opus sanctum suscepit oraciones tuas et cicatrices corporis sanat et celestis cibi in nobis consolacione sue hec indicacia donat Et contingens eos eius pedes et a vulneribus sanum reddidit et repletum sensit dulcedine quam famem cibi sentire non fecit Iubet autem eum transire ad alia loca et heremum circumeunte visitare eciam alios fratres et edificare eos in verbo et doctrina domini Dominico tamen die ad eundem locum pro veniebat solimodo sacramentorum gracia reliquis vero diebus eciam opus manuum faciebat et operabat iumentorum cingula ex palmarum foliis texens ut illis dictis haberi mores Quodam vero tempore claudus aliquis ire voluit ad ipsum ut ab ipso curaretur Contingit autem ut animal quo ferretur erat cingulum manibus hominis dei factum haberet Cuius imponitur super iumentum statim ut contigerit pedes eius illud cingulum sanus effectus est Quoque et quibuscumque egris benedictum panem mittebat ut eo percepto sanitati sue restituti Et alias multas virtutes et sanitates per eum dominus implevit Habuit autem et hanc graciam super omnes fratres et ceteros homines ut [illegible] per spiritum de preteritis in futuris comminacio ei revelaretur ita ut pergeret ad patres eorum et diceret quod ille et ille [illegible] agunt. Hoc rectum timore dei oppositum agunt Ille vero et ille in fide et animi virtute proficiunt Eos ad ipsos fratres scribebat Alii quidem quod multum tedium est circa fratres et pusillo animo erga paciam Alii vero quod vere constanter et sollicite egerunt et sufficienter consolarentur fratres et quid hunc pro virtutibus merenti; quid vero illi pro correpcionibus et quid imminet admonere pro ignavia predicabat et ita eorum qui absentes erant actus causas et merita et negligencias describebat ut audientes hii de quibus dicebat consciencia

victi negare non posset. Docebat
autem omnes ut in sensibilibus rebus
et corporeis animos ad invisibilia
et incorporea transferrent. Tempus
enim inquit ut ab hiis nos studiis
transferamus. Neque enim semper pueri et
infantes esse debemus sed aliquando
iam ad spiritualia et altiora as-
scendere et virorum sensus capere
atque perfectiorem subire intelli-
genciam ut possimus virtutibus
animi eminere. Sed et multa alia
de hoc viro sancto homo dei Appol-
len pater noster nobis fidelissima
commendavit que cuncta conscribere
longum videtur et magnitudine sui
nonnullis fortasse audientibus
vix credibilia.

Vidimus monasterium sancti Pafnucii
hominis dei qui nominatissimus in illis locis ana-
choreta et ultimi habitator fuerat
deserti in regionibus Heracleos pro-
vincie apud Thebaidis urbes. De
hoc fidelissima patrum narratione
comperimus. Is cum fuisset vite
angelice quodam tempore oravit deum
ut sibi ostenderet cui sanctorum similis
haberetur. Assistens vero angelus
respondit ei quia similis esset sim-
phoniaco cuidam qui in vico illo
cantandi arte victum quereret.
Tunc ille obstupefactus novi-
tate responsi ad eum venire festinavit
studiosissime percontabatur ab eo
quid tam sancti et religiosi operis
gessisset. Ab eo omnesque actus
eius curiosius discutit. At
ille respondit se esse indignissime
vite hominem peccatorem atque ante
non multum temporis ex latrone ad
istud quod nunc cernere videretur
fedum artificium devolutum. Pa-
fnucius eo magis instabat
requirens si quid ab eo forte
inter latrocinia pii operis fuisset
admissum. Nichil inquit recolo

michi sum boni operis. Hoc
tantum scio quia cum inter latrones
essem capta est aliquando a nobis
virgo deo consecrata. Hanc cum
ceteri collegae nostri latrones
cuperent corrumpere pudore
obiciens me in medium eripui
de contaminatione latronum et
nocte deducens eam usque ad
vicum domus sue restitui
intactam. Alio tempore inveni mu-
lierem honeste forme in heremo
oberrantem. Hanc cum interrogarem
causam unde vel quid aut quomodo
illuc locorum advenisset. Inquit
Nichil me interroges infe-
licissimam mulierem nec causas
requiras sed si ancilla placet
hinc abducito quo vis. Michi
enim infelici maritus est
qui debiti fiscalis gratia sepe
suspensus et flagellatus ac penis
omnibus cruciatus servatur in carcere
nec alia ob causam perducitur nisi
ut tormenta patiatur. Tres
autem nobis filii fuerunt qui pro
eiusdem debiti necessitate di-
~~[illegible]~~ stracti sunt. Ego quoque
miserrima quia ad similes
penas inquiror de loco ad
locum fugitans inedia mi-
seram et confecta per hec nunc
latitans oberro loca triduum
sine cibo ducens. Ego ubi
hec audivi misertus adduxi
eam ad speluncam et reficiens
animam eius fame collapsam
dedi eciam ei trecentos solidos
quibus se et maritum ac filios
non solum de servitute et de
suppliciis quibus asserebat
se obnoxios revocatos
omnis calamitate data pecunia
liberavit. Tunc Pafnu-
cius Ego inquit nichil feci.
Credo etiam ad te pervenisse
quia celebre nomen Pafnucij
inter vos habeatur monachis.
Sunt enim non mediocris

studii ut vita mea i(n) c(on)spectu d(omi)ni mei
excelleret disciplinis. De(us) q(uo)q(ue)
michi de te revelavit q(uod)
nichilominus apud ip(su)m me-
riti habeas q(ua)m ego. Veni
ergo frater video te i(n) minimo
loco habere apud deu(m) no(n)
negligas a(n)i(ma)m tua(m). Et ille
statim fistulas quas ma(n)u
gerebat abiciens secutus
est eu(m) ad heremu(m). Et arte
musica i(n) sp(irit)uale(m) (com)mutatas
vite melos q(ue) armonia(m) et
integru(m) tenoru(m) artissime
se tradidit abstinencie i(n)
psalmis et oracionib(us) semet
ip(su)m die noctuq(ue) exercens
atq(ue) iter celeste a(n)i(m)e vir-
tutib(us) agens int(er) s(an)ctoru(m)
angeloru(m) choros reddidit
sp(irit)u(m). Postq(uam) v(er)o Pafnuci(us)
p(re)dictu(m) simphoniacu(m) om(n)i
exercicio virtutu(m) (con)summatu(m)
p(re)misit ad d(omi)n(u)m. Ipse a(utem) a(r)cio-
rib(us) semetip(su)m studiis
q(ua)m p(ri)us ageret exercuit
it(eru)m d(omi)no supplicabat ut
ei ostenderet quis ei similis
esset sup(er) t(er)ra(m). Et fit v(er)o it(eru)m
ad eu(m) vox d(omi)ni dicens. Similem
te scias esse p(ri)mario vici
illius qui e(st) i(n) p(ro)ximo.
Q(uo)d (cum) audisset Pafnucius
ad eu(m) p(ro)perans pulsat ad
hostiu(m) dom(us) eius. Ille v(er)o
ut mor(is) erat suscipere
hospites occurrit ei atq(ue) in
domu(m) introductu(m) lavat
q(ue) pedes eius apposuit
mensa(m) egitq(ue) convivia.
Int(er) epulas quoq(ue) p(er)cunctar-
ri cepit Pafnucius ab
hospite qui essent actus
eius, quod studiu(m) et que
op(er)is h(abe)ret exercicia. Ille v(er)o
cu(m) de se humilis responderet
et latere i(n) bonis mallet
urgebat Pafnucius d(icen)s
revelatu(m) sibi esse a domi(no)

q(uod) dignus esset (con)sorcio mo(na)-
choru(m). Ille eo magis humilio-
r de semetipso senciens aie-
bat. Ego quide(m) i(n) nullo michi
sum boni alicui(us) (con)scius.
Veru(m) quia v(er)bu(m) dei factu(m) e(st)
ad te n(on) e(st) q(uod) michi illa la-
tere v(e)l celare n(on) possum
hec que michi i(n) medio om(n)i-
u(m) posita sunt i(n) usu loq(uo)r.
Triginta sunt a(n)ni q(uod) i(n) con-
tinencie (con)sensu me h(abe)re (con)-
iunx mea nullus agnovit.
Suscepi aut(em) ex ea tres fi-
lios. hor(um) e(n)i(m) causa solu(m)mo(do)
michi cognita e(st) uxor. n(ec)
p(os)t ea(m) alia(m) nu(m)q(uam) ip(s)a viva
u(m)q(uam) michi e(st) cognita. Sus-
cipe(re) hospites nu(m)q(uam) cessavi
sic ita ut nemine(m) ante me
paterer advenienti occurrere.
Peregrinu(m) v(er)o dimisi nu(m)qua(m)
de domo mea hospite(m) sine
viatico. paupere(m) nullu(m) de-
spexi s(ed) que necessaria fue-
rant p(re)bui. Si i(n) iudicio sedi
n(un)c fili(i) mei p(er)sona(m) (contr)a iusticia(m)
accepi. Alieni labores nu(m)q(uam)
introierunt i(n) domu(m) mea(m). Si
lite(m) vidi nu(m)qua(m) p(re)terivi
donec reconciliare(m) dissidentes
ad pace(m). Nemo u(n)q(ua)m rep(re)-
hendit famulos meos i(n) culpa.
Nu(m)q(ua)m greges mei leserunt
alienas fruges. Volenti
arare i(n) rure meo nu(m)qua(m)
prohibui. n(ec) n(on) meliora
novalia elegi et illis steri-
liora dereliqui. Q(uan)tu(m) i(n)
me fuit nu(m)qua(m) p(er)misi
ut potencior infirmu(m) p(re)-
meret. Semp(er) studui i(n)
vita mea nemine(m) (con)tristare.
I(n) iudicio si fui caput ne(m)i-
ni n(on) (con)dempnavi s(ed) dis-
sidentes i(n) concordia(m) revo-
care studui. Hec n(un)c vite
institucio hact(en)us fuit.
Audiens h(ec) b(ea)t(us) Pafnucius

cepit eius postulans be-
dixit cum dicens Benedicat te
dominus ex syon et videas que
sunt bona in ierusalem Ista quidem
bene et convenienter implesti
Aliud tibi deest quod bonorum
omnium summum est ut omittens
cuncta graciam vere sequaris
dei sapienciam et secretiores
sciencie ingrediaris thesau-
ros ad quos non aliter poteris
pervenire nisi abneges te-
metipsum et tollas crucem tuam
et sequaris christum At ille
cum audisset hec nichil mora-
tus nec omnino aliquid in domo
sua ordinans secutus est
servum dei pergens cum ipso ad
desertum Cumque venisset ad
flumen nusquam ad transmeandum
reperto navigio Pafnucius
precepit ei intrare secum
pedibus flumen cuius illic
locis profunditas habebat altitudinem
Transierunt quoque pariter flumen ita
ut aqua vix eis ad litera
pervenisset Ubi vero venerunt
ad desertum collocavit hominem
Pafnucius in cellula quadam
haut procul a suo monasterio
positam et conversationis spiritualis
ordinem tradidit perfectorumque
studiorum exercicia docuit
et sciencie secretioris secum
congreditur Cumque cum omnibus
instruxisset semetipsum deinde
maioribus exerciciis dedit
exiguos potius deputans
labores quibus eos ferre patiuntur
hys qui seculi videbantur
actibus occupati Tempore autem
aliquanto in hys transacto et ad
sciencie perfectionem perductus
eo quod perfectum iam in operibus
assumpserit Quadam die
Pafnucius sedens in cellula
sua vidit animam eius inter an-
gelorum choros assumptam dicen-
tium Beatus quem elegisti
et assumpsisti habitabit in atriis
tuis Et cum audisset agno-
vit assumptam ex hoc mundo
viri Tunc vero pafnucius
persistebat in ieiuniis et ora-
cionibus semetipsum ad maio-
rem perfectionem extendens
Et rursus deum pafnucius
orabat ad dominum ut sibi os-
tenderet cui similis haberetur
inter homines Rursus ei di-
vina vox respondit dicens
Similis es negociatori
quem videbis ad te venire
tu sed surge velociter et
occurre ei Adest enim vir
cui similem te iudicavi Et
pafnucius sine mora
descendens occurrit cuidam
negociatori alexandrino
viginti solidorum mercimonia
tribus navibus deferenti
thebaidi Et qui erat reli-
giosus et bonorum operum stu-
dium gerens decem saccos
leguminum pueris suis im-
posuit et ad monasterium hominis
dei deferebat Et hec causa
ei adveniendi pafnucium fuit
At ille continuo ut eum vidit
Et quid agis inquit o pre-
ciosissima et deo digna ani-
ma quid tecum terrenis et labo-
ribus cui sors et societas cum
celestibus data est Relinque
hec illis qui de terra sunt et de
terra cogitant Tu autem
regni dei ad quod vocatus
es efficere et sequere salvato-
rem a quo paulo post assumen-
dus es At ille nichil cun-
ctatus differens precepit pueris suis
ut omnia que superessent
pauperibus erogarent Multa
enim distribuerat per se ipse

sanctum Pafinucium ad desertum in eadem ab eo constitutum loco quo et prius ad dominum fuerat assumpti. Qui similiter abiens omnibus perfectis spiritualibus domini sapiencie studiis instructus permanebat. Brevi autem tempore consumatus eciam hic cum translatus ad angelos iustorum. Et non multum post eciam ipse Pafinucius in ipsis summe abstinencie operibus et laboribus vitam ponit. Astitit autem ei angelus dicens ad eum: Veni iam benedicte et ingredere eciam que tibi debentur eterna tabernacula. Stant enim assistunt prophete qui te suscipiunt in suum cetum. Hoc autem idcirco non revelavi ne forte elatus dapnum aliquid incurreres laboris tui. Et vivum post hec in corpore adhuc positus die ducens. Cum quidam presbiter ad eum visitandum venisset omnia ei que sibi dominus revelaverat nota faciat dicens ad eos nullum in hoc seculo despicere debere eciam si latro sit aliquis aut in sceno positus eciam si cultui errorum operatur et coniugio vinculo astrictus. Eciam si negociator dicatur et ~~[illegible]~~ mercimoniis serviat. Sunt in omni ordine humane vite anime deo placentes et habentes actus aliquos occultos quibus delectatur deus. Unde constat non tam professioni vite aut habitus opera deo esse placita quam sinceritate et affectione mentis et operum probitate. Et cum similia de singulis quibusque disseruisset tradidit spiritum. Evidenter autem presbiter qui aderant et omnes fratres viderunt ab angelis eum suscipi ympnizantibus et laudantibus deum.

De beato Helya

Vidimus et alium senem venerabilem nomine Helyam in finibus civitatis Anthinoe que est metropolis Thebaidis centum fere et decem ut dicebatur annorum. Super quem dicebat quia spiritus Helye requievisset. Multa enim de eo magnifica referebant. Septuaginta namque annis in solitudine vastissima eum transegisse perhibebant. Cuius deserti horrorem nullus sermo digne potest enarrare. Illuc ergo sedebat senior tota etate humane habitacionis nesciens locum. Semita autem erat angusta et scrupea que ad eum ducebat que vix a commeantibus inveniri posset. Locus vero in quo sedebat ipse spelunca erat terribilis et intuentibus plurimum horrorem incuciens. Ipse autem trementibus iam membris pre matura quiescebat etate. Innumerabiles tamen per singulos dies signa faciebat. Et venientes ad se quacumque incommoditate constrictos omnibus resolvebat. Cunctis vero patribus confirmabat quod nullus omnino meminisset quando hanc secessisset ad heremum. Cibus ei erat panis exiguus et paucissime olive usque ad ultimam senectutem. Vita in iuventute septimanas frequenter ieiunasse perhibebat.

De sancto Pytirione

Vidimus et in monte quodam pre-
rupto flumini imminente
elacione mirabili sapi-
enciam apertum ipso terribilius in
quo erat per ipsa precipicia
spelunce difficilis accessus
Hic ac monachorum plurimum
commanebat. quorum pater erat
Pitirion hic et discipulus
beati Anthonii fuit. et post
illius obitum cum sancto habi-
tauerat Ammone post huius
abscessum in hoc se constituerat
monte. Sed et tanta in eo
erat virtutum copia tantum
gratiam sanitatum et potestatis adversus
demones ut duorum meritis-
simorum virorum solus hereditatem
consecutus duplicem videretur.
Hic vero cum multa mirifice
edificationis ultamque doctrine
instrueret precipue tamen de scientia (?) discerne-
ndis spiritum nos docebat dicens
esse quosdam demones qui
certis quibusque viciis obse-
quantur quique cum affectus
animi passibiles et viciose
viderint mouent comitantur
eos ad omne facinus malum
Quicumque vult demonibus
dominari prius vicia sua
et passiones domet. Sed
cuique enim vicium super passionem
abiecerit huiusmodi vicii
demone potest etiam de ob-
sessis corporibus effugare
Et ideo curandum est paulatim
superare ipsa vicia ut possimus
etiam demones superare
qui huiusmodi viciis obse-
quuntur. Hic semel reficiebat
in septimana pulticulas acci-
piens ex farina nec poterat
accipere aliam escam insuetam

neque consuetudine permittente

Vidimus **De sancto Eulogio**
alium sanctum patrem
Eulogium nomine qui
in offerendis sacramentis tantum
gracie a domino acceperat ut
uniuscuiusque accedentis
merita cuiusque conspiceret
Denique ex monachis vo-
lentes quosdam ad commu-
nionem accedere retinebat
dicens Quomodo ausi estis ad sa-
cramenta divina accedere
cum mens vestra in proposito sit
in malo. Denique audiebat. Tu
hac nocte habuisti cogita-
tiones fornicationis. Tu vero
dixisti in corde tuo Nichil
interest sive iniustus ad sa-
cramenta accedat sive pec-
cator. Et alius dubitationem
habuit in corde dicens Quid
enim sanctificare me communio
potest. Hos singulos remo-
vebat a communione sacramen-
ti et dicebat eis Recedi-
te paululum et agite penitentiam
ut purificati per satisfactionem
et lacrimas digni habeamini
communione Christi. **De beato Appol-**

Vidimus et alium **lonio**
sanctum virum nomine
Appollonium apud
Thebaidem in finibus Helu-
polim ad quam civitatem
salvatorem et Mariam et
Joseph de Judee finibus ve-
nisse tradunt secundum prophetiam
Ysaie dicentis Ecce dominus
sedebit super nubem levem
et veniet in Egiptum et
commovebuntur manufacta
Egiptiorum simulacra a fa-
cie eius cadent in terram

Vidimus ergo ubi etiam templum
ipsius in quo ingressum sal-
vatorem corruisse omnia
ydola. terra comminuta
esse memorabant. Vidimus
et super dictum virum in vicina
heremo sub monte quodam
habentem mansionem. Erat
enim pater monasteriorum circiter
quingentorum et famosissimus
in omnibus finibus Thebaide
habebatur. Opera enim magna
erant ei et virtutes innume-
rabiles signa quam plurima et pro-
digia deus faciebat per
ipsum. A puero namque in
eremo abstinentia nutritus ubi
ad maturam venit etatem
gratia dei crevit ipse. Erat
autem annorum fere octoginta
cum eum vidimus in monasteriorum
congregatione florentem. Sed
et ipsi qui videbantur eius
esse discipuli ita perfecti
erant et magnifici ut omnes
pene possent signa facere.
Quindecim enim annorum e-
tate secessisse eum ferebant
ad heremum atque ibi quadra-
ginta annis fuisset in exercitiis
spiritualibus conversatus. Audi-
ta erat vox domini ad eum
dilata dicens. Apolloni
per te perdam sapientiam sapientum
in egipto et intellectum
prudentium reprobabo. Per-
des autem verbo etiam eos qui
inter ipsos sunt sapientes
babilonis et omnem cul-
turam demoniorum subvertes.
Perge ergo nunc ad loca ha-
bitabilia. Generabis enim
mihi populum substantium
perfectum emulatorem bonorum
operum. Ad loca habitabilia

At ille respondens ait. Au-
fer ergo a me domine iactanciam
ne forte elatus super fratres
meos cadam ab omnibus bonis
tuis. Respondit ad eum rursum
divina vox dicens. Mitte ma-
num tuam ad cervices tuas et quod
comprehenderis constringe et sub
arena obrue. At ille sine
mora iniecta manu ad cer-
vices suas apprehendit quendam
parvulum quasi ethiopem
et continuo immersit eum
sub arena clamantem et di-
centem. Ego sum. Ego sum super-
bie demon. Post hec ad eum
facta est alia vox dicens. Perge
nunc omnia quecumque a deo po-
posceris consequeris. Ille ergo
post hec prodiit ad ea loca
in quibus homines habitant.
Temporibus autem hec fiebant Iu-
liani tyranni. Perstitit itaque in
locis illis spelunca quadam
heremi in qua habitare cepit
indesinenter die ac nocte o-
rationibus vacans. Septies cen-
ties ut aiebat per diem totidemque
quod noctis temporibus curvans
genua congeniculabat. Cibo autem
magis celesti quam humano
utebatur. Indumentum eius
scirpeum colobium erat quod
apud illos lebitonarium ap-
pellatur et lintheum quo collum
et caput obvolvebat. Hec na-
mque indumenta ferebat per-
mansisse ei in deserto nunquam
veterata. Erat enim in vicino
heremi loco in virtute degens
spiritus signa et sanitates
mira faciens quas enar-
rare pro sui immensitate
sicut abyssus iam cum ipso erat
fere in rebus comperimus vix
nulla sufficiat. Fama ante

magnificata et eo vulgata cum
admiratione omni quasi propheta
aut apostolus habebatur. Cum ergo
regionibus monachi diversis
ex locis convenirent ad eum
et tamquam pio patri magna
munera sua ei singuli quique
dies offerebat. At ille unum
quemque eorum tota religione
suscipiens alios ad bonum expandum
alios ad bene intelligendum pro
vocabat. Sed et ipse prius osten
debat exemplis quam verbis
docere cupiebat. Aliis quidem
diebus vicinque apud semet
ipsum convertere abstinentiam
qua possit monebat. Die vero
dominica caritatis gratia sociat
omnes sumere cibum hortatur
cum tamen ipse solus abstinen
tie observationibus deserviret
herbis solummodo aut oleribus
utens nec ipsis aut in usum
ignis admittens. Hic cum audisset
Juliani temporibus ut supradiximus
fratrem quemdam ad militiam com
prehensum detineri in carcere
venit ad eum complendi gratia
et ut moneret eum in necessitate
tenere constantiam atque in iniuria
contempnendo ac deridere pericula.
Tempus enim inquiens certaminis
adest in quo fidelium mentes
temptationibus probande sunt et
ostendende. Cumque hiis et aliis
verbis roboraret animum adolescentis
supervenit Centurio et indignatus
cum introire ausus sit clausis
continuo secus carcere imposuit
ipsumque et omnes qui cum eo
pius venerat inclusit quod scilicet
etiam ipsi filius ad militiam detine
retur officium. Constituens quoque
custodes quamplurimos abscessit.
Media autem nocte astitit ipsis
est angelus ingenti luce res
plendens et obstupefactis per

territisque custodibus carceris
claustra patefecit. Tunc ipsi
quoque custodes advoluti pedi
bus sanctorum rogabant eos
discedere dicentes melius esse
sibi mori pro eis quam divine
virtuti obsistere que eorum
cura gerebatur. Mane vero ipse
Centurio cum principalibus
viris venit ad carcerem fe
stinus orans ut discederent
omnes qui tenebantur. Dicebat
enim domum suam terremotu ma
gno concidisse electosque
famulorum suorum pressisse.
Sancti vero hiis auditis ymnos
domino laudesque canerent et
egressi ad heremum erant in uno
posita secundum apostolorum exemplum
habentes animam unam et cor unum.
Pater autem senior docebat eos
ut quotidie proficerent in
virtutibus et insidias dyaboli quas
per insidias infert hominibus
minime stati retunderent. Hic
enim aiebat conteram caput
draconis et omne corpus eius
emortuum erit. Ob hoc enim
mandavit nobis dominus ne quas
malas cogitationes in initio
in corde nostro recipiamus. Tanti
nimis diffundi conveniunt in sensibus
nostris cogitationum fantasias
quas in initio recipi negat.
Sed et illud monebat ut omni
tutibus alter alterum vincat nec
patiatur unusquisque se inferiorem
proximo fieri. Hunc quoque dicebat
Scitis vos proficere in virtutibus
si nulla vobis passio fuerit in
desideriis mundanis. Hec enim
initium est donorum dei. Sed si ex
ad hoc venerit quis virum ut
signa et mirabilia faciat
non extollatur per hoc neque in co
gitatione sua erigatur tamquam
ceteris plurimus. Sed nec hoc ipsum
omnibus debet ostendere per donum
huius gratie accepit alioquin
semetipsum seducet. Et ipse de

cipiet et graciam dei perdidit
Habebat autem beatus Appol-
lonius valde magnificam
verbi dei doctrinam sicut
nos ipsi etiam comperimus
sed maiorem habebat in opere
Omne enim quod peciit a deo
sine mora consequebatur Sed
et revelaciones ei plurime
ostendebantur Denique senio-
rem fratrem suum qui et ipse
in heremo defunctus est cum
quo plurimo tempore agebat
vitam perfectam vidit in sompnis
in sede apostolica residentem atque
ipsum quodammodo effectum hereditate
te sibi virtutum gracie re-
liquisse Cuius etiam prose-
qui tempore oraret ut velo-
cius eum dominus assumeret
et cum ipso ibi requiem prestaret
in celis Responsum est ei a
domino Paulum adhuc temporis
ei in terris deberi donec vite
eius imitatoribus quam plurimi
emulatores existerent pluri-
mos namque populos creden-
dos esse ei et monachorum
exercitum quendam propter ut di-
gna pro talibus mitteret remu-
neracione in veniat apud
deum Hoc autem ut videt ita ge-
sta sunt Convenerunt enim
ex omni loco monachi fama
et doctrina eius invitati et
precipue exemplis complurimi
seculo renunciantes con-
ventum quendam magnificum
fecerunt apud eum in supra
dicto loco montis communem
vitam mense unius viventes
conservantes Vos quoque celeste
vere quendam et angelicum cer-
neremus exercitum omnibus
virtutibus adornatum Nullus
sane in illis locis sordidus
videbatur Ita ut secundum scrip-
turam letaretur heremus
sitiens et multi filii eius
viderentur in deserto Nec
quamvis de ceteris dicta sint in
egipciis tamen desertis hec
etiam hystorica relacione con-
pleta sunt Ubi enim tante
per urbes multitudines veniunt
ad salutem quantas egipti de-
serta protulerunt Nam quanti
populi habentur in urbibus
pene tante multitudines
habentur in desertis monachorum
Unde etiam videtur apostoli dictum
hiis esse completum quod ubi ha-
bundavit peccatum superhabundavit
gracia Ibi habundavit aliquando in-
mundus ydolorum cultus sicut
nusquam in ullis gentibus
Canes enim simias atque alia
portenta olim venerati sunt
Alia quoque et cepas et nonnulla
olerum deos esse credebant
sicut ab ipso patre Appollonio
narrante didicimus Causam
nobis preterea earum superstitio-
nis huiusmodi exponente Bovem
quoque ut aiebat deum credi-
derunt aliqui egipcii pro eo
quod per ipsum egipcii rura exco-
lentes victum cibumque capie-
bant Sed et aquam Nili pro eo quod
universas irrigabat regiones
egipti venerabantur Colebant
quoque terram utpote uberiorem
ceteris terris Canes etiam ut
supra diximus et simias ac di-
versa herbarum genera excolebant
pro eo quod occasionem sibi salutis
per hec venisse opinabantur
Temporibus enim pharaonis
cum pharaonem sequerentur hec
sibi deum reputabant dicentes
Herba hec michi deus sit
hodie Hec singula occupatum
eos opera videbat et ille
patres nostros persequens sub-
mersus est et unum quemque
id quod quisque occupari visus
est ut non sequeretur pharaonem

ne simul cum ipso demergerer
Hec erat verba sancti Appollo-
nii que nobiscum loquebatur
sed multo magis illa scribi
oportet exempla que in virtutibus
et operibus habuit Nam quo-
dam tempore contencio erat de
finibus inter duos vicos Hoc
cum nunciatum fuisset Appollonius
festinans ad eos descendit
pacis gracia Sed illi furore con-
tencionis incensi nullo genere
ad pacis consilium flectebantur
maxime quod unus populus
plurimum fiducie in viribus
cuiusdam latronis gerebat qui
primus contencionis signifer habeba-
tur Hunc cum videret Appollonius
paci resistentem dicit ad eum Si
michi o amice acquiescere
volueris ad pacem rogabo dominum
meum et dimittet tibi peccata
tua At ille cum audisset nichil
distulit sed genibus eius pro-
volutus supplicabat et inde
deinde conversus ad tribules
que cum fuerint sentencie fecit
omnes in pace discedere Sed omnibus
recedentibus ipse permansit cum
homine dei conversionem promissam
ab eo Tunc vero Appollonius as-
sumens eum cum ipso nunc
iter agens ad monasterium dice-
bat cum mutare debere ordinem
vite et pariter adeo minus pro-
missione quam ex fide expectare
Omnia enim possibilia dicebat
credenti Cumque nocte tempore
simul in uno strato requievissent
per visum ambo vident se esse
in celis et assistere ante
tribunal Christi Vident et an-
gelos dei et sanctos quosque
adorantes dominum Et hec cum
vidissent et Christum ipsum adorassent
vox domini ad eos defertur dicens
Sicut nulla sit communio lucis
cum tenebris nec ulla sit por-
cio fidelis cum infideli tu donaris
tibi salutem istius pro quo sup-
plicasti Appolloni Hec et
alia multa cum audissent in
celesti visione positi que nec
sermo narrare sufficit nec
auris audire Surrexerunt
ambo et queque fratribus
indicaverunt Admiracio autem
ingens cepit omnes cum unum
atque eundem sompnium utrique
narrarent Permansit autem
cum fratribus latro ille sanctus
vita sua moribusque ad omnem
innocenciam pietatemque commu-
tans tanquam in agnum quis subi-
to ex lupo ut in eo plenissime
videretur compleri prophecia Ysaie
dicentis lupi cum agnis pascentur
et leo et boves simul vescentur
Vidimus ibi quosdam etiam gen-
tiles et Ethiopum viros cum
monachis vivere et multos
ex eis ceteros monachos in
observancia religionis et
virtute animi precellentes ut
illud compleri videatur scriptura
que dicit Ethiopia preveniet
manus eius deo Adhuc autem
in gestis sancti Appollonii fe-
rebatur etiam hoc factum Quodam
tempore dicebat lis orta
inter duos vicos quorum unus
christianorum alius gentilium fuit
procedunt ex utraque parte
armatorum turbe plurime
Et accidit ut sanctus Appol-
lonius superveniret Cumque
eos hortaretur ad pacem
quidam eorum qui inter gen-
tiles et caput et causa
belli illius erat homo trucu-
lentus et ferus obsistebat
et vehementer dicebat non se
permittere si pacem usque ad
mortem suam Tunc beatus Appol-
lonius ait Fiet inquit ut optas

Nullus hic alius preter te princeps
dignum honori tuo sepul-
crum fecit nisi terrarum bestiarum
ac vulturum ventres. Et
continuo sermo eius efficacie
veritatis. Nullus enim ibi
alius ex utraque parte nisi
solus ipse cecidit. Et cum
cum subruisset arena, mox
ingressi invenerunt eum a be-
stiis effossum, laniatumque
atque a vulturibus devoratum.
Cumque omnes admiracionem ha-
buissent quod sermo hominis
dei ita fuisset impletus,
conversi sunt omnes ad fidem
salvatoris nostri, et Appollonium
predicabant prophetam. Sed et hoc
non nos fugiat quod ab eo
premissus adhuc diebus quibus
in spelunca latitare cum quinque
fratribus ceperat, festum dominicum
diebus sanctis aderat pasche,
et cum sollempnitatem vigiliarum
sacrificiorumque inter speluncam
fuissent complete, atque omnibus
que fuerat apud eos re-
feccio parare, erantque eis
pauci tamen modo et sicci panes
atque alia omnibus que sale
aspersa reponi apud eos solet.
Tunc Appollonius fratres
quinque secum erant ita alloqui
cepit: Sicut in nobis fides
et veri fidelissimi famuli
Christi sumus, petat unusquisque
vestrum a deo si quid cupit
quo hodie festo sumere libet.
At illi ipsi precius quam eos
etate et meritis precelle-
bat hoc a deo aliis poscendum
permittunt, semetipsos in-
feriores huius gracie iu-
dicantes. Tunc ille ad omni
alacritate oracionem fudit ad
dominum. Et qua completa cum omnes
respondissent Amen, Ecce
repente ante fores spelunce
astare videntur homines quosdam
sibi penitus ignotos. Qui magis-
trum multas copias rerum omnium
que ad usus continebat ciborum
portantes deferebant ut neque
tam multa neque tam conspi-
cua unquam vidit. Inerant enim
que nec in toto egypto regio-
nibus umquam visa sunt pomorum
genera et magnitudo mirabilis,
uve sed et nuces, ficus, mala
quoque punica et ante omnia
favus mellis et lactis copia,
dactili etiam ingentes ac panes
calidi ac mundissimi qui tamen
peregrine videntur esse provincie.
Viri autem qui hec detulerunt
statim ut ea monachis tradi-
derunt, quasi festinantes ad eum a
quo missi fuerant redire cum
presentes mox discedunt. Tunc
ipsi gracias domino referentes
ex hiis que sibi fuerant delata
vesci ceperunt, quorum tanta fuit
copia ut usque ad diem penthe-
costes quotidie ministrata
sufficerent. Certi quod hoc sibi sollem-
pnitati a deo gratia missa fuit.
Orta est aliquando fames apud
Thebaidem. Accole autem habita-
tores terre illius quod monachi
qui cum Appollonio deo serviebant
frequenter etiam sine cibo per domi-
num pascebantur, omnes simul
cum uxoribus et filiis pergunt ad
eum cibum simul benediccionemque
poscentes. At ille nichil du-
bitans proferre cepit omnibus
que ad usus fratrum reposita
erant et dare singulis copiose.
Cum vero tres solummodo panes
sporte remansissent, fames
autem populos vehementer
urgeret, iubet in medium pro-
ferri sportas que sole suf-
fecerant unius diei victui mona-
chis prebiture, et audiente toto
populo qui famis necessitate
compulsus aderat, elevatis ad domi-
num manibus ait: Numquid non valet

manibus domini multiplicare. Hec
dicit dominus spiritus sanctus: Non de-
ficient panes in sportis his
donec saciemini omnes de frugi-
bus novis. Et ut plurimi eo-
rum qui tunc ibi presenti fuerunt
confirmabant quatuor continuis
mensibus neque cessatum est unquam
erogari panis ex sportis neque
deesse potuit aliquando. Similiter
autem et alio tempore fecisse eundem de
frumenti et olei specie perhibebat.
In quibus virtutibus motus
dyabolus dixisse ad eum fertur:
Numquid Helyas es tu, aut
aliquis ex prophetis vel apostolorum
quod hec facere ausus es? At ille
respondit dicens ei: Quid enim,
Nonne prophete et apostoli homines
erant qui nobis fidem suam et
graciam tradiderunt? Aut tunc vero
deus presens erat, nunc autem ab-
sens est? Deus omnia potest et
semper potest. Si hic deus bonus est, tu
dyabole quare tam malus es?
Hec ut supra diximus a senioribus
viris et religiosis et sanctis per
eum gesta esse fideli narracione
comperimus. Et quamvis vera
fidelibus habenda sit relacio, ma-
iore tamen fide verum per eum prestitit
dominus etiam per hec que nos ipsi
oculis nostris inspeximus. Ple-
nas etiam sportas panibus deferri
vidimus ad vacuas mensas.
Et cum replerentur primitus
mense atque ad omnem satietatem
consumerentur, nichilominus redol-
lebant. Aliud quoque quod
apud eum mirum vidimus non
silebo. Tres enim nos fra-
tres cum venimus ad eum, certe
longe adhuc nobis positis
ab eius monasterio occurrerunt
nobis fratres qui ab ipso
ante triduum audierunt de ad-
ventu nostro. Occurrerunt ante

nobis cum psalmis. Hoc enim
moris est eis facere in
adventu omnium monachorum
et adorantes et prosternentes
se in facies suas usque ad
terram osculabantur nos atque
ostendentes nos sibi in-
vicem dicebant: Isti fratres
de quorum adventu ante tri-
duum nobis pater Apollonius
predixerat dicens: Post
triduum affuturos tres fra-
tres de Jherosolimis adve-
nientes. Alii autem ex fratribus
precedebant nos, alii seque-
bantur. Utrique tamen hymnum
psallebant. Ubi autem appropinquare
cepimus audita voce psalmi
etiam ipse Apollonius processit
in occursum. Et ut vidit nos
statim prior adoravit usque
ad terram se prosternens et sur-
gens osculo nos suscepit.
Ubi autem ingressi sumus
monasterium, oracione primum ut
moris est data, pedes nostros
ipse suis manibus lavit, cetera
que ad requiem pertinent fecit.
Hic autem ita mos erat fa-
cere omnibus advenientibus.
Consuetudo apud eum erat
ut fratres qui cum ipso erant
non prius cibum sumerent
quam communionem de mensa perci-
perent, etiam hora diei nona
et postea mediam sic usque ad
vesperam manebat. Tamen
cum verbum dei audientes de
mandatis domini implendis
sine intermissione docebantur.
Post hoc cibo sumpto alii
ipsorum ad heremum secedebant
per totam noctem scripturas
divinas memorie revol-
ventes. Alii in eadem loco
ad quem convenerant perma-
nebant et usque ad lucem in ym-
nis et laudibus dei vigiles

permanebat. Aliquanti vero corporis
vero etiam hora nona cum
descendissent de monte percep-
ta gratia domini statim discende-
bant solo hoc spirituali con-
tenti cibo. Et hoc faciebat
per plurimos dies. Multa
enim nobis beatus Apollo-
nius exercitiis de ordine abstinen-
tie et communicationis integri-
tate. Multa etiam de hospita-
litatis studio disserebat et
precipiebat attendens ut ad-
venientes fratres quasi
dominum susciperemus adventum.
Nam adorare advenientes
fratres propterea inquit tra-
ditio habet ut iam scit in adven-
tu eorum adventum domini nostri
Jhesu Christi habere qui dicit
hospes fui et suscepistis me.
Interdum etiam contra voluntatem
cogere fratres ad corporale re-
fectionem sancti Loth exemplum
proponebat qui angelos com-
pulsos ad hospitium domus
sue perduxit. Sed hoc monue-
bat ut si fieri posset quo-
tidie monachi communicarent mi-
steriis Christi ne forte qui se
longe facit ab hiis longe
fiat a deo. Qui autem frequenter
hoc suscipit frequenter illum
ipsum suscipit salvatorem quia
ipse dicit Qui manducat
carnem meam et sanguinem meum
bibit in me manet et
ego in eo. Sed et ipsa iugis
memoria dominice passionis
cum assidue fiat a monachis
plurimum utilitatis eis con-
fert ad exemplum pacientie.
Sed et commonitio datur per hoc
ut studeat unusquisque ita se
paratus inveniri ne indignus
habeatur donationis misteriis.
Addebat autem quod etiam remissio
peccatorum per hoc credentibus datur.
Ieiunia quoque legitima id est

quarta et sexta feria monebat
non esse solvenda nisi grandis
aliqua necessitas fuerit. Quarta
feria Iudas de traditione domini
cogitabat et sexta feria crucifixus
est salvator. Videlicet quod qui in
istis diebus sine aliqua
necessitate solverit ieiunia vel
cum tradente tradit salvatorem
vel cum crucifixoribus crucifigere
videbatur. Quod ut si forte in diebus
supradictis supervenerit aliquis
fratrum qui indiget aut hora nona
itineris causa velit refici
ponendam sibi mensam soli. Quod
si nolit non esse cum cogendum.
Communis enim traditionis ob-
servantia incontulta habendum
est. Et ut corpus ieiuniis fa-
tigaret et tamen non apud
homines iactantiam sed apud deum
requireret retributionem. Hec et multa
alia nobis de conversatione mo-
nachorum per totam disserens septima-
nam ubi perfecisset cepimus ab
eo. Perducens nos ipse aliquantum
monebat dicens Ante omnia di-
lectissimi pacem habete inter
vos et nolite ab invicem separari.
Tunc convocans ad fratres qui
cum eo perducerent nos ad eam
dixit Venite viri fratres
promptus est deducere eos
usque ad vicina fratrum mona-
steria. Et cum omnes promptissime
obtulissent semetipsos et pro-
gredi vellent nobiscum ipse
sanctus pater elegit ex omnibus
tres qui in greca lingua et
egiptiaca bene nossent ut
hii ubi necessarium fuisset
interpretarentur nobis quique
collocutionibus suis edificare
nos possent. Ergo precepit
eis ne prius a nobis disce-
derent quam omnes patres atque
omnia monasteria que volumus
videremus quamvis omnes invire

nemo sufficiat. Benedicens
ergo nos dimisit atque in hec verba
benedictionis dedit. Benedicat
vos dominus ex Syon et videatis
que bona sunt in Jerusalem omnibus
diebus vite vestre.
Post hec digressi ab abbate Appollo-
nio cum progrederemur ad partem
deserti contra meridianam vidimus
per arenam vestigia tractus dra-
conis ingentis cuius magni-
tudo tanta apparebat quasi
trabes aliqua per arenam ducta
videretur. Quod cum ut vidimus
ingenti timore perculsi sumus.
Fratres autem qui nos dedu-
cebant hortabantur nos nichil
omnino formidare sed magis
fiduciam habere et prosequi
sequi draconem. Nam ostenderet
nobis quendam fratrem qui in vicina
heremo habitabat et prohibuit
nos sequi draconem dicens non
posse nos pati aspectum eius
tollerare. Se vero dicebat
frequenter vidisse ipsam bestiam
et habere in longitudine
xv cubitus. Pervenientes autem
ad cellam ipsius cum multa di-
lectione suscepti ab eo requi-
evimus. Ille quoque narrabat
nobis quod in illo loco ubi ipse
commanebat quidam frater
fuit vir sanctus cuius ipse esset
A ¶ discipulus Ammon nomine per
quem plurimas virtutes fe-
cerat dominus. Fuit etas quo
hoc deo narrabat frequenter
inquit veniebat ad eum
latrones panem quo solo
vescebatur auferentes ei et
si quid erat quod ad victum
convenientissimum repositum vi-

debat. Cumque frequenter abs hijs
molestia pateretur quadam die
processit ad heremum et inde
rediens duos dracones in-
gentes secum venire iussit
atque ad hostium sui monasterij
manere precepit eis ingres-
sum quoque servare. Venientes
ex more latrones videntes
quod esset custodes liminis
et ut viderent quemadmodum
effecti obmutuerunt statim
et ceciderunt. Quod ubi senior
sensit egressus invenit
eos semineces. Et accedens
atque erigens increpabat
eos dicens. Cernitis quanto
duriores vos estis quam
beluis. Ille enim propter deum
nobis obediunt. Vos autem
nec deum timetis nec vitam
sanctorum servorum dei contri-
stare erubescitis. Denique
introducens eos in cellam
posuit eis mensam et iussit
ut perciperent cibum. Illi com-
puncti corde et ab omni me-
tis sue inmanitate depositi
mutati qui pro domino summe
reperiunt brevi tempore me-
liores fuit. Intimatum enim
per perseverantiam ut post
non multum temporis etiam ipsi eadem
facerent signa et virtutes.
¶ Alius parvo tempore in ma-
ximinis quidam dracone
vicinas vastante regiones
et plurimos perimente
venerunt habitatores loci illius
ad supradictum patrem orantes
eum ut de regionibus suis
perimeret bestiam. Ille etiam
ut ad adiuvandum flecteret
secum puerum quendam pastoris
filium deferunt quasi solo visu &

draconis poterius mente
concederit et a solo anhelitu
bestie conamina portribat
ac turgens. Tunc ille puer
quidem perungens oleo restituit
sanum. Semetipsum vero ad mo-
rtem draconis instigans illius
inimicus est qui nichil possit
adiuvare nichil volunt
promittere. Mane autem
surgens abiit adgressus
bestiam et fixit genua sua
terre deprecans dominum. Tunc
bestia cum ingenti impetu
venire cepit super eum
terribilibus flatibus ac sibilis
stridoribusque premissis. At
ille nichil horum metuens
conversus ad draconem dixit:
Perimat te Christus filius dei
qui pompturus est cetum
magnum. Et ubi hec sermo
dixit statim durissimus draco
omne simul cum spiritu evomens
venenum disruptus crepuit
medius. Cum autem venissent
finitimi habitatores et cum
facto miraculo obstupe-
scerent, fetoris vehementiam
non ferentes congregaverunt
arene moles in menses
astante tamen ibidem patre Am-
mone, quia non sit quidem
cum mortua esset belua
sine ipso appropinquare ei
audebant. De eo qui dicebatur Copres
Erat quidam
presbiter Copres nunc
in ipsa heremo habens
monasterium vir sanctus annorum
circiter octoginta et ipse vir-
tutes multas faciens langwo-
res curans et efficiens sani-
tates. Demones fugans
et multa mirabilia faciens

Ex quibus nonnulla etiam nunc per manus
efficiebat. Hic ergo cum vidisset nos
et osculo salutasset atque oratione more
post orationem pedes lavisset
requirebat a nobis que gererentur
in seculo. Nos autem rogabamus
eum ut magis ipse de suis actibus
narraret aliqua et ex quibus
gestis vel meritis donum ita
tante gratie contulisset exponeret.
At ille nichil dedignatus et
sue vite et priorum sanctorum patrum
narrare nobis ordine cepit
quos tamen longe illustriores
perhibebat. Ergo nichil magni
est o filioli quod in nobis vi-
detis ad comparationem sanctorum patrum.
Erat enim quidam ante nos vir
nobilissimus nomine Mutius qui
fuit primus in hoc loco monachus
et in omni hac heremo viam sa-
lutis omnibus nobis ostendit
primus. Hic autem primo gentilis fuit
latronum maior et sepulcrorum
violator atque omnibus fla-
gitiis opinatissimus. Ad quem
tali quodammodo occasio salutis
advenit. Nocte quadam ad domum
cuiusdam virginis deo sacrate ex-
poliandi causa perrexit. Cumque
machinis quibusdam que huiusmodi
artificibus nota sunt domus
eius tecta ascendisset querens
quali arte vel quo aditu in
penetralia eius irrumperet,
difficultate pervadendi operis in-
certus plurimum noctis tempus
in tectis positus sine ullo
sompno exegit. Post multos
vero animi conatus frustra
adhibitos velut fessus sompno
oppressus est et per visum sibi assistere
videt quendam regio habitu
dicentem: Desine iam ab huiusmodi
flagitiis et ab effusione humani
sanguinis cessa atque ab execra-
bilibus furtis ad laborem religiosum
converte vigilias et suscipe cele-

ste anglicique milicia atque corpo-
rum animi virtutibus vivere rego
te huius milicie duce ac principe
sancta. At ille cum gratanter que sibi
offerebantur audisset ostendit
ei spacium monachorum et precipitur
super eos tenere iubetur. Ex-
hinc evigilans astante sibi vidit
virgine reginam quibus ante
vidit vel cur illuc venisset
At ille quasi amens effectus
nichil ei respondit sed tamen ut
ecclesiam sibi ostenderet rogat
Illa vero cum intellexisset esse
aliquid divinum operibus hominem
perducit ad ecclesiam ac presbitero
offert. Ad quorum ille vestigia
provoluens rogabat se christianum
fieri. Et illico sibi primum dicit
Illum vero presbiteri dum cognoscerent
virum hunc esse flagiciosum mi-
rabantur si hec vera loqueretur
Et cum ipse presenciam sue fidem
rei fecisset monet eum ut si
hec vellet illa penitus obmitteret
Et hinc eciam cum religionis inicia
sumpsisset orant sibi dari pre-
cepta quibus in via salutis debet
incedere. At illi tres illi psal-
mi versiculos tradunt. Et cum ibi
ille diligenter considerans sufficere
ait eos ad vitam salutis et sciam
pietatis. Et brevibusque diebus permanens
apud eos ad heremum perrexit.
Ubi plurimo tempore demoratus
et die noctuque in ordine perdurans
cum lacrimis cibum ex radicibus
capiebat herbarum. Regressus
autem ad ecclesiam tres versiculos
psalmi quos a presbiteris percipie-
bat non solum verbis sed et rebus
atque operibus reddidit presbiteri
vero mirabantur quod subito
commissus actum in ea statim in-
venerit sibi abstinencia et in-
structos eum plenius omni-
nis scriptura hortabatur secum
demorari. At ille ne videret
esse inobediens unum apud

eos peragens ebdomadam rursus
ad heremum pergit atque ibi sep-
tem annos continuos in omni ab-
stinencia degens plenitudinem
gracie consequitur adeo ita
ut omnes pene septimanas me-
moriter retineret. Panem vero
dominica die tantum sumebat. Et
divinitus hunc delatum. Nam
cum oraret surgens ab oracione
inveniebat panem positum quem
nemo hominum detulerat. Hunc
ubi cum gratiarum actione sumpsisset
sufficiebat ei usque ad alteram
dominicam. Post multum autem temporis
iterum regressus adepto colo
abstinencie sue complures
ad imitacionem sui invitavit
Inter quos accessit ad eum adole-
scens quidam cupiens eius esse
discipulus. Cum ille eum habitu
monachorum hoc est tunica et
cuculla ac melote que est caprina
pellis imposuisset docere
eum de ceteris monachorum institu-
cionibus cepit. Cumulata tamen cum sol-
licitudine curabat sicubi quis
christianorum fuisset defunctus
ut sepeliret eum. Nec cum in-
disset adolescens ille discipulus
sima cum diligencia mortuus
indumenta aptante dicit ad
eum volle ut me mortuum
ita induens ac sepelires
magister. At ille ait: Ita faciam
fili et tam copiose induam
te donec dicas sufficit. Post non
multum vero tempore defunctus
est adolescens et sermo completus.
Cum enim plurima indumenta
ei circumdedisset ait ad eum coram
omnibus: Sufficiant tibi hec ad
sepulturam filiole an adhuc
vis ut aliquid addam? Tunc
defunctus voce cunctis audien-
tibus emisit obvelata facie
multisque constricto et dixit: Suf-
ficit pater implesti quod promi-

serabat. Obstupuerunt autem qui
presentes aderant et admirati sunt
valde super tam mirabili facto
eius. At ille sepulto adolescen-
te continuo ad heremum redijt
summo studio inchoata declinans.
Quodam tempore iterum de heremo
venit ad visitandum fratres
quos ipse instituerat. Et cum
quidam ex eis in extremis ageret
vocatus est ei ad domum quo mori-
turus esset. Hora autem vul-
tum iam vespera festinabat quo
ut eum videre posset. Viculus
autem ubi decumbebat eger
longo adhuc aberat spacio.
Et nolens nocte intrare
viam simul et salvatoris ser-
mone interserens intra ipsum me-
ditans quo dicit: Ambulate
dum lucem habetis ne vos tene-
bre comprehendant. Et qui am-
bulat in luce non offendit. Im
solem deinde vergi videns ait ad
eum: In nomine domini nostri Jhesu
Christi sta paulisper in itinere tuo
et expecta donec ad vicum per-
veniam. At ille cum aliquantum
declinari cepisset ex parte
restitit nec prius occubuit
quam homo dei ad vicum perveniret.
Hoc autem manifestum est omnibus
illis qui ibi consistebant. Stan-
tes autem et intuentes morantis
solis in occasu mirabantur
omnes quid sibi vellet hoc
quod per tot horas in occasu suum
non descenderet sol. Videntes
autem postea Martinum de heremo
venientem inquirebant quid hoc
esset quod ostenderet sol.
At ille respondit eis: Num
meministis vocem domini et salva-
toris nostri dicentis: Si habueritis
fidem sicut granum sinapis
maiora horum signa facietis.
At illi cum intellexissent eius
fide solem stetisse timore ma-
gno perterriti sunt plurimique
eorum invocavere se ei discipulos

et secum eum ceperunt. Cumque in-
gressus fuisset domum illius
fratris pro quo festinaverat
et invenisset eum iam defunctum
ordine fratrum accedens ad lectulum
osculatus est eum et ait: Quid
magis deposuisti habes frater
abire et esse cum Christo an perma-
nere in carne. Tunc ille recupera-
tus spiritu paululum resedit et
ait: Domine, quid me revocas
pater? Volui enim abire et esse
cum Christo, permanere autem in carne
michi necessarium non est. Cui dixit:
dormi quoque in pace fili et ora
pro me. At ille continuo recli-
nans se in lectum obdormivit.
Stupuerunt autem qui aderant obstupu-
erunt dicentes: Vere homo dei
est hic. Tunc ille induit adole-
scentem ut moris sibi erat sepe-
liendum et tota nocte psalmis
ymnis et pervigiliis ducens
honeste in crastinum tradidit se-
pulture. Alium autem fratrem
cum visitasset pater Martinus in extremis
lectulo recumbentem ubi videt
eum quiete mortis difficultatem
accipere cognovit conscia religionis
ait ad eum: Cur impatiens es
fili ad profectionem occupatus
ut video vehementer tue terminum
pergit conscientie tue. Tunc ille
exorabat eum dicens: Obsecro te
pater intercede pro me ad deum
ut michi parvum temporis spacium
largiatur quo possim emendare
vitam meam. At ille dixit ad
eum: Unum spacium prime reg-
ionis ubi vite tempus implesti.
Quid faciebas in omni vite
tue tempore? Non potuisti volunta-
tem tuam curare quomodo re-
ticentiora ad deum. At ille
tunc permaneret orans ait
ad eum senex: Si ultra non
addideris malis tuis mala
sanabimini pro te deum. Benignus
est enim et paciens et indulget

tibi parum aliquid temporis ut de vita tua omnia persolvas. Et cum post haec orasset diu surgens de oratione ait ad eum: Ecce tres annos concessit tibi dominus in hac vita ut ex animo adprimam conuitaris. Et apprehensa manu eius elevat a lectulo. At ille surgens sine aliqua dilatione secutus est eum in desertum. Et ubi completi sunt tres anni postea revocavit eum ad locum unde eum assumpserat iam non quasi hominem sed quasi angelum ex homine deo consignans ut omnes mirarentur de eius conversatione. Cumque convenissent ad eum fratres plurimi statuit eum in medio atque ex ipso mature sumens per totam noctem de fratribus primis et conversationis perduxit ad fratres. Ipso etiam sermonem faciente quasi dormitare frater ille coepit et continuo in pace quievit. Tunc facta oratione super eum et omnibus quae ad sepulturam pertinent more completis ad heremum abscessit. Hic fertur autem et Nili inmitate flumen pedibus transisse aqua usque ad genua habens. Hic primo adhuc tempore conversionis suae cum esset in heremo et ebdomada ieiunasset dicit occurrisse ei hominem in deserto ferentem panes et aquam qui et hortatus est eum ut perciperet cibum qui ei de caelo fuerat destinatus. Et alio quoque tempore daemon assistens aurum et thesauros plurimos quos pharaonis fuisse perhibebat ostendit ei in terra dimersos. Cui respondisse fertur: Pecunia tua tecum sit in interitum. Haec enim et his similia plurima fecit per eum deus. Et alii sunt inter nos patres mirabiles multi quibus dignus non fuit mundus signa caelestia et prodigia facientes. Et quid mirum si nos parvi

homines parva faciamus caecos et claudos curantes quod medici quoque per artem facere possunt. Et cum haec nobis senex Copres enarraret unus ex fratribus nostris qui in incredulitate eorum quae dicebantur taedio affici coepit et prae taedio dormire. Cumque sopore fuisset oppressus vidit per visum librum aureis litteris in manibus senis Copretis ex quo narrationes eius legere videbatur et assistentem quendam clarissimi aspectus virum comminantem cum veneratione magis dicentem sibi: Cur non audis intente quae recitantur sed ut incredulus dormitas? At ille evigilans statim nobis secretius latino sermone quae viderat enarravit. Inter haec vidimus rusticum quendam accessisse ad hostium senis habentem vas arena plenum et expectantem donec senex sermonem narrationis suae compleret. Nos haec videntes interrogavimus presbiterum quid sibi vellet rusticus ille stans et arenam tenens in vase. Et respondit senior ad nos dicens: Non quidem expediebat nos o filioli vobis hoc prodere ne videamur in opere dei gloriari et mercedem laboris nostri perdere. Tamen pro aedificatione vestra et utilitate animi qui tam longo itinere venistis ad nos non patior etiam haec abscondi a vobis sed enarrare quae dominus dignatus est implere per nos. Terra huius regionis quae in vicinia nostra colitur sterilis valde et infructuosa fuit ita ut colentibus qui semina ex natiuitate suscepit duplicata vix redderet. Vermes quidam enim nascebantur in ipsis germinibus culmis et ascendentes segetem succidebant. Erant autem agricole

loci illius gentiles. Hos
nos cum docuissemus crede-
re dominum et fidem iam xpianam
facti venerunt ad nos rogan-
tes ut oraremus pro segetibus
eorum. Et audiremus eos nos
quidem oraturos si fide
rogarent apud deum que se
percipere mereantur. Illi contra
arena hac quam calcamus a nobis
sinus suos replentes
abstulerunt ut nobis rogan-
tes ut in nomine domini bene-
diceremus. Et ego aio ad
eos: Secundum fidem vestram fiat
vobis. Tunc illi ferentes
arenam commiscuerunt seminibus
que seminatur erant
et inspergerunt per agros
suos et tantum fructum col-
legerunt quantum nunquam
potuit in egypto terra col-
ligi ex eo quod eis consuetudo
est bis per annos singulos
venire ad nos et eandem
expetere a nobis. Sed et
illud non celabo vobis quod
michi dominus ad gloriam
nominis sui prestitit. Descen-
deram aliquando ad civitatem et
inveni ibi virum quendam
doctorem manicheorum se-
ducentem populos et cum
illo habui conflictum ser-
monis. Sed quia erat ver-
sutus nimis et concludere
eum verbis non poteram, ve-
ritus ne turbe auditorum
lederentur, sed ille in verbis
se superior ascendisset,
audientibus turbis dixi:
Accendite ignem plurimum
in medio platee et ambo
intremus in flammas, et
cuius ex nobis non fuerit

adustus huius vera fides
esse credatur. Quod cum dixissem
valde placuit populo. Et con-
tinuo est ignis accenditur
plurimus. Tunc ego appre-
hendens eum cepi eum mecum
trahere ad ignem. Non ita
inquit, sed unusquisque singula-
tim ingrediatur, et prius tamen tu
debes intrare quia hoc ipsum
proposuisti. Et ego in nomine xpi
consignans memetipsum me-
dias flammas ingressus sum.
Ignis vero huc illucque dispersus
ac fugiens a me cepit. penitus
steti in medio ignis dimi-
dia fere hora et in nomine
domini penitus in nullo lesus
sum. Videntes autem populi
cum ingenti admiratione accla-
mare ceperunt et benedixerunt deum
dicentes: Mirabilis deus in
sanctis suis. Ceperunt etiam
urgere manicheum ut in-
troiret in ignem. At ille re-
luctari cepit et subtrahere
se. Tunc apprehendentes eum
turbe iniecerunt eum in me-
dium ignis. Et statim circumdans
eum flamma atque adurens
semiustum reddidit. Et illud
quidem cum dedecore populus
de urbe eiecit clamans et
dicens: Vivus ardeat se-
ductor. Me vero assumentes
secum et benedicentes deum ad
ecclesiam perduxit. Alio quoque
tempore cum transirem templum
quoddam vidi sacrificare
gentiles, et aio ad eos: Cur
vos cum estis homines racion-
abiles ymolatis mutis et
insensibilibus simulacris?
Nonne etiam vos multo magis
sine sensu estis? Tunc illi

quibus ymolatis adhuc ferme
ne domini aperuit eis intel
lectum et relinquentes errorem
suum quem agebant secuti sunt
me et crediderunt salvatori
meo. Contigit in aliquo tempore
monasterio victuali igne propter ad
ventantes fratres olera
coquere videbatur. Et inde ante
gentilis ingressus nocte
et furatus est olera. Et ne
dum protulisset ad domum suam
igni apposuit ut coqueret.
Cumque tribus horis continuis
igne ingenti suggesto neque
fervere neque emolliri a
calefieri aliquatenus potuissent
sed permansissent in eadem viriditate
qua in orto sunt et nec frigide
aqua quidem ipsa velle intus
calefieri aliquatenus potuisset
in semetipsum regressus ille
qui furatus est et recepta rursus
olera reportat ad nos et pro
sternens se ante pedes nostros
rogare cepit ut peccati sui
veniam mereretur et fieret christianus
quod et impetravit. Accidit
autem eadem die hospites venisse
ad nos plurimos fratres
quibus oportune olera pre
parata sunt. Erat ergo referen
tes domino pro mirabilibus
suis duplicem leticiam gessimus
et pro salute hominis et pro
beneficiis divinis. De sancto
viro nomine Heleno

Fuit alter vir sanctus
Helenus nomine hic
a puero in servicio dei
morabatur omni cum continentia
serviuit et castissimis institu
cionibus enutritus ad summa
merita pervenerit. Denique
cum adhuc puer esset in monasterio

si necessarius fuisset ignis
ut e vicino portaret pru
nas vestimento deferebat
illeso. Et nos admirantes
quis dicat fratrum studium
animi et vite quod eius meritum
imitari cupiebat. Huic
quodam tempore cum solus
in heremo esset desiderium
vescendi mellis exortum
est. Et cominus videt in saxo
favum mellis inherentem.
Et intelligens inimici
hanc falluciam toto animo
semetipsum increpans ait
Discede a me deceptrix
et illecebrosa concupiscencia. Scrip
tum est enim spiritu ambulate
et concupiscencias ne perficiatis car
nis. Et statim derelinquens
ipsum locum digressit et
abiit in desertum atque ibi
tagm piu curnis grupia
p innicedi ieiuniis semet
ipsum cepit affligere. Tercia
autem septimana ieiunii sui
invenit in deserto iacentia
poma sparsa et intelligens
dolum inimici ait Non
manducabo neque contingam
ne fratrem meum hoc est
animam meam scandalizem.
Scriptum quippe est quia non
in cibo solo vivit homo
sed in omni verbo dei. Cumque
sequente septimana iam ie
iunasset paululum
inclinato corpore immo
Ecce angelus astitit ei
propicius dicens Surge ita
et que in venis apposita
tibi nichil dubitans vescere

Surgens autem vidit aque
fontem lenibus repletum fluct-
ibus qui in rivulis circumiacentibus her-
bis quibusdam teneris bene
odoratis per totas circumiacentes
decurrere cepit et e diverso
mulier autem et ex fonte sumere
poculum. Confirmabat autem
se numquam in omni vita sua tan-
te dulcedinis aliquid. et
tante suavitatis hausisse.
Invenit autem in ipso loco etiam
speluncam quandam ubi aliquan-
tulum requievit. Et cum re-
ficiendi corpusculi tempus
et necessitas affuisset
per dei miraculum quam habebat
corpus que possidebat corporis
ad omnia. Quodam vero tempore
pergebat ad visitandos fratres
in cenobiis quibus etiam que
necessaria erant ad refectionem
corporis deferebat. Et cum
in itinere corpus quod portabat
onere gravaret vidit o-
nagros transire per desertum
et exclamavit dicens. In nomine
domini nostri Ihesu Christi veniat
unus ex vobis et suscipiat
sarcinam meam. Et statim unus
ex omni grege tota cum man-
suetudine perrexit ad eum. Tunc
ille prebenti se sponte onus
imposuit et ipse insedit et cum
omni velocitate abiit ad cel-
lulas fratrum quo pergebat
evectus est. Alio rursus
tempore dominica die venit
ad quoddam monasterium fratrum
videns eos non plena agere
sollempnitatem dominici causam
requirit. Cum autem dixissent
ei propterea quod presbiter non ad-
esset quia trans flumine ma-
neret propter metum enim co-
codrilli transire nullus
audebat dixit eis. Ego vobis

ego vadam ut adducam eum ad vos
Et continuo ad ripam fluminis pergit
ubi cum nomen domini invocasset pro-
testo erat belua que solebat
adesse ad perniciem hominum affuit
tunc ad vehiculum iussu eius tergum
suum subiciens cum cum omni mans-
uetudine subiecta tergo ad partem ripe alterius
devexit. Et continuo helenus
presbiterum rogare cepit ut
veniret ad fratres. Erat enim
indutus vilissimo et abiectis-
simo indumento. Super quo mira-
tus presbiter quis autem vel unde esset
vel quid sibi vellet inquisivit
ubi vero cognovit esse hominem
dei sequi eum cepit ad flumen.
Et cum causaretur non inveniri
navigium quo transire posset
abbas helenus dixit ad eum
Nichil vereris pater ego iam
nunc parabo vehiculum. Et ex-
clamans voce magna adesse
beluam iubet. que statim ad vocem
eius affuit. ac dorsum suum
ad vehendum preparavit placide
Super ipse ascendit. invitavit
et presbiterum dicens. Ascende nichil
formides. At ille visu belue
perterritus retrocedere ac fugere
cepit. Omnibus autem qui aderant
stupor ingens et metus appre-
hendit videntes dei hominem
cocodrillo evectum fluminis alveum
transmeare. Et ut ibi egreditur
secum presbiterum statim presbiterum educit
Et conversus ad beluam dixit adeo
Melior est tibi mors quam tot scelerum
et tot homicidiorum in volumine reatu
At ille statim corruens expiravit
Circa per triduum in monasterio
permanens sanctus helenus docebat
fratres spirituali doctrina ita ut etiam
nonnullorum cogitationes cordis
et secreta consilia proferret
in medium et alium quidem proderet
spiritu fornicationis urgeri alium
spiritu iracundie alium vero cupiditate

pecunie Nonnullos etiam actiones
ac fragilitates fratrum illi indicabat Multus etiam
patientie testimonium dabat et de
utraque parte aliorum vicia aliorum
etiam virtutes animi congregavit
ad omnes eos prospectus mirabiliter
convolabat Agnoscebat quod singuli
quique ita agerent inter semetipsos
ut ille annunciabat corde com-
puncti emendabant Perfectum
autem ait ad eos parate olera ad
adventum fratrum Et illis parantibus
continuo supervenerunt fratres cum quibus
honorifice suscepti ipse tetendit
ad heremum Rogabat autem eum
quidam ex fratribus ut permitteret
eum secum degere in heremo Cumque
respondisset ei grave esse ne-
gocium et plurimi laboris obsistere
temptationibus demonum Ac con-
tenciosius iuvenis persistebat
promittens se cuncta tollera-
turum tamen prebere ei copiam con-
sorcii sui Et cum permisisset secu-
tus est ad heremum Tunc ille in
spelunca sibi vicina habitare
iubet Tunc demones advola-
tes per noctem primum sordidis et turpibus
cogitationibus eum coagitant Post
hoc etiam violenter irruere et mor-
te aggrediuntur Effugiens autem
iuvenis et provolans ad cellam sancti
Heleni quibus malis urgeretur
exponit Tunc senior consolatus
est eum paucis verbis et de virtute
fidei et pacientie commonens statim re-
vocavit ad speluncam et tamquam
sulcum quendam contra cellam iuve-
nis digito suo ducens parcum
precepit in nomine domini ne aude-
ant demones statutum ingredi
limitem Et ita factum est Verbi
adolescens in heremo positus permansit
sit de reliquis securus referebat
de eo quod ipse adolescens in heremo
positus sepe percepisset celestes
cibos et fratribus ad se venientibus
cum nichil apprehendisset quod appo-
suisset vidisset quendam adolescen-
tem panes ei et que erant ne-
cessaria deferentem Cuius enim
apposuisset ante speluncam
ultra ingressum apparuisse ipse
quoque Helenus dixisse ad fratres
fertur Benedictus dominus qui
preparavit mensam nobis in deser-
to Hec et alia plurima de
sanctorum patrum vita et visitationibus
narrans nobis pro
nobis divinum affectum instruens
post edificationis sermonem
introducit nos in ortulum
suum ostendens arbores alio-
rum pomorum quas ipse planta-
verat et dicebat Hec me in here-
mo plantare rusticanorum
fides admonuit Erant enim vici-
nis tanta fides habentes ut me-
moriam pro (?) vestigiis collige-
rent pagos suos aspergerent
terra sterili ad tocius fecunditatis
verteret ubertatem Pudor inde
quam est si nos inferiores hiis
inveniamur in fide quorum fides
per nos consignata est Deo

De sancto viro Theon

Vidimus alium non longe
ab urbe ad eam partem que mit-
tit ad heremum nomine
Theon virum sanctum intra
cellulam suam clausum solitarium qui
ut perhibent triginta annis
habere continuum silencium quique
tamen multas virtutes faciebat
ut propheta apud illos haberetur
Conveniebat namque ad eum
per dies singulos infirmorum plurima
multitudo ad quos ille per fene-
stram manum proferens et
unicuique capiti imponens
ac benedicens eos sanos
ab omni egritudine dimitte-
bat Hic etiam ipso visu tam hono-
rabilis erat tantumque reve-
rentie gerebat in vultu ut
inter homines angelus videre-
tur ita letus oculis et plenus
tocius gracie apparebat
Hunc ante parvum tempus

ut compimus latrones nocte
supervenissent aurum se apud
eum inventuros credentes
ita eos oratione sua vinxit
ut foribus eius affixi mo
veri se omnino non possent
Mane vero cum ad eum turbe
solito convenissent et viderent
ad ianuas eius latrones
volebant eos igni tradere
At ille vero necessitate com
pulsus unum solummodo lo
cutus est verbum Dimitte in
quit istos abire illesos
alioquin gratia a me refugiet
sanitatum Populi autem ut
viderunt hec contradicere non
ausi dimiserunt eos Latro
nes autem videntes quod
secum gestum est abiecta sce
lerum voluntate preteritorum
malorum penitenciam agentes ad
monasteria vicina confugiunt
atque ibi emendacionis vite
formam modumque susceperunt
Erat supradictus vir erudi
tus non solum egiptiorum et
grecorum lingwa sed etiam latinorum
ut ab ipso et ab ipsis qui ad
eum erant didicimus Sed et ipse
revelare cupiens consolacionem
peregrinacionis sue laborem
tabellas scribens ad nos
quam doctrinamque sui sermonis
ostendit Erat autem cibus
eius absque ignis opere dice
bant quod et noctibus ad heremum
progrediens comitatu
uteretur plurimarum heremi
bestiarum et potum ex vel hauriens
aquam de puteo suo implens
eis pocula obsequii ferarum
remunerabatur pro labore
huius autem rei manifestum
dabatur indicium quod vestigia
bubalorum caprearumque onag
rorum circa eius cellulam
plurima deprehendebantur

Vidimus **De dyoscoro qui habuit**
alium vero **centum monachos**
venerabilem patrem apud the
baidem dyoscorum nomine presbiterum
habentem in monasterio suo centum
fere monachos Hic tempore eo
quo accedunt ad sacramenta summa
cura summaque precaucione adhibet
diligenciam ne quis eorum qui
accedunt aliquid deferat immun
da consciencia tantum ut etiam de
hiis commoneret que accidere per
sompnia hominibus solet ut per
fantasias mulierum apparen
tibus vel etiam per naturalem humoris
habundanciam Dicebat quod si quid
absque mulierum fantasia tale
aliquid eveniat non esse peccatum
Certus enim humor in corpore
ubi iam repleverit receptacula
sua necesse est ut meatibus
egeratur et ideo non trahitur ad
peccatum Ubi vero visus mulierum
et blandimentorum cernitur oritur
Tunc hiis etiam de pravitatibus anime erga
huiusmodi cogitaciones atque illece
bras occupate dari confirmabat
indicia debere Ergo monachos
aiebat omni genere a cogita
cionibus repellere huiusmodi simulac
ra nec indulgere omnino ibi et dila
bi nos Alioquin nichil differre
ab hiis qui secundum carnem vivunt
Verumtamen fieri potest ut per multam
continenciam ipsam superent hu
militatis naturalem fluxum et eius
labore oracionibus ac ieiunium con
tinuacione restingwat Denique
aiebat Et hii qui in deliciis sunt
vivunt si forte egritudo corporis
deposcat ab omnibus que noxia esse
iudicaverit medicus abstinebunt
Cur non magis hoc monachus
faciat cum anime et spiritus sani
tas expetenda est **De beato**
Vidimus **viro Hor**
apud Thebaidem mirabilem
virum nomine Hor qui multorum
pater erat monasteriorum Erat in habitu

18

ipso honoris videbatur angelici
nonaginta agens etatis annos
barba prolixa et claritatis con-
tie splendido vultu et aspectu
ita letus ut plus aliquid habere quam
in hominis natura est visio ipsa vi-
deretur. Hic primo quidem in ultima he-
remo plurimis abstinentie
laboribus exercitatus. Postremo in
vicino urbis nostre instituit
in adiacentibus heremi sue locis
diversi generis arborum silvas
ipse est plantare consevit igitur
ut nobis a plurimis sanctis patribus
affirmatum est ante illius ad-
ventum nullum omnino virgultum
fuit. Ob hoc autem plantavit silvam
ut fratres quos ibi congregare
cupiebat non haberent necessitatem
ligni gracia longius evagandi
habens curam et in hiis que mo-
nasterio corporis necessaria sunt
sed precipue saluti eorum ac fidei.
Ipse tamen cum esset in heremo
herbis pascebatur et radicibus qui-
busdam et hec ei dulcia videbantur.
Aquam vero si quando invenisset bibebat
orationibus et ymnis occupans
omne diei ac noctis tempus. Ut
autem ad maturam provectus est etatem
apparuit ei angelus domini in heremo
per visum dicens: Eris in gentem ma-
gnam et multus tibi populus cre-
detur et erunt per te salvandi mul-
ta milia hominum. Et utrobique
autem in hac vita positus con-
vertis ad salutem sicut tantos
principatum accipies in futuro
et nichil verearis. Nunquam
enim aliquid deerit tibi eorum que
ad usum corporis pertinet quousque
hic poposceris a deo. Hec cum
audisset ad viciniora loca per-
rexit. Et primo solus sub parvo
tugurio quod sibi ipse construxerat
habitare cepit, solis oleribus appo-

sitis vescens. Sed et hoc etiam
post continuatam vitam litteras
primo agnovit. Cum autem de
heremo ad hoc quod supra diximus
viciniora habitacula recessisset
data a divinitus in gratia et cum
a fratribus oblatus ei fuisset
codex quasi olim iam sciens
litteras legere cepit. Collata
est ei et adversus demones virtus
ita ut multi corporibus quos in-
gebant demones etiam invita
ad eum venirent et prosternentes
se ad merita eius summoque cu-
clamare. Sed et alias quamplu-
rimas sanitates operabatur. Con-
gregabantur interim ad eum
plurime multitudines mona-
chorum. Vir quos etiam cum nos
advenisse vidisset nos letissimus
redditur. Cumque salutans nos
orasset more sibi solito pe-
des hospitum lavat propriis ma-
nibus et docere nos ex scripturis
que ad edificationem vite ac fidei
pertinent cepit. Erat enim ei col-
lata docendi gratia a deo. Cum
itaque nobis plurima scripturarum
capitula sapienter disseruisset
rursus ad orationem convertebatur.
Consuetudo autem ei erat non
prius corporalem cibum sumere quam
spiritualem Christi communionem acciperet.
Demum percepto per gratias actione
nos adhortari etiam ad re-
ficiendum cepit. Ipse tamen sedens
nobiscum cum nunquam cessabat
aliquid de studiis spiritualibus commo-
nere. Narrabat quoque nobis hanc
parabolam dicens: Scio hominem qui
in heremo per tres continuatos
annos nullum sumpsisse terrenum
cibum. Angelus enim dei tercia
quaque die escam ei ferebat
celestem. Et hic cibus eius
erat et potus. Et iterum scio

hi enim multi homines ad quos ve-
nerunt demones in specie cele-
stis milicie et habitu ange-
lorum currus igneos agentes
plurimo apparatu tamquam
aliquem regem deducentes
qui precedens ut rex haberi vi-
debatur. Hic dicebat ad eum quem
hic videbat Implesti omnia
o homo superest tibi ut me
adores et transferam te
sicut Helyam. Et monachus
hec audiens dicebat in corde
suo Et quid est quod dicis Ego
quotidie salvatorem meum
qui est rex meus adoro hic
si ille esset numquid hoc a me
posceret quod indesinenter me
facere sciret. Et post hec addit
ad ipsum Ego habeo meum re-
gem quem quotidie sine int-
ermissione adoro tu autem sub-
lato non es rex meus. Ad hec
verba nusquam comparuit. Verum
hec ille qui de alio nobis narrabat
sua gesta sub alterius persona
memorabat. Patres tamen qui
aderant ipsi nobis confirmabant
quod ipse esset qui hec vidisset
et audisset. Erat enim hic
magnificus. Cum in interiori
eciam heremo constabat ad vicinis
fratribus et eos qui secum habitare vo-
lentibus faciebat convenire
fratres qui secum erant et in
una die ad adventum fratris
cellulam edificabat. Erat in
hac opere magna fratrum alacritas
unoquoque eorum festinante
lateres convehere ac lutum
porrigere aut aquam infundere
aut ligna deferre. Ubi vero
perfecta fuisset ipse eam cum
utensilibus vel necessariis
ministrata fratri tradebat.

Hic aliquando cum falsus quidam frater
ad se venisset et ut videret
mediis vestimentis sua occultasset
arguit eum coram omnibus et in medio
que occultaverat protulit. Quo
facto ita pertimuerunt omnes ut
de reliquo coram ipso nemo aliquid
auderet fallere. Tanta erat
virtus in eo animi et tanta divine
gracie magnitudo quia abstinen-
cie labore ac fidei puritate quesierat.
Multitudines autem fratrum
cum ipso posite tanta erant gracia
replete ut cum albis stolis con-
venirent sicut chori angelorum
vestibus ac mentibus resplendentes
ad imitacionem exercitus celestium
in ympnis et laudibus dei pervigi-
les viderentur. De civitate Thebaida
Vidimus civitatem quandam
Thebaidis nomine Oxi-
rincum in qua tanta reli-
gionis reperimus bona ut ea
nemo digne sufficiat enarrare.
Repleta namque erat monachis intrin-
secus et extrinsecus omni parte circum-
data. Edibus publicis atque templis
Si qua in ea fuerant templa super-
sticionis antique habitaciones
nunc erant monachorum et per totam
civitatem multo plura monasteria
quam domus videbantur. Est autem
in ipsa urbe que ampla est valde
et populosa xij ecclesie in quibus
publicus agitur populi conventus
exceptis monasteriis in quibus
oratoria per singulas domus
sunt. Sed neque porte ipse neque turres
civitatis nullusque omnino angulus
eius monachorum habitacionibus vacat.
Quique per omnem partem civitatis
die ac noctu ympnos et lau-
des deo referentes urbem totam
quasi unam dei ecclesiam faciunt. Nullus
enim ibi invenitur aut hereticus
aut paganus sed omnes cives
christiani omnes katholici sunt ita
ut nichil omnino differat aliquem
si episcopus in ecclesia aut in platea

oratione indicare. Nam et magistratus
et principatus civitatis et reliqui
cives studiose per singulas portas
statuunt qui observent sicubi
apparuerit peregrinus et pauper
ut statim ad eum qui eum pre
occupaverit perferant ut ad necessi-
tates que sunt necessaria consequatur. Et
reliqua autem que erga nos ab ipsis po-
pulis gesta sunt videntibus nos
transire per civitatem suam velut
angelis occurrentibus atque hono-
rem deferentibus quis enarrare
de ipsis monachis et virginibus quorum
innumere multitudines ut super-
diximus in illa urbe habentur requi-
rentes nos a sancto episcopo loci
illius viginti milia virginum
et decem milia monachorum inibi
haberi comperimus. Quorum omnium af-
fectum erga nos et honorem quem
exhibebat nobis exponere nec
sermo sufficit nec verecundia
permittit. Quorum pallia nostra scin-
dentes unusquisque nos sibi rapie-
re et ad se adducere cupiente. Vidimus
quoque ibi plurimos sanctorum
patrum diversas dei gratias habentes
alios in verbo dei, alios in abstinentia
alios in signis et virtutibus monstrantes.

De sancto Serapione

Vidimus et alium quendam presbiterum
in regione Arsinoite nomine
Serapionem multorum monasteriorum
patrem. Sub cuius cura plurima et
dispersa monasteria que decem milia
habebant monachorum qui ex
laboribus propriis quos precipue
messis tempore mercedem
manuum conquirebant partem pluri-
mam ad supradictum patrem conferen-
tes in usus pauperum destinabant.
Hic autem mos erat non solum
ipsis sed omnibus pene egiptiis
monachis ut messis tempore elocent
ad metendum operam suam atque
pro eadem mercede octogenos
vicenos quinos modios frumenti
sive plus sive minus conquirent
et horum partem plurimam pau-
peribus offerrent. Unde non so-
lum regionis illius indigentes
alantur sed ad Alexandriam
naves frumento onuste di-
riguntur in carceres inclusis
vel reliquis peregrinis atque
egentibus erogande. Neque
enim intra egiptum sufficiunt
pauperes qui possent sufficere
misericordie eorum fructus et lar-
gitatis absumere. Vidimus autem
et in regionibus Memphios
et Babilonis innumeras con-
multitudines monachorum ap-
prime diversas virtutum gratias
ac morum ornamenta prefe-
rentes. Ibi quoque traduntur esse
loca in quibus fertur Ioseph
recondidisse frumenta que
et thesauros Ioseph vocant.
Alii vero piramidas dicunt ipsas
esse in quibus frumenta tunc
congregata sunt.

De Appollonio

Ferebant ergo sermones
fuisse quendam persecutionis
tempore nomine Appol-
lonium. Qui cum vitam magni-
ficam egisset inter fratres etiam
diaconus ordinatus est. Tempore
quoque persecutionis erat ei studium
singulos quosque circuire fratres
et cohortari eos ad martirium.
Cumque hoc fecisset etiam ipse comp-
rehensus et in carcerem trusus gen-
tilium primi tamquam insultantes
veniebant ad eum et verbis
blasphemis et impiis confuta-
bant. Inter quos fuit quidam
Filemon nomine choraula
famosissimus et omni populo ama-
bilis. Qui cum multum eum fati-
garet iniuriis impium et sacri-
legum et seductorem eum vocans
multorum morbum et deceptorem
dignumque esse ab omnibus odio haberi.
Cumque hec et multa alia adversus
eum graviora loqueretur videns
eum Appollonius dixit: Misereatur
tui fili et nichil horum deus
que locutus es reputet ad peccatum

Hec cum dixisset Philemon cor-
de compunctus est, vniuersaque ver-
borum eius supra humanum
morem in sua mente recensuit
in tantum ut christianum se re-
pente fateretur. Et in medio sta-
tim peruolat ad tribunal
iudicis atque in conspectu tocius
populi clamans dicebat: In-
iuste agis inquit o iudex in-
punitatis viros religiosos
et deo amabiles puniens.
Nichil enim mali christiani
uel faciunt uel docent. At ille
hec audiens primo quidem
putabat utpote loci illius
hominem ioca aliquid componere.
Sed cum hec audisset et eum
sedule prosequentem et cum omni
constancia asserentem: Insa-
nis inquit ad eum o Philemo-
ne et mente captus es subito.
At ille dixit: Ego non insanio
sed tu iniustissimus et insanissimus
iudex es, qui tot iustos
iniuste punis viros. Ego
enim christianus sum quod est
genus hominum optimum. Tunc
ille coram populo cepit eum
primo blandimentis reuocare
nec id quod eum velle noscebat
sed ut eum immobilem vidit
omnia intendit ei genera
tormentorum. Cognito vero
per christum verbis Apollonii hec
facta fuerat permutacio cor-
reptum etiam Apollonium gra-
vioribus subdidit tormentis
et deceptorem ad eum crimen
quod aggerat. Apollonius vero
dixit ad eum: Utinam et tu
iudex et omnes qui assistunt
et audiunt me hunc meum
quem dicis errorem deceptorem
sequerentur. At ille ubi
hec audiuit et ipsum et Philemo-
nem ignibus tradi in conspectu
populi iussit. Illi vero post-
quam ingressi sunt flammas
beatus Apollonius cunctis
audientibus clamauit ad deum
dicens: Non tradas domine

bestiis animas confitentes tibi et
ostende nobis euidenter salutare
tuum. Igitur ubi hoc in auditu populi
et iudicis ad dominum locutus est
Apollonius repente nubes re-
pleta rore circumdedit viros et
flammas attemperans ignem extinxit.
Super quo stupefacti iudex et
populus vna omnes voce cla-
mare ceperunt: Magnus et unus
deus christianorum. Hec cum fuis-
sent perfecta Alexandrie nun-
ciata semetipso tunc alienato
reddita et vocatis quibusdam de
officio crudelissimis et seuissimis
non tam hominibus quam bestiis
iubens mittit qui et ipsum
iudicem qui mirabilibus diuinis
crediderat et eos per quos de-
virtutis apparuerat vinctos
ad Alexandriam ducerent. Igitur
cum adducerentur pariter omnes vincti
affuit gracia dei in verbo et cepit
Apollonius eos qui vinctos
ducebant fidem dei docere. Cum-
que cum dei mirabilibus credidissent
et fidem dei tota cordis fir-
mitate recepissent semet
ipsos cum hiis quos exhibere
venerant vinctos offerunt
iudici et christianos sese esse
profitentur. Quos cum perfectos
in fide domini pertinaces et immo-
biles vidisset vniuersos pariter
iubet in profundum maris de-
mergi ignorans impius quid
ageret. Hoc enim sanctis non
mors sed baptismus fuit. Sed
et eorum corpora sine dubio
dei prouidencia integra illi-
bataque maris vnda repor-
tauit ad litus quecumque ab [illegible]
qui obsequii causa simul ve-
nerunt suscepta ac reuerenter
sub vno sepulcro domicilio
collocata sub agminibus vsque
ad presens vite nostre tempus virtu-
tes multe et signa miraculo-
rum omnibus fiunt. Sed et vota

onum atque orationes susceperunt ab
eis et cum fructu peticionis im-
pleverunt. Quod etiam ad nos dig-
natus est dominus adducere et voti nostri
orationes quas complere. De sexto
Eremita Ammone
Ad Nitrie famosissimum
locum in omnibus Egypti par-
tibus. Ubi enim nullus audet
proposito suo obtemperare ple-
nius nisi quis forte possit
instruere in verbo et velut at-
lethas in agone positos simi-
nis consolacionibus perurgere. Alti-
orum atribus et quatuor mili-
bus conveniunt ad ecclesiam et cum
longo a semetipsis spacio
habitationis eorum cellule dirimantur.
Caritas in eis tanta est et tanto
inter semetipsos et circa omnes
fratres constringuntur affectu, ut
omnibus in admiracione et exemplo
sint undique. Et si quis forte
voluit habitare cum eis et in-
tellexerint unusquisque cellulam
suam offerat. Vidimus quidem
apud eos venerabilem patrem
nomine Ammonium virum in
quo dominus omnem plenitudinem
spiritualium contulerat graciarum. Ca-
ritatis in eo gratiam cum videres
nichil tale usquam vidisse
te diceres. Sed si humilitatem con-
sideraveris longe eum in hiis dono
potenciorem ceteris estimares.
Et vero si eius sapienciam si
mansuetudinem, si benignitatem
in singulis cum virtutibus ita
precellere diceres ut quid cui
preferri deberet ignorares.
Dominus vero sapiencie et sciencie tantum
ei contulerat donum ut nullum
fere ex omnibus fratribus ita
penetrasse aulas tua sapiencie
crederes. Sed nec ita aliquem
receptum intra cubiculum sapiencie
et sciencie dei. Omnes qui eum

viderant fatebantur. Huic
erant duo fratres Eusebius
et Euthemius. Tercius Dyo-
scorus qui minor natu
in eis fuerat ad episcopatus offi-
cium raptus est. Hii ergo
fratres erant ei non solum
carne sed eciam vita et insti-
tucione et tota animi virtute
germani. Erat omnibus sic
in illis locis habitabat fratribus
tamquam si mater foveat
filios suos ita unumquemque
instructos consolabantur et
docentes ad summam perfeccionem
intendebant educere. Vidimus
et ipsum Didimum hominem dei
Apronium honeste ministerium
intuitus munere circumdatum
quod in illis locis ex latibus
crudelibus fieri facile solet s-
amplius et omnibus necessitatibus
instructum. In quo eciam spe-
ciem ipse fecerat. Vidimus
quendam inter eos ex senioribus
virum bonum nomine Didimum.
In quo erant multa domini gra-
cia in eo eciam multis ipse
indicabat. Hic scorpiones
et cerastas id est bestias quas
cornutas vocant et angues
qui in illis locis per fervore
solis acrimi nascebantur tamquam
terre quosdam vermiculos
omnia conculcabat pedibus
et ita contingebat ut ni-
chil ab hiis pateretur. Alii
vero qui in illis locis commora-
bantur fratres solo pane
et sale contenti erant ita ut
in illa omni multitudine vix
invenires aliquem qui oleum
saltem uteretur. Plures ante
ex eis nec nescientes scripturas
sed scientes erant ita dicat
in meditacione verborum
divinorum propositi capiebant

Nicium sane huius **De Nitria**
cenobiis monasteriorum que sunt
in Nitria sumptum esse tra-
ditur ab Amone quodam cuius
animam cum exisset a corpore
vidit ferri ad celum sanctus
Anthonius sicut refert scrip-
tura illa que vitam describit
Anthonii. Hic enim Ammon
locupletibus et nobilibus parentibus
natus est a quibus invitus
ad nuptias cogebatur. Et cum
vim parentum non posset effu-
gere accepta virgine cum intra
nuptiales thalamos conve-
nissent data eis essent
cubiculi silencia secretum
alloquitur puellam de pudicicia
et conservanda virginitate cepit
exhortari dicens quod corru-
ptio sine dubio in premium cor-
rupcione incorruptio in-
corrupcionem operatur. Melius
ergo multo est si utrique nostrum
in virginitate perduret quam
ut alter corrumpatur per alterum.
Acquiescit ei virgo et silencio
tegitur incorrupcionis the-
saurus. Cumque plurimo tempore
solius dei contenti testimo-
nio spiritu magis coniuncti essent
quam carne et sanguine post
obitum vero amborum parentum
ille quidem ad heremum de pa-
cessisset locum virgo vero intra
domum residens brevi tempore
multitudinibus virginum et ille
multitudinibus congregat mo-
chos. Cumque iam senectus
resideret in homine adolescens
quidam qui morsu canis
rabidi actus in rabiem ipsius
erat multis cathenis vinctus
ad eum deducitur propinquis
suis et rogantibus pro eo.
At ille dixit ad eos. Quid
michi molesti estis o homines
super me est quod petitis. Sed tamen
hoc vobis indicare possum
quia in vestris manibus est sanitas
eius. Reddite ergo vidue bovem
suum quem furati estis et sanus
vobis reddetur filius vester. At illi
pertimuerunt quidem videntes quod ea
que secrete gesta sunt non latuerunt
hominem dei gavisi sunt tamen quod
hanc eis viam salutis ostendit
et sine mora ut reddiderunt
direptum orante homine dei etiam
iuvenem sanitas redditur.

De paulo cognomine simplice

Fuit inter discipulos sancti
Anthonii Paulus nomine
et cognominatus simplex
hic inicium conversacionis sue
huiusmodi habuit. Cum uxorem
suam oculis suis cum adultero ac-
cubantem vidisset nulli quidquam
dicens egressus est et mesticia
actus animi heremum semet
ipsum dedit. Ubi cum animo aber-
raret ad monasterium pervenit
Anthonii ibique ex loci amoni-
tate et oportunitate consilium
cepit. Cumque audisset Anthonius
quod iter salutis inquireret ab eo et
intuens hominem simplicis nature
esse respondit ei ita demum eum
posse salvari si hiis que a se
dicerentur obediret. Tunc ille
omnia quecumque sibi preciperet
facturum se esse respondit. Ut
ergo pro promissione eius probaret
mansit intra specus Anthonii
per totum diem et per totam noctem per
fenestram tamen occulte fre-
quenter respiciens videbat eum
indesinenter orantem et nunquam
prorsus moveri sed stare in estu
diei et rore noctis erectum esse
mandati memorem et non parum quidem
de loco moveri. Egressus autem
die postera Anthonius instituere
eum et docere de singulis cepit
quo ope manuum in solitudine
consolaretur. Edocuit quidem corpus
opus carnale cogitacionem vero
meditacionem intencionem operaret
que dei sunt. Cibum vero in vespera
sumere eum precepit et observare
ne unquam ad saturitatem perveniret

et precipue in potu confirmans
non minus propter que habitudinem
fantasias animi fieri quam per
vini calorem in corporibus crescere
Et ubi plene eum qualiter in singulis
agere deberet instruxit, vicinam
ei hoc est in tribus aut milibus
cellulam constituit. ibi eum exer-
cere que didicerat iubet. Ipse
eum frequencius visitans gratula-
batur deprehendens eum in hiis
que sibi tradita fuerant tota
intencione et sollicitudine per-
manere. Quadam autem die cum
venissent ad sanctum Anthonium
fratres magni quidam et perfecti viri
accidit etiam Paulum adesse cum
eis. Et cum sermo de rebus profundis
et misticis haberetur cum de prophetis
et de salvatore plurima tracta-
rent, Paulus ex simplicitate
animi interrogat si Christus prius
fuit an prophete. Beatus vero
Anthonius cum pudore quodam tam ab-
surde interrogaverat quasi eru-
buisset blando motu ut erga
simpliciores solebat silere atque
abire iubet eum. Ille qui omnia
quecumque ab eo dicta fuissent tamquam
preceptum dei servare instituerat
abscedens ad cellam suam tamquam man-
datum silencium gerere instituit
nec omnino aliquid loqui. Quod cum
comperisset Anthonius mirari
cepit unde illi hec observancia
placuisset quia ante sciebat non
esse mandatum ei. Cumque iussisset
eum loqui et ut causam proferret indi-
caret, dixit ei Paulus: Tu pater
dixisti mihi ut irem et silerem. Et
obstupefactus Anthonius ita
ab eo sermonem quem negligencius
protulerat observatum dixit:
Omnes vincit nos iste dam-
pnat. Cum enim nos de celo nos
non audiamus loquentem ab isto qua-
liscumque sermo ex ore nostro exci-
derit observatur. Multociens constitutus
Anthonius docere eum volens de
obediencia precipere ei solitus erat ea

que racio et causa non posceret
in quibus eius animus erga obe-
diencia probaretur. Haurire
namque aquam ei aliquando iussit
ex puteo et in terram tota die effun-
dere et contextas sportellas
resolvere ac denuo texere
et vestimentum dissuere atque
iterum suere et resolvere. Et in
pluribus huiusmodi preceptis imbutus
ita ut in nulla penitus corpo-
re que contra racionem imparari
videbantur disceret contradicere
propter quod omni in formitate brevi
ad perfectionem venit. Quo eius
exemplo docebat beatus Anthonius
si quis velit velociter ad perfectionem
venire non sibi ipse fieret
magister nec propriis voluntatibus
obediret etiam si rectum videatur
esse quod velit secundum mandatum
salvatoris observandum esse ut
ante omnia unusquisque abneget
semetipsum sibi et renunciet
propriis voluntatibus quia et salvator
ipse dicit: Ego veni non ut
faciam voluntatem meam sed eius
qui misit me. Et utique volun-
tas Christi non erat contraria
voluntati patris. Sed neque qui ve-
nerat ut obedienciam doceret in-
veniretur inobediens si propriam
faceret voluntatem. Quanto magis
nos iudicabimur inobedientes
si faciamus proprias voluntates. De-
nique supradicti Pauli exemplum
nobis est qui obediencie et simpli-
citatis merito tantum gracie
culmen ascendit ut multo plu-
res et potenciores virtutes
per ipsum dominus quam per sanctum Antho-
nium faceret. Denique tempore cum pro
habundancia gracie multi ad eum
ex omnibus terre partibus confluerent
ut curarentur, ab eo verens
Anthonius ne molestia fu-
garetur in interiorem heremum
quo accedi facile non posset
ab aliquo commorari eum faciat
ut venientes eum magis

ipse susciperet Anthonius Et
quos vero ipse non potuisset
curare hos ad paulum tamquam
prolixiorem sanitatum graciam
habentem mitteret et ab eo
curarentur Tantum autem simpli
citatis et fiducie fuisse apud
eum tradunt ut quodam tempore
cum quidam rabie paciens in modum
canis laniaret omnes qui in
circuitu essent ad se accedere
et perductus affuisset insiste
bat orando ut demonem qui in
eum vigebat fugaret Et cum
mora fieret nec celeriter egrederetur
effusus quasi infantium more
indignatus dixisse fertur
ad deum Vere non manducabo
hodie si eum non eieceris Et
continuo ipse demonio dominum sa
tisfactum est et statim curatus
est languidus De sancto pyamone

Non michi dignum videtur
eciam eius heremi habita
tores que parthemo
mari adiacet et vicina est oppi
do quod diolchos silencio
preterire In qua vidimus ad
mirabilem presbiterum nomine
pyamonem tocius humilitatis
et benignitatis virum habentem
eciam revelacionum graciam Denique
quodam tempore eodem sacri
ficium offerret vidit angelum
iuxta altare stantem et unum ex
monachis accedentibus ad altare
scribentem nomina in libro quem
tenebat in manibus quorundam vero
nomina non scriberet Cumque dili
genter observasset senior qui
essent quorum nomina non scrip
sisset post sinaxim completa sunt
misteria unumquemque eorum
secreto vocitans percunctatur
quem in eis in oculto fuisset
admissum et invenit eos omnes con
fessione unumquemque eorum
peccati mortalis obnoxium Tunc
hortatus est eos agere penitenciam
et semetipsum prosternens
cum eis ante deum die ac nocte
tamquam ipse in eorum peccatis esset
obnoxius flebat Et tamdiu per
mansit cum eis in penitencia et lacrimis
donec iterum videret angelum stantem
et scribentem accedencium nomina
et postremo omnes scripsisse tunc illos
quoque nominibus evocantem ad recon
ciliacionis graciam invitantem hoc
ubi senior vidit et intellexit
eorum susceptam esse penitenciam ipse
eos altari cum gratulacione re
stituit Hunc ergo quodam tempore
ferebant a demonibus verberatum
ut stare aut moveri omnino de
loco non posset Et cum dies adesset
dominica et reposceret offerre
sacrificium iussit se fratres manibus
ad altare portari ubi cum in oracione
iacuisset astantem continuo videt
angelum qui astare solebat altari
porrigentem sibi manum suam
atque elevantem se dextera et statim
omnis dolor ita ab eo discessit,
ut pristine senior sanitati redderetur

Fuit in De sancto Johanne
ipsis locis vir sanctus
ac tocius gracie bonitate
repletus Johannes nomine
In quo tanta erat consolacionis
gracia ut quicumque in mesticia quan
tumque tedio oppressus fuisset tria
paucis eius sermonibus alacritate
et leticia repleretur Sed et sani
tatum gracia plurima ei a deo dona
ta est In aliis quoque quam pluribus
locis Egipti sparsim vidimus
sanctos dei virtutes multas et
mirabilia facientes et tocius
gracie dei plenos sed paucos
ex multis memoravimus Nobis
non sufficiunt super quibus mag
is Nam de hiis qui superiorem
Thebaydem id est circa Syenem
habitare dicuntur auditu solo co
gnovimus quoniam hiis pene omnibus quos
vidimus celsiores illi et mag
nificenciores habebantur Accedere
vero ad ipsos propter metum predonum
nequivimus quoniam omnia
illarum parcium loca latronibus in
cessent illa [?] q vlt civita[?]
tellerit sit eciam barbaros pacian[?]
tidos nos ad eos accessisse non

de sco pyamone de sco Johe

fuit. Quia revera nec eos quos super
memoravimus absque periculo vidimus.
Sepcies namque in hoc itinere periclitati
sumus. In octavo autem sicut scriptum
est non obtinuit nos malum deo nos
in omnibus protegente. Semel namque
per quinque dies ac noctes inceden-
tes per heremum siti ac lassitudine
periclitati sumus. Alio quoque tempore
incidimus locum in quo est convallis
quedam humorem ex ipsa gignens
quem cum nimio calor solis velut
hyemalis pruina in glaciem ita
in salem stringit. Itaque sulcis acutis
ex ipso sale effectis atque ita omnia
illa exasperantur loca ut non solum
nudos pedes ut hebreorum nos sed
calciamentis indutos terebrarent
ac secarent. Rubrum ergo inventi ma-
gno cum periculo vix evasimus. Tercio
cum nichilominus pergimus per heremum
incidimus in valle quadam humorem
ex semetipsa similiter gignente
sed intra semetipsum cum servatum
[…] laxum ac fetido ceno
repletum transire cupientes usque
ad latera descendimus. Cumque pene
in eandem mergerentur exclamantes ad
deum voce psalmum protulimus dicentes
Salvum me fac deus quoniam intraverunt
aque usque ad animam meam. Infixus
sum in limo profundi et non est
substancia. Quartum periculum per-
tulimus in aquis quibusdam que ex
inundacione Nili remanserat
[…] triduo cum nimie afflicti
vix evadere potuimus. Quintum
periculum fuit nobis a latronibus
cum secus mare iter agentes qui
per decem milia passuum insequentes
nos quos primere ferro non
poterat pene exanimes perfuga
reddiderunt. Sextum discrimine nobis
in ipso Nilo flumine fuit in quo navi-
gantes pene submersi sumus.
Septimum in stagno quod Mareotes
appellatur vento seviente in insula
quadam eiecti sumus hyeme gra-
vissima et tempestate super nos

ferviente. Erat enim tempus quo
epyphaniarum dies celebratur.
Octavum autem fuit per quod ad
vitarie monasteria venimus
loci quedam incidimus in quo
refluente Nili aqua residens
velut stagnum quoddam effecerat
in quo multe bestie et precipue
cocodrilli plurimi erant. Tum
cum ad teporem solis exissent
resoluti circa horam stagni iace-
bant ita ut ignorantibus nobis
mortui viderentur. Et cum ante
deremus ad videndum miranda
magnitudine bestias quibus
exanimes putabamus […]
mox sonitum pedum senserunt ex-
citate irruere et insectari ve-
hementer nos ceperunt. Nos
autem cum clamore magno et
gemitu nomine domini in-
vocavimus. Tunc […] affuit
et bestie que currunt nos insur-
gebant quasi ab angelo repellente
in stagnum protinus proiecte
sunt. Nos autem cursu concito
ad monasteria festinavimus gratias
agentes deo nostro qui nos de
tantis periculis liberavit et
tanta nobis ostendit mira-
bilia. Ipsi honor et gloria in
secula seculorum. Amen. Incipit prologus

Ut in navali prelio dimica-
turi sunt ante in portu
et in tranquillo mari flectunt
gubernacula hoc est remos
trahunt ferreas manus et
uncos preparant. Dispositi quoque
per tabulata milites pendenti gradu
in et labenti vestigio stare fir-
miter assuescunt ut quod in simula-
cra pugna assuescunt ut in vero
certamine non pertimescant. Ita et
ego qui diu tacui silere quippe
me fecit cui meus sermo sup-
plicium est prius exerceri cupio in
parvo opere et velut quandam ru-
biginem lingue abstergere ut
possim venire ad historiam
latiorem. Scribere enim disposui

si tamen dominus vitam dederit
et si vituperatores mei saltem
fugientem me et clausum persequi
desierint ab adventu salva-
toris usque ad nostram etatem
id est ab apostolis usque ad huius temporis
fecessum quomodo et per quos
christi ecclesia nata sit et per-
secucionibus creverit adulta
martiriis coronata sit et post-
quam ad christianos principes
venerit potencia quidem
et diviciis maior sed virtutibus
minor facta sit Verum hec
et alia Nunc quod imminet ex-
plicemus Maronias triginta
fere miliariis ab urbe An-
thiochia Syrie haut grandis
ad orientem distat viculus Hic
post multos vel duos vel plu-
res cape dum ego adolescentulus
morarer in Syria ad pape
Evagrii necessarii mei pos-
sessionem devolutus sum
Quem ideo nunc nominem
ut ostenderem unde nossem quod
scripturus sum De quodam sene

Erat illic senex quidam
nomine Malchus quem
nos latine regem possumus
dicere Syrus natione et
lingua ut revera eiusdem loci
indigena Anus quoque in eius
contubernio valde decrepita
~~etiam decrepita~~ iam mor-
ti proxima videbatur tam
studiosi ambo et religiosi et
sic ecclesie limina terentes
ut Zachariam et Elizabeth cre-
deres nisi quod Iohannes in me-
dio non erat De hiis dum curio-
se ab accolis quererem que na
esset eorum copula matrimonii
sanguinis aut spiritus omnes
voce consona sanctos et deo pla-
centes et mira nescio que
respondebant Qua cupiditate
illectus adgressus sum hominem
et curiosius sciscitans rerum
fidem hec accepi Ego autem

inquit in civitate Nizibeni
agelli colonus solus filius paren-
tibus fui Quem cum me quasi stirpem
generis sui et heredem familie sue
ad nupcias cogerent monachum me
pocius esse velle respondi
Quantis pater minis quantis mater
blandiciis persecuti sunt ut pu-
diciciam proderem hec res sola indi-
cio est quod relinquens parentes fugi
Et quia non poteram ad orientem
venire propter vicinam Persidem et
Romanorum militum custodiam
ad occidentem verti pedes parvul-
lum nescio quid portans viatici
quod me ab inopia defenderet Quid
multa Perveni tandem ad heremum
Calcidos que inter Imnas et Be-
roeam magis ad austrum sita est
Ibi repertis monachis eorum me
magisterio tradidi manuum labo-
re victum queritans lasciviamque
carnis refrenans ieiuniis Post
multos annos incidit michi
cogitacio ut ad patriam pergerem
Et dum adhuc viveret mater mea
Iam enim patrem mortuum audie-
ram solarer viduitatem eius Et
exinde venundata possessiuncula
partem erogarem pauperibus parti
construerem monasterium et quod
erubesco confiteri infidelitate
mea partem in sumptum meorum
solacio reservarem Clamare hoc
cepit abbas meus dyaboli esse
temptacionem et sub honeste rei
occasione antiqui hostis astu-
cias hoc esse velut canem ad
vomitum suum sic multos mo-
nachos deceptos numquam dyabolum
aperta fronte se prodere proponebat
michi exempla plurima de scripturis
plurima in quibus illud ab initio
Adam et Evam spe divinitatis
supplantavit cum persuadere
non posset provolutus genibus
obsecrat ne se desererem ne me
perderem nec aratrum tenens
post tergum respicerem Ve michi mise-
ro vici pessima victoria despiciens

illum non meam utilitatem quam solacium querere. Prosecutus ergo me de monasterio quasi funus efferret et ad extremum valedicens: Video ait te fili sathane notatum cauteriis. Non causas quero, non excusaciones recipio. Ovis que de ovili egreditur lupi statim morsibus patet. De Beria Edissam pergentibus publico vicina itineri est solitudo per quam Sarraceni incertis semper sedibus huc atque illuc vagantur. Que suspicio frequentiam illis locis aggregat viatorum ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo viri ac femine, senes, iuvenes, parvuli, numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumque sessores ismahelite irruunt, crinitis vittatisque capitibus ac seminudo corpore, pallia et latas caligas trahentes. Pendebant ex humero pharetre et arcus laxatos vibrantes hastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum sed ad predam venerant. Rapimur, dissipamur, in diversa distrahimur. Ego interim post longum hereditatis possessor et sero mei consilii penitens cum alia muliercula in unius heri servitutem sortiti ducimur, immo portamur sublimes in camelis et per vastam heremum semper ruinam timentes heremus potius quam sedemus. Cibus semicrude carnes et lac camelorum potus erat. Tandem grandi amne transmisso pervenimus ad interiorem solitudinem ubi dominam et liberos ex more gentis adorare iussi cervices flectimus. Hic quasi clausus carcere mutato habitu id est nudus ambulare disco. Nam et temperies aeris preter pudenda nichil aliud velari paciebatur. Traduntur michi pascende oves et ut in malorum comparacione hoc fruor solacio quod dominos meos et conservos rarius video.

Videbar michi aliquid habere sancti Iacob, recordabar et Moysi qui et ipsi in heremo pecorum quondam fuere pastores. Vescebar recenti caseo et lacte. Orabam iugiter, canebam psalmos quos in monasterio didiceram. Delectabat me captivitas mea agebamque dei iudicio gratias quod monachum quem in patria fueram perditurus in heremo inveneram. O nichil unquam tutum apud dyabolum. O multiplices et ineffabiles eius insidie. Sic quoque me latentem invenit invidia. Dominus videns gregem suum crescere nichil in me deprehendens fraudulencie. Sciebam enim apostolum precepisse dominis sic quasi deo esse serviendum fideliter. Et volens me remunerare ut fidum sibi magis redderet tradidit michi illam conservam meam captivam. Et cum ego refugerem dicens me esse christianum nec michi licere uxorem viventis accipere, siquidem captus nobiscum vir eius ab alio domino fuerat abductus, herus ille placabilis in furore versus evaginato me cepit petere gladio. Et nisi festinus brachio tenere mulierem preoccupasse illico sanguinem fudisset. Iam venerat tenebrosior solito et michi nimium matura nox. Duco in speluncam semirutam novam coniugem prosequente nobis tristicia, uterque alterum detestabatur et alter alterum non fatebatur. Tunc vero sensi captivitatem meam et prostratus humi monachum quem perdebam cepi plangere. Huccine miser servatus sum? Hucine me mea scelera perduxerunt ut incanescente iam capite virgo maritus fierem? Quid prodest patriam parentes rem familiarem contempsisse pro domino si hoc facio quod ne facerem illa contempsi? Nisi forte ideo hec sustineo quia patriam desideravi. Quid agimus anima? perimus an

virginis. Expectamus mariti
domum. ac ego ipso mucrone con-
fundam pectus. te gladio uti-
tur magis mors quam corporis
timenda est. habes et pudicitiae
servatae martirium. Jace-
bat insepultus christi testis in
heremo ipse michi ero et per-
secutor et martir. Sic fatus
eduxi in tenebris gladium et
acumine contra me verso va-
le inquit infelix mulier
habeto me martirem potius
quam maritum. Tunc illa provoluta
genibus eius precor ego in-
quit te per Jhesum christum per huius hore neces-
sitatem rogo ne effundas
sanguinem tuum. vel si mori
placet in me primum verte mu-
cronem. sic nobis potius con-
iungamur. Etiam si vir meus ad
me veniret redirct serva-
rem castitatem quam me capti-
vitas docuit. vel interirem
antequam perderem. Cur moreris
ne michi iungaris. Ego mo-
rerer si iungi velles. habeto
ergo me coniugem pudicitiae et ma-
gis animae copulam amato quam
corporis. Sperent domini ma-
ritum. christus noverit fratrem.
Facile persuadebimus nuptias
cum nos viderint sic amare.
Fateor obstupui et admiratus
virtutem feminae coniugem plus
amavi. Nunquam tamen illius nudum
corpus intuitus sum. Nunquam
carnem tetigi timens in pace
perdere quod in prelio conservaveram.
Transeunt in tali matrimonio
dies plurimi. amabiliores
nos dominis fecerant nuptiae
simulatae. Nulla fugae suspicio.
interdum et mense toto aberam
fidus gregis pastor per soli-
tudinem. Post grande intervallum
dum solus in heremo sedeo et
preter celum et terram nil video
cepi mecum tacitus volvere
et inter multa monachorum quoque
contubernia recordari maximeque

vultus patris mei qui me
erudierat tenuerat perdiderat.
Sicque cogitans aspicio formi-
carum gregem angusto calle ferve-
re. videres onera maiora quam
corpora. Aliae herbarum quaedam semina
forcipe oris trahebant. aliae ege-
rebant humum de foveis et aquarum
meatus aggeribus excludebant.
Illae venturae hyemis memores
ne madefacta humus in herba
horrea verteret illata semina pre-
cidebant. Hae luctu celebri cor-
pora defunctorum portabant. Quod-
que magis mirum esset in tanto
agmine egrediens non obsta-
bat intrantibus. quin potius
si quam sub fasce vidissent et
onere concidisse suppositis hu-
meris adiuvabant. Quid multa.
pulcrum michi spectaculum dies
illa prebuit. unde recordatus Sa-
lomonis ad formice sollertiam
nos mittentis et pigras men-
tes sub tali exemplo suscitantis
cepi tedere captivitatis et mona-
sterii cellulas quaerere et formi-
carum illarum sollicitudinem deside-
rare ubi laboratur in medium et
cum nichil cuiquam proprium sit omnia
omnium sunt. Regresso ad cubile
occurrit mulier. tristiciam animi
vultu dissimulare non potui. Ro-
gat cur ita exanimatus sim. audit
causas. hortor ad fugam. non
aspernatur. Peto silentium. fidem dat.
et iungi susurrio inter spem et
metum medii fluctuamus. Erant
michi in grege duo hirci mirae
magnitudinis. quibus occisis
utres facio. eorumque carnes
viatico preparo. et primo vespere
putantibus dominis nos seorsum
cubitare arripimus iter utres
et partem carnium portantes. Cumque
pervenissemus ad fluvium. Nam
decem millibus aberat. inflatis
et ascensis utribus aquis nos
credimus. paulatim pedibus subre-
migantes ut deorsum flumine
deferente et multo longius
quam conscenderamus in alteram nos

e contra ripam vestigium sequentes pervenit. Sed interim hi madefacte carnes et cum parte lapse viatici diu cibum prebebant, et bibimus usque ad satietatem, futuri nos sic preparantes. Currimus semper post tergum aspicientes, et magis noctibus promovemur, vel propter insidias late vagantium Saracenorum, vel propter ardorem solis nimium. Paveo miser etiam referens, et securus toto tamen corpore perhorresco. Post diem tertium dubio aspectu procul aspicimus duos camelis sedentes venire concite. Statimque mens mali presaga putare dominum cepit, meditari mortem, solem cernere nigrescentem. Dumque timemus et vestigiis per arenas nos proditos intelligimus, offertur ad dexteram specus longe sub terra penetrans. Igitur timentes venenata animalia (solent quippe vipere, reguli et scorpiones ceteraque huiusmodi fervorem solis declinantes umbras petere), intravimus quidem speluncam, sed statim in ipso introitu sinistre nos credimus fovee, nequaquam ultra progredientes, ne dum mortem fugimus incurramus mortem, illud quod nobiscum: si iuvat dominus miseros, habemus salutem; si despicit peccatores, habemus sepulcrum. Quid putas nobis fuisse animi, quid terroris, cum ante specum starent dominus et conservus, et vestigio indice iam ad latebras pervenissent? O multo gravior expectata quam illata mors! Rursus cum timore et labore balbutit lingua, et quasi clamante domino mutire non audeo. Mittit servum ut nos de spelunca protrahat; ipse cum evaginato gladio camelos tenens nostrum expectat adventum. Interim tribus ferme vel quatuor cubitis introgresso famulo, nobis occultis tergum eius videntibus (nam oculorum istiusmodi natura est

ut post solem umbram intrantibus ceca sint omnia) vox per antrum sonat: Exite furciferi, exite morituri; quid statis, quid moramini? Exite, dominus vocat. Adhuc loquebatur, et ecce per tenebras aspicimus leenam invasisse hominem et gutture suffocato cruentum intro trahere. Ihesu bone, quid tunc terroris nobis, quid gaudii fuit! Spectabamus hostem nostrum perire domino nesciente. Qui cum videret moras illum facere, suspicatus duos uni resistere, iram differre non valens, sicut tenebat gladium ad speluncam venit, et clamore valido servi increpans socordiam, prius a fera tenetur quam nostras latebras perveniret. Quis hoc crederet unquam, ut ante os nostrum pro nobis bestia dimicaret? Sublato autem illo metu, similis ante oculos nostros versabatur interitus, nisi quod tutius erat leonis rabiem quam iram hominis sustinere. Pavemus intrinsecus, et ne movere quidem nos ausi prestolamur eventum rei, inter tanta pericula pudicitie tantum conscientia pro muro septi. Leena insidias cavens et visa se esse sentiens, apprehensum morsibus catulum matutina effert, nobisque cedit hospitio. Nec tamen satis creduli statim erumpimus, sed expectamus diu, et egredi cogitantes illius nobis fingimus occursum. Sub tali ergo terrore illa transacta die egredimur ad vesperam, videmus camelos quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant pristinos cibos in ore revolvere et alios [illegible] retrahere. Quibus ascensis et nova sitarcia refocillati, decima tandem die ad Romana

castra per desertum venimus
oblatisque tribuno rei ordine
pandimus. Inde transmissi ad
Sabinianum Mesopotamie
ducem camelorum accepimus
precium. Et quia iam ille abbas
meus obdormierat in domino
ad hec delatus loca me mo-
nachis reddo, hanc trado virginibus
diligens eam ut sororem, non tamen
ei credens ut sorori. Hec mihi
senex Malchus adolescentulo
retulit. Hec ego vobis nar-
ravi senex. Castis castitatis
hystoriam expono, virginibus
virginitatem custodire exhor-
tor. Vos narrate posteris
ut sciant inter gladios, inter
deserta et bestias pudiciciam
nunquam esse captivam, et hominem
Christo deditum posse mori, non
posse superari. **De quatuor generibus**
Non in claustro **monachorum**
qua vel illa genera monachorum
esse comprobantur, quos describit
beatus Benedictus. Sunt enim
cenobite, id est in monasterio
regula et communi vita obediencie
maiorum deservientes. Sunt
anachorete de quibus dicitur in Iob,
qui edificant sibi solitudines,
quia in communi vita fratrum positi
laudabiliter tamen vacant pura
te contemplacioni. Sunt girovagi
carnales qui corpore
tantum intra septa monasterii
inclusi corde et lingua totum
mundum circueunt. Sunt et giro-
vagi spirituales qui delectatione
ad oracionem, de oracione ad laborem
pro sui corporis levitate fe-
runtur, et nullo operis fructu
stabili constancia et perseveranti
devocione persolventes, sed pro
accidia nunc istud nunc
illud melius putantes
omnia incipientes, nichil
perficientes. Sunt et Sarabaite
qui seipsos amantes quod sui
sunt querentes, in congregacione
binum aut trinum aut quaternum

conveniunt, contra monasticam regulam
suas novitates et pravitates sibi
ad inventiones fingentes, pravitates
et scismata in congregacione faciunt,
se contra impie et heresim sparsa sci-
smata defendentes gregem
domini turbare non desinunt. In
paradiso claustri debet esse lignum
sciencie boni et mali, id est discrecio
secundum locum suum, id est in prelatis; de subditis
vero quicunque illud tetigit mor-
te moriatur, quia non licet subditis
discernere, sed simpliciter obedire.
Sed non contra parvitatem virginis
prodigia valida, quia nemo eternum
fidelis nosse potest, ut videmus, nec
ubi lucescat, quo vadat, unde
veniat. Nam ductum racionis
opus relinquitur, cum soli superest
tit res admiracionis.
Incipiunt capitula libri septimi. c. i.
Rogatu quorundam fratrum
super causa abstinencie.
De monacho in heremo commanente,
quem interrogaverunt fratres quomodo
tolleraret tantos labores, et
responsio eius.
De monacho qui differebat
comedere cibum ab hora tercia
usque ad sextam.
De monachis qui egressi de
monasteriis processerunt ad
visitandos heremitas.
De monachis qui inter divina
colloquia obliti sunt sumere cibum.
De abbate Zenone qui cucumerem
recipere noluit et pro hoc se cas-
tigavit.
De quodam sene qui impugnabatur
spiritu fornicacionis.
De alio qui similiter impugnabatur
et sepius veniens se confitebatur.
De temptacione abbatis Apollo.
De heremita qui impugnabatur
per speciem mulieris cuiusdam,
ad quem alius monachus venit
nuncians ei quod mortua esset.
De duobus monachis qui processerunt
ad civitatem opus suum vendere

De monacho qui impugnabatur
fornicacione ante quem vidit
senior per dei revelacionem spiritus
fornicacionis in diversis mulierum
speciebus ludentes
De monacho qui cecidit in fornicacionem
De alio qui fecit ex luto quasi
figuram mulieris
Interrogacio monachi ad beatum
Pymenem super impugnacione
fornicacionis
De heremita qui singulis annis
ferebat perpu dormis suis
De duobus germanis quos dyabolus
per passionem livoris impugnabat
De monacho solitario ad quem
Theodosius imperator venit
De iudice qui desideravit videre
sanctum Pymenem et non potuit
De Agathone et responsis eius
ad monachos
De ordinacione presbiteri Ysaac
monachi
De duobus monachis pariter habi-
tantibus quos senior in sermone
certuli voluit
De monacho infirmo quem fa-
mula dei alebat
De beato Appollo de monacho liberato
De heremita qui cellam suam
alteri prestitit
De heremita et discipulo eius
qui lectna ligavit
De discipulo cuiusdam senis qui
perrexit haurire aquam ad puteum
De perfecta humilitate Eulalii monachi
De heremita qui fuit discipulus
quondam sancti Anthonii
De Iohanne monacho quem soror
sua videre desideravit
De admirabili potencia Anathasii
monachi
De monacho qui visitavit ger-
manam suam in monasterio et
ipsam noluit
De beato Theodoro discipulo sancti
Pachomii
De bono certamine abbatis Pachomii

De magno quodam sene qui
inter fabulaciones fratrum
videbat angelos bonos et
malos
De sancto Arsenio et de reve-
lacione eiusdem
Votus divine scripture copiar
ad incantatores per scripturam
De mortuo qui orante sancto
Machario ad eum de sepulchro
locutus est
De racione quam sancto Machario
quidam detulit
Ubi demon pulsato hostio
sancti Macharii gloriatur cogi-
tacio in ebrie pitinas sermonac
Interrogacio cuiusdam fratris
ad abbatem Josephum quid debe-
bat in cella degere
Requisitus abbas Pymenes
super tempore abstinencie
respondit competenter
De abbate Silvano
De abbate Joseph et responsione eius
Suspicacio cuiusdam senis
super saturitate
Commonicio certamine quod desi-
derat monachus attendit
De sene qui cucumerem sibi
ante oculos suspendit
ne gule proficeret
De sene quodam infirmo
cui si in cibum discipulus de
lini semine unxit oleum
Similitudo de Nabuzardan
principe coquorum
De iugitate abstinencie
sancti Macharii
De monacho qui nichil
tectum habebat quem beatus
Theodorus reprehendit
De fratre peregrino qui venit
ad abbatem Silvanum in
monte Synai
De Iohanne qui dixit fratri

suo velle esse securus sicut
angelus sancti Siluani
De monacho qui impugnabatur
spiritu blasphemie
Narracio abbatis Moysi et
pro qualibus rebus passio gignitur
Exhortacio sancti Pymenis
in solitudine positi
Exhortacio cuiusdam senis
ubi demon visus est Machario
Interrogacio cuiusdam fratris
super cogitaciones
Interrogacio ad sanctum Pyme
nem et responsio eiusdem
De duobus fratribus qui ad ab
batem Helyam peruenerunt quos
reprehendit quod eo repulerit
De femina que obiit abor
nali passione
De adolescente qui mundi
abrenunciauit vestimenta
sibi abstraheret
De fratre quem sanctus Anthonius
iussit ut carnes eius dor
so imponeret
Ubi consuluit frater senem
an haberet sibi retinere
vel duos solidos
De monacho qui ewangelium
vendidit
Ubi quidam rogauit sanctum
Agathonem ut eos pecuniam
suam susciperet
De Paulo abbate et austera
eius abstinencia
Ubi abbas Macharius in
venit in cella sua quendam
furantem
De monacho qui furatus
est cibum senis Zenonis
De districtione abbatis Aga[thonis]
De quibus rebus ira gignatur
Ubi quidam fratres narrauerunt
abbati Ysidoro quod ab alio
iniuriam pateretur
De ira vincenda
De malicia comprimenda

De fratre qui quandiu sustinebat irrisionem
De sene quodam qui irrati
munera transmittebat
De fratre qui consuluit abba
tem si debet se malis defendere
De magno heremita super que
latrones inuenerit
Item de scrupulo cuiusdam patris
Interrogacio fratris ad abbatem
Moysen
Commonicio abbatis Macharii
De fratre qui alium parte sancto
Anthonio collaudabat
Interrogacio ad abbatem ysaac
cur eum demones timerent
De abbate Achilla
De heremita iniusta que infan
tes pascebant pecora
De iniuria abbatis Iohannis
De sene qui detrahebat abbati
Pymenem
De abbate Motue
De abbate Agathone
De duobus senibus pro[?] ciuitatibus
qui plati[?] voluerunt vexare
et non potuerunt
De reuelacione sancti Macharii
quod necdum ad mensuram duarum
mulierum perueniret
De monacho qui frequenter in
cenobio irascebatur
De puella pregnante
Interrogacio cuiusdam senis ad
abbatem Pymenem
Narracio sancti Pymenis de
abbate Ysidoro
De abbate Moyse
Interrogacio cuiusdam senis ad
abbatem Josephum
De heremita qui desperans
reuertebatur ad seculum quem diuina
vox reuocauit
De temptacione sancti Anthonii
Interrogacio cuiusdam ad quendam
senem
Interrogacio ad abbatem Achillem
Interrogacio ad abbatem Moysen

Intrrogacio ad abbatem Anthonium
Intrrogacio ad abbatem Pymen
De monacho quodam qui venit
in egiptum ad abbatem Zenonem
Sermo cuiusdam senis unde omnis
anima detrimentum patiatur
Ubi senex dixit alteri ego
iam mortuus sum seculo
.dc Reprehensione cuiusdam senis
qui diu in heremo vixit
De heremita cui eidem seculum
ministrauit
Ubi iudeus quidam adorare vo-
lebat abbatem Moysen
Ubi abbas Sosius mortuum
nesciens suscitauit
Ubi Besarion abbas demonia-
cum liberauit
De paralitico quem sanctus Be-
sarion curauit
Exhortacio abbatis Motues
Ubi demon occurrit in via
sancto Machario
Ubi demoniacus quidam he-
remitam percussit in maxilla et
mox sanatus est
De eo quod omnis labor sine
humilitate vanus est
Ubi sacerdos ydolorum discipulum
sancti Macharii flagellauit
De reuelacione sancti Anthonii
Interrogacio ad abbatem Pymen
Narracio Pymenis abbatis
quid sit malum
Interrogacio ad senem Pymen
Sentencia abbatis Yperici
De Iohanne abbate et Paese
De abbate Ysaac ad quem missus
est angelus
De fratre cuiusdam in monasterio qui agit
culpam et fugit in heremum
Sentencia cuiusdam senis ad Anthonium
De Thymotheo anachorita
Ubi quidam sanctissimus senior
quandoque ordines in celo vidit
Exhortacio cuiusdam senis
De Marco discipulo abbatis
Silvani
De quodam monacho qui discipu-
lum misit in vicum
De duobus fratribus quorum unus
erat religiosus alter huius
obediens
De sene qui misit discipulum
in egiptum petere camelum
De monacho qui sportellam
suam dissipauit ut alius
perficeret
De Iohanne qui debuit centum
solidum et exiuit in viam pati
De obediencia abbatis Pymenis
De anachorita quem compu-
lerunt fratres ut ante horam
comederet
Ubi latro coegit sanctum
Pafnucium primum bibere
De duobus fratribus ubi senior
penituit iunior
De eo quod sibi quis non
vult alteri non faciat
Ubi venit mater sancti Pymenis
et cum ille eam videre noluit
De Iohanne thebeo qui xii
annis cuidam infirmo seni
seruiuit
De obsequio Agathonis
erga peregrinum
Exhortacio cuiusdam senis
ad infirmum discipulum
De sene qui esuriebat et si
infirmitatis recepit abeo
De sene qui in deserto obiit
Item de obitu Pamboni
Item de obitu Agathonis
De obitu Sosii abbatis
De obitu Arsenii abbatis
De abbate sancto Pamnione
super meretrice lacrimante
De penitencia non differenda

De eps qui in facie cognoscebat
qui esset iustus et peccator
De sancto paulo simplici qui
circa eandem gratiam habuit a deo
Ubi senex pymen puerum
sanavit
De eo quod bonum sit voluntaria
egestas
Interrogatio cuiusdam ad senem
Interrogatio de humilitate
Ubi sanctus Macharius in-
ventum in deserto mortuum
~~[struck]~~ suscitavit
Interrogatio de impugnatione demonum
Aliud de eodem
De repellendis cogitationibus immundis
De vera confessione
Quod non periculum sit celare
temptationes malas
Quod non bone sedule admonitiones
Quod diabolus non prevalet contra eum
in bono opere inventum
Quod sedula oratio confringit demonum
Admonitio ad amplectendam
veram caritatem
De sene qui cuidam discipulo
suo vade et morere et statim
mortuus est
De eo qui habuit dentem et male vivit
De humilitate sancti pemenis abbatis
in adventu anachorite
De retentione vitanda propter
scandalum
De observando silencio
Ut exemplo apis omnis
monachus studeat pro bono
Quod abbas Mathoes super
voluntate cum discipulo
suo separatus ad altare
pertimuerunt offerre
Qualis ... sit plenarium
Item de eodem
Contra diligentia beatus
Arsenius fugerat homines
ut hora mortis pro predicat
monachus
Disputatio patrum de ultimis
temporibus
De vita monachi in congregatione
Ubi pymen latronibus fugiens
cum aliis per venit in locum
qui dicitur terminudinis
De septem hec venit qui tamen
dies sabbatorum se in vita instabat
De proposito caverit in ...
Quod non utilius sit oratio in ...
Quod nimia oratio acceptabilis sit
deo cum recordatione peccatorum
Item de perfecto monacho
Ubi sanctus Silvanus abbas
factus est in extasi
Commonitio cuiusdam senis
De superfluitate ciborum et ...
tima oratione
Contra Iohannis abbatis con-
temptationes
De vigilia abbatis Arsenii
De zenone abbate qui circa
deo per angelum est refectus
et per angelum ad cellam reductus
De oratione sine intermissione
De eo ubi beatus Macharius
in via deficiens divinitus est
ad aquam perductus
Ubi cum demone ...
est dissipatus
Ubi discipuli sancti ...
aquam ... bibit iubente
... cum ... ordine versa
est in dulcedinem
De monacho qui matrem
suam in iudicio vidit
De monacho qui sororem suam
de meretricio convertit
Ubi sanctus Anthonius ... solatus
est sanctum ...

De monacho qui moriens tres
solidos reliquit
De adolescente qui nulla arte
poterat libidinem superare
Ceterum quis dubi
tet multos sancte sanctorum
horum videlicet quorum
in hoc volumine vita perfulget
Item omnes livorem inter
toti mente fugerint mundo
et exhibito herenm vasta se
creta rimantur inbique per
terribiles rupes seu mediclas
antris accubantes nec
esuriunt nec sitiunt ipso potius
deo sustentatus et pascit eos
horum multos sublevent eorum
supplicacionibus peccatorum veniam
mereamur Mihi domine sudore
Nec quis spernas simplicitate
et impolitos sermones meos
Nec enim opibus est diunicator
sophistice et eloquentia signare
sermones sed sivade mentes
hominum in fide et operibus veritatis
patrum denique sanctorum patriar
charum et prophetarum id est abraham
ysaac et iacob moysi et helye
et Johannis baptiste descripta
est conversacio et fides in non
tamen ut illi glorificentur quos
deus glorificaverat et in regno
suo gloriosos habebit sed ut lege
tibus postris conferat virtutis
doctrinam et exempla salutis
Vidimus sanctorum patrum
instiguatibus monachis
de causa abstinentie
dixit Oportet filioli ut deo
habeamus primus ante omnem
regimine sine delectaciones cor
poreas ac ventris saciamente
et honore ab hominibus non
requiramus et dabit nobis
dominus ihesus celestes ho
nores et regnum in vita
eterna gloriam et leticiam cum
angelis suis Item quidam
senior dixit Sicut nichil
est hominis esurire oportet
eum sumere cibum necessitatis
ad sustentandum corpus non
tamen in saturitate ventris
aut in passione Nam et
sompnus naturalis est
hominibus sed non in sacietate
seu resolucione corporis
quo possimus humiliare
passiones et vicia carnis
Sacietas enim sompni mem
te sensusque hominis stupidum
pigrumque reddit vigilie
autem tam sensum quam mente
etiam magis subtiliorem ac
puriorem efficiunt Ita enim
et sancti patres dixerunt
quia et sancte vigilie pu
rificant et illuminant mentem
sed etiam et irasci nichil me
te hominis sed non in commocione
passionis sed ut irascatur con
semetipsum ac vicia sua et sti
le et emendet a se talis sale
possit non solum etiam si quos pravum
et contra dei preceptum viderimus
alios agere oportet nos quidem
contra eorum vicia irasci ipsos
vero diligenter corripere et in
crepare admonere ut emen
dati salutem et ad vitam eternam
perveniat De Senore
Fuit quidam senior here
mo interiore per multos
annos in abstinencie et
omni studio spirituali nimis
laborans adveniretis ante

quidam ad eum fratres admira-
ti sunt de eius penitencia
dicentes. Quid tolleras istum
tam arduum et squalidum totum
pater. Quibus ille vix dixit ait.
Omnis labor totius temporis
quo hic dego nondum unius hore
eternorum tormentorum vehemencie
spacium habet. Oportet enim magis
in parvo tempore vite istius su-
stinere laborem et passionem
corporis sui macerare ut
inveniamus in illo eterno seculo
quod numquam deficiat perpetuam
repausacionem. De fratre
Referebant nobis sancti
seniores de quodam
fratre dicentes quia
quodam tempore ita impugnabant
eum demones ut statim hora
diei prima tantam famem et de-
fectionem corporis eius facerent
ut penitus sustinere non
posset. Volens tamen ille dicebat
in corde suo quia qualitercumque
oportet me vel usque expecta-
re ad horam terciam et tunc cibum
sumere. Cumque facta fuisset hora
tercia iterum dicebat cogitacionibus
suis. Etiam tunc violenter oportet
me sustinere usque ad horam
sextam. Cumque advenisset hora
sexta immittebat panem in aquam
dicens dum hic panis infunditur
oportet me etiam horam expec-
tare nonam. Cumque hora nona
advenisset et secundum consuetu-
dinem compleret orationes
et psalmodiam secundum regulam
panem ponebat ut comederet.
hoc quoque per plurimos dies susti-
nuit. Quadam autem die sedit
ab hora prima usque ad nonam
fecit. Cumque hora nona sedis-
set ut cibum caperet vidit de
sportella ubi panes in proxi-
mecia reposita erat surre-
xisse fumum magnum teterrimum

per fenestram celle eius. Et tamen
ex illo die nec esurivit nec
facta est defectio corporis eius
sed magis ita corroboratum est
in fide et abstinencia cor eius
ut etiam nec post biduum delecta-
retur cibum sumere. Ita dei gracia
auxiliante superavit frater
ille et conpescuit certamine castri-
margie i. gule et concupi-
passionem. De fratribus ad visitandum
Egressi sunt egressis
aliquando de monasterio fratres
ad visitandum eos qui in
heremo commorabantur patres.
Cumque venissent ad quendam he-
remitam seniorem suscepit eos
cum magno gaudio et sicut
consuetudo est apposuit eis
mensam. Videns enim eos fati-
gatos ex itinere illos ante
horam nonam fecit eos reficere
et quidquid habebat in cellula
sua apposuit eis ut ederent
et repausavit eos. Facto autem
vespere orationes et psalmodiam
secundum consuetudinem compleverunt
similiter etiam et nocte fecerunt.
Supradictus autem senior separatim
in alio loco quiescebat et audie-
bat eos loquentes inter se et
dicentes quia isti heremite me-
lius ad refectionem cibantur quam
qui in monasteriis consistunt. Hec
autem senior audiens tacuit.
Et cum illuxisset dies arripu-
erunt iter ut ad alium heremitam
pergerent qui in vicino eius senior
habitabat. Cum autem egrederentur
dixit eis senior. Salutate eum
de me et dicite ei. Observa
noli irrigare olera. Cum autem
pervenissent ad illum seniorem
alium dixerunt ei mandatum. Ille
vero audiens intellexit causam et
tenuit eos. Fratres reddidit eis

ut oparent̄ tenentes ꝑpor
tas. sedens ꝗ cu eis ipse
no cessauit de ope manuu
Vespe aut ad lucaria addit
eis alios psalmos sup con
suetudine. Et post cōpletas
orones dixit eis. Volo hem̄
cōsuetudine cibare quotidie
s; ꝓpt aduentu vrm oportet
nos hodie cenare. Et posuit
eis panes siccos et sal dicens
Et magis ꝓpt vos hodie debem̄
aliqd amplius cenare. Misit
aut modicu acetu i sal et
modicu olei. Et cu surrexiss;
de mesa cepit iteru psallere
vsq; ꝓpe lucē. Et dixit eis. Vo
possum⁹ ꝓpt vos omēz oroz
psallere quia ex itinē fatiga
ti estis. Cu aut factu fuisset
mane hora pma voluit re
cedere abeo. s; no pmisit
eos senior dicens. Magis
aut nobiscu manete aliqn
tos dies. no em̄ dimitto
hodie s; ꝓpt caritatē teneo
vos et alios tres dies. Illi vero
hoc audientes surrexerunt nocte
et anteqm lucesceret latenter
fugerunt de eodem loco

De fratre qui lenticulam coxit

Venit de sanctis senioribus
salutationis causa pro
fectus e ad alium seniore
heremita. Qui cu omi gaudio
suscepit eum. Proximus ad
ventu parauit ad refectione
senior lenticule cibu coctu
Dimittam inquit se ut prius ex
more cōpleant orones et psal
modia et postea cibu sumerent
Cu aut ingressi fuissent psal
lebant totu ꝗ psalteriu cōple
uerunt. Illa et scripturas pphetas
tamqm legentes duos pphetas
absente recitauerunt. Itaq; dies
recedebat et nox silet. Duq;

aracent et nitenter psalle
rent. illucescit alia dies. Et
tunc intellexerunt. qz nox
transisset. Iteru autē de cibo
dei inter se loquentes et spiri
tales sibi sermones pponentes
factu est ut circa horam nonā
salutatibus se inuicē ita recessis
set qui venerat senex ad cel
lulā sua. Illa refectione cibi
que parata fuerat obliti sunt
accipe. Dn cibu spūale acce
perunt. Vespe aut facto in
venit senior olla plenā
sicut parata fuerat. contristatus dixit
heu quo obliti sumus accipere
pulmentum istud. **De Zenone**
Refere **et cucumeribus**
bat nobis abbas Zenon
qui aliqn dum profici
sceretur a palestina fatigatus
de labore itineris resedit sub
arbore. Erat aut in proximo
ager plenus cucumeribus
Cogitabatq; in corde suo ut
surgeret et tolleret sibi de ipsis
cucumeribus. Cogitabat q; in
~~corde suo~~ ad refectionē michil
ꝗ inquit grande e qd habeo
tollere. Respondens ꝗ ipse sibi
cogitacionibus suis. Aut qa
fures pcipiunt iudicibus in
tormenta mittunt. Probet
ergo et meipm probare si possu
sustinere tormenta que la
trones paciuntur. Surgens
aut eadem hora stetit in estu
quinq; dies. afflixit ꝗ corpus
suu et dixit cogitacionibus suis
Certe no possu sustinere
tormenta. ideo oportet me
furtu no facere. s; magis ex
ercere scdm cōsuetudinem ex
opa manuu et laboribus meis
me reficere sicut scriptu e
Labores manuu tuarum quia
manducabis beatus es et bn tibi
erit quod quotidie ante in cō
spectu domini psallimus

De eo qui impugnabatur
a spiritu fornicationis

Discipulus cuiusdam sancti senio
ris impugnabatur spiritu forni
cationis. Sed auxiliante
gratia domini resistebat viriliter
pessimis et immundis cogitationibus
suis cavendo ieiuniis quoque et ora
tionibus et saepe manuum affligebat
se vehementer. Senior autem
videns eum ita laborantem dixit
ei: Si vis o fili deprecor dominum
ut auferat a te istam impugna(tionem).
Ille vero respondens dixit ei:
Video pater quia et si laborem su
stineo sentio tamen in me fructum
proficere bonum. Quia per occasionem
impugnationis huius et amplius
ieiuno et amplius in vigiliis et
orationibus tolero. Verumtamen
deprecor te ut exores misericordiam
dei ut det michi virtutem quatenus
possim certare legittime et su
stinere. Tunc sanctus senior
dixit ei: Ecce nunc cognovi
fili quia fideliter intelligis
quod hoc spirituale certamen per patientiam
ad salutem eternam tue anime pro
ficiat. Ita enim et sanctus apostolus
dicit: Certamen bonum certavi
cursum consummavi fidem ser
vavi. De cetero reposita est mihi
corona iusticie. Non solum
autem michi sed et omnibus qui
diligunt adventum eius.

De alio fratre eiusdem patientie

Alius frater impugnabatur
vehementer ab immundo
spiritu fornicationis. Ex
urgens autem nocte abiit
ad quendam sanctum et probatum
in virtutibus seniorem et confessus
est ei quomodo paciebatur impugnationem
a spiritu fornicationis. Hec cum
audisset senior consolabatur
eum doctrinis spiritualibus verbis
de virtute patientie sicut scriptum est:
Viriliter agite et confortetur cor
vestrum omnes qui speratis in domino.
Reversus quoque est frater ad cellulam
suam et rursum impugnatio in
sistebat ei. Ipse autem festinanter
denuo pergebat ad supradictum seniorem.
Videns autem eum senior iterum
docebat eum ut patienter et unde
fesse sustineret. Dicebatque ei:
Crede fili quia mittet tibi dominus
Ihesus Christus auxilium de celo sancto
suo ut possis superare passionem
hanc. Confortatus autem frater ille
monente sancto seniore remeavit
ad cellulam suam. Et iterum impugnatio
valde conturbabat cor eius et [illegible]
eadem hora noctis reversus est ad
seniorem et precabatur eum ut iterum
oraret dominum pro eo. Dixitque ei se
nior: Ne extimescas fili neque
resolvaris neque abscondas
cogitationes. Ita enim confusus
spiritus immundus discedit a te. Ni
chil enim ita allidit virtutem
demonum quam si quis secreta
immundarum cogitationum revela
verit sanctis ac beatissimis patribus.
Viriliter age fili et esto fortis et confor
tetur cor tuum et expecta dominum. Ubi enim
durior est pugna ibi gloriosior
erit corona. Seniorque sanctus perspecta
virtute ait: Pugna in valida
est manibus domini ad salutem
autem gravis ista est animis eius ut non
gaudeat. Considera quomodo filiole quod
certamen tuum expectat dominus tibique
certanti dimicanti parat
eternitatis corona. Hec monens
nobis sancta scriptura dicit: Quia per
multas tribulationes oportet intra
re in regnum celorum. Hec audiente
frater confirmatum est cor eius in
domino et permansit apud seniorem
noluit quoque ultra redire ad cellam
suam.

De abbate Moyse et spiritu fornicationis

Fuit abbas Moyses qui inhabitabat in loco qui appellatur
Petra. Quodam tempore impugnatus est
durissima impugnatione fornicationis
a demonibus ut non prevaleret sedere

in cella sua. Sed abiit ad sanctum abbatem Isidorum et retulit ei violenciam impugnacionis sue. Cumque deprecaretur sanctus abbas Isidorus presentibus testimoniis consolaretur eum dicens ut ad cellam reverteretur et rogaret eum. Noluit abbas Moyses pergere ad cellam suam. Tunc abbas Isidorus cum Moyse abbate ascendit in superiora celle sue. Et dixit ei Isidorus Respice ad occidentem et vide. Cumque respiceret vidit multitudinem vehementer cum furore perturbari et quasi ad prelium parantes festinanter temptare pugnare. Dixit autem abbas Isidorus Respice retro ad orientem et vide. Cumque respiceret vidit multitudinem innumerabilem angelorum sanctorum gloriosam et splendentem super lumine solis celestium virtutum exercitum. Ait autem ei abbas Isidorus Ecce quos in occidente vidisti ipsi sunt qui impugnant sanctos dei. Illi autem quos ad orientem conspexisti ipsi sunt quos ad adiutorium sanctis suis mittit deus. Cognosce ergo quia plures sunt nobiscum sicut ait Heliseus propheta. Veni etiam et sanctus apostolus dicit Maior est qui in nobis est quam qui in mundo. Et his auditis confortatus in domino sanctus abbas Moyses et reversus est in cellam suam gracias agens et glorificans ~~dominum~~ dominum nostrum Ihesum Christum pro benignitatis clemencia.

De quodam fratre et nota sibi muliere

Fuit quidam frater in heremo Scythie promptus et alacer in operibus domini in spiritali conversacione. Huic autem inimicus humani generis diabolus immisit cogitaciones ut recordaretur cuiusdam note sibi mulieris pulchritudinem et turbabatur in cogitacionibus cordis sui vehementer. Contigit autem ut dispensacione domini alius quidam frater de Egipto veniret ad visitandum eum in caritate Christi. Et dum inter se loquerentur venit sermo ut diceret ille frater de Egipto quia mortua est illa mulier. Ipsa autem erat de cuius persona impugnabatur supradictus frater. Hic autem cum audisset ille post paucos dies abiit ad locum ubi positum erat corpus eius mulieris et aperuit nocte sepulchrum ipsius et de pallio suo tersit saniem putredinis eius. Et reversus ad cellulam suam ponebat fetorem in conspectu suo et dicebat cogitacionibus suis Ecce habes quod desiderabas sacia te ex eo. Et ita in illo fetore cruciabat se ipsum usquequo cessaret ab eo sordidissima impugnacio.

De duobus fratribus quorum unus fornicatus est

Duo fratres monachi abierunt in proximam civitatem ut distraherent que manibus suis per totum annum operati sunt. Unus autem ex eis egressus est et quedam sibi necessaria emebat. Alius autem solus in hospicio remansit et instigante diabolo cecidit in fornicacionem. Cum autem reversus venisset frater dixit illi Ecce iam distraxi que erant necessaria revertamur ad cellam nostram. Respondens quoque frater dixit ei Non possum venire. Cumque deprecaretur eum frater suus dicens Cur non revertaris. Ille confessus est ei dicens Cum enim ego a te discessissem cecidi in fornicacionem ideo nolo reverti. Volens autem lucrari et salvare animam eius frater suus cum iuramento dixit ei Et ego postquam separatus fuissem a te similiter lapsus sum in fornicacionem. Verumtamen veniamus ad cellulam et ponamus nos ad penitenciam. Omnia enim possibilia sunt deo ut penitentibus nobis indulgenciam donare dignetur et ne in eterno igne et tormentis et penis inferni [illegible]

cruciatum ubi penitentia non prodest
sed ignita semper tormenta et
dura sine cessatione pervenit.
Tunc ipsi visi sunt ad cellulas
suas. Abierunt autem ad sanctos
patres et prostraverunt se ad
vestigia eorum cum multo ulula-
tu et lacrimis gementes et con-
fessi sunt illis que venisset
eis nunc temptatio. Cumque
autem comperissent sancti seniores
et docuerunt in cunctis penitenciam to-
tam fecerunt. Ille autem alius frater
qui non peccaverat pro fratre
qui peccaverat penitenciam agebat
quasi et ipse peccavisset eo quod
multam caritatem erga eum habebat.
Videns autem dominus laborem
caritatis eius infra pauca
tempora revelavit senibus prioribus
qualis esset culpa. Et quod per
caritatem illius qui non peccaverat
et tamen se affixerat propter sa-
lutem fratris dominus indul-
gentiam ei qui peccasset h
ita est sicut scriptum est: Anima
posuit animam suam pro salute fratris.

De fratre et spiritu fornicationis

Frater quidam molestiam
sustinebat a spiritu fornicationis.
Abiit autem ad quendam pro-
batissimum seniorem et precabatur
eum dicens: Pone tibi sollicitudinem
beatissime pater et ora pro me
quia graviter me impugnat
passio fornicationis. Hec cum
audisset senior orabat in-
tente diebus ac noctibus pro
eo misericordiam domini deprecans.
Iterum autem veniebat ad fratrem
et rogabat seniorem ut inten-
cius pro eo oraret. Et cum omni
sollicitudine beatus senior ora-
bat intencius pro eo. Frequenter
autem veniente ad se monacho
videns senior et deprecantem
se ut oraret pro eo valde
contristatus mirabatur quare non

exaudivit dominus orationem eius. Vidit
autem nocte revelante ei domino
quia iste ille monachus erat negligens
et ignavie resolutus et delectationes
cordis eius. Ita autem ostensum
est sancto seniori: Vidit enim
sedentem monachum illum et spiritum
fornicationis in diversis mulierum
formis ante illum ludentem et
ipsum cum eis delectari. Vidit autem
et angelum domini astantem et in-
dignantem contra fratrem eundem
eo quod non surgebat neque prosternebat
se in orationibus ad deum sed magis de-
lectabatur in cogitationibus suis.
Hec enim ostensa sunt sancto seniori
per revelationem. Cognovit autem quod
culpa et negligencia illius mona-
chi erat quod non exaudiebatur oratio
eius. Et dixit ei: Tua culpa tua
est frater quod condelectaris in cogitationibus
malis. Impossibile est enim a
te discedere spiritum immundum fornicationis
aliis orantibus et deum pro te depre-
cantibus nisi et tu ipse laborem
apponas in ieiuniis et orationibus
et vigiliis multis cum gemitu
deprecans deum ut misericordiam suam et
adiutorium gracie prebeat tibi ut
possis resistere malis cogitationibus.
Nam et medici qui corporibus hominum
medicamenta conficiunt et adhibent
quamvis omnia cum summa diligencia
faciant, tamen si ille qui infirmatur
non se contineat a noxiis cibis
vel de aliis que solent ledere infirmantes
nichil ei proficit cura et diligencia
et sollicitudo medicorum. Similiter ergo
et in anime languoribus evenit. Licet
enim cum omni intentione et toto
corde sancti patres qui sunt me-
dici spirituales exorent misericordiam
christi domini salvatoris nostri pro eis
qui orationibus eorum se postulant
ad misericordiam nisi et ipsi cum omni in-
tentione mentis tam in orationibus
quam in omni opere spirituali que
deo placita sunt fecerint non eis

proficiunt negligentibus et re
solutis et de salute animae minime
cogitantibus orationes sanctorum.
Et hec audiens fecit compunctus de
corde et cum omni sollicitudine
secundum doctrinam sermonis eius
ieiuniis quoque orationibus et vigi
liis semetipsum afflixit et
meruit misericordiam domini et recepit
ab eo remedium spiritus passionis.

De quodam monacho et puel
la de genere eius

Fuit quidam monachus qui in
habitabat in heremo. Quae
dam autem puella ex genere
et cognatione eius post plu
rimos annos percepit in quo
loco supradictus monachus habitaret
et instigante diabolo in illud
desertum abiit requirens eum.
Et non invento ingressa est cellam
eius asserens quod esset ex genere
et parentela eius fuisset.
Mansitque ibi apud eum et cecidit
in ruinam peccati cum ea. Erat autem
et alius monachus et ipse in heremo
degens. Cum eum ad refectionis
horam venisset gallonem cum
aqua quem ad potum sibi praeparaverat
eius totam illam aquam fundebatur
in terram. Hoc autem per aliquot dies cum
ad refectionem venisset ita fie
bat et effundebatur aqua in terram ut
non posset bibere. Cogitavit
autem apud semetipsum ut abi
ret ad illum alium monachum
et diceret ei de gallone qui inver
tebat se et tota aqua effundebatur.
Igitur cum in itinere vespere facto
in quodam antiquo diruto
templo ydolorum dormiret
audivit demones inter se lo
quentes quia ista nocte praecipitavimus
illum monachum in fornicationem. Et
hic audiens admirabatur. Cum
autem illuc ivisset die sequenti venit ad
monachum et invenit eum gravissima
tristicia oppressum et dixit ei
Quid facias frater. Qui ait quia hora
reficere voluero statim gallo
nem quem de ipsa aqua habeo
eius effundit aqua et non ha
beo quod bibam. Tunc respondit ei
supradictus monachus dicens Tu quidem
venisti interrogare me quia
gallonus tuus vertit se et effun
ditur aqua. Ego autem quid habeo
facere quia hac nocte cecidi in
fornicationem. Videns frater dixit
ei. Et ego iam hoc cognovi.
Dixit autem ei ille Et unde hoc
potuisti cognoscere. Et ille ait
Sum in itinere nocte quiescerem au
divi demones intra se loquen
tes et gaudentes de lapsu tuo et
minus gestantes sunt. Tunc
ridit ei monachus ille dicens Ecce
ego egrediar et vado in seculum.
Hec ille audiens deprecatur eum dicens
Noli hoc agere fili sed magis pa
cienter sustine et permane in hoc
loco. Nam indubie expellamus
et reuitatis illorum sunt. Manife
sta enim ista ex quo in seculo mali
gni diaboli est. Magis autem opto
ut maneas in hoc loco in afflic
tione cordis et corporis et cum
gemitibus ac lacrimis ut per te in
spiritu autem deprecare deum
ac salvatorem ut possis invenire
misericordiam in die illo terribili magni
iudicii dei.

De fratre

Fuit quidam frater in heremo
habitavit autem in loco qui
dicitur cellia et impugnabant
eum demones passione forni
cationis. Cogitavit autem apud
semetipsum dicens Ita forsitan
in opere manuum magis oportet
me laborare ut contineatur
carnalis sensus meus. Erat
autem ipse frater arte figulus. Sur
gens quoque fecit ex luto et plasmavit
sibi figuram mulieris et dixit
cogitationibus suis Ecce uxor

tia necessarium est ut superad-
das consuetudini in opere manuum
tuarum. Et post aliquantos dies
iterum silentio fecit de luto et
plasmavit quasi filiam sibi et
dixit cogitationibus suis Ecce
generavit uxor tua filiam
necessarium est ut magis amplius
quam operaris opera manuum ut
possis pascere et vestire te
et uxorem tuam et filiam tuam. Et
sic ita nimio labore maceravit
corpus suum ut non prevaleret
iam supportare tantum labo-
rem. Tunc dixit cogitationibus
suis Ecce si non prevalebis
nimium istum sustinere laborem
neque iam mulierem requiras.
Videns autem deus fervorem propo-
siti mentis eius pro utramque ne-
cessitatis abstulit ab eo mole-
stiam impugnationis demonum
et glorificavit ipse deum super
magnitudine gracie sue

De fratre qui passus forni-
vida fd cacando vexavit

Interrogavit abbatem Py-
menem dicens Quid faciam
frater quia impugnat me passio
fornicationis etiam et rapior
in passione furoris. Respondens
dixit ei senior Ideo utique david
psalmista dicebat leonem quem
percuciebam ursum et in sinu frequenter
suffocabam hoc autem intelligit
per furorem abscindit ab animo suo
fornicacionem autem laboribus affli-
git. De monacho seniore in hermo

Referebant sancti commanentes
patres de quodam monacho
iam seniore in Scithie
heremo commanente quod sunt
quinquaginta erat et per singulos annos
descendere solebat de heremo
in Alexandriam ubi mane-
bant domini eius et ferens
eis pensionem sicut servi so-
lent dare dominis suis. Illi
domini eius magis reverencia
et timore dei habentes eum
honorabant eum occurrentes

et salutantes eum petentes quatenus ut
pro eis dominum exoraret. Ille autem
mittebat aquam in pelvim festinabat
lavare pedes dominorum suorum cum
omni humilitate abstergens eum cu-
piens exhibere. Illi vero nolebant
acquiescere ut pedes eorum lavaret
sed dicebant ei Noli beatissime pa-
ter gravare animas nostras. At ille re-
spondens dicebat eis Ego servus
vester sum vestri domini mei quos
deus constituit et gracias ago domino
meo quia dignatus est me permittere
ut serviam dominis servis meis
ac dominatori et creatori celi et
terre et ideo detuli vobis pensionem
servitutis mee. Domini autem eius
contendebant nolentes accipere
suam detulerit pensionem. Videns
autem monachus dixit eis Si nolueritis
accipere pensionem meam ita decre-
vi ut non revertar in heremum sed hic
in parti maneo et serviam vobis.
Hec autem audientes domini eius
acquieverunt suscipere pensionem
eius ne contristaretur sed magis
ut reverteretur ad loca heremi
ad cellulam suam. Illud autem quod
de pensione sua etiam nolentibus
dabat dominis suis statim ut acci-
piebant pauperibus erogabant.
Interrogabant autem eum seniorem
dixerunt ei fratres Obsecramus te
pater ut dicas nobis cur cum tanta
intencione pro servicio tuo
pensionem etiam nolentibus
et nimis resistentibus dominis
ingessisti. Ad hec videns senior
dixit Ego fratres ideo festino
per servicium quod dominis debeo pen-
sionem per singulos annos adim-
plere eis ut quidquid eum ad intro-
eo domini rei in omnibus et ordinibus
seu in sanctis vigiliis vel in
opere spirituali opere domino adiu-
vante laboravero hoc michi
in eterna vita ad salutem anime mee
proficiat ne forsitan si pensionem
pro servicio meo minime intulero
iam totus spiritualis meus
labor ad illorum iure proficiat

qui me premiserit ihesu xpo
domino deservire et tota mea
spiritualiter commisisti. **De duabus fratribus
quos volebat dyabolus separare ab invicem**

Erant duo fratres secundum
carnem quidam utrique eorum
in spirituali proposito mo-
nachi consistebant. Insidiabatur quoque
eis dyabolus quomodo eos sepa-
raret ab invicem. Quadam autem die
ad vesperum secundum consuetudinem
iunior frater accendens lucernam
posuit super candelabrum. Ope-
rante autem malicia demonum evertit
candelabrum et extincta est lucerna
per hanc occasionem insidiatur
dyabolus ut eos in lite accenderet.
Surgens quoque frater senior cepit
cum furore percutere fratrem suum.
Ille vero prostratus in terra depreca-
batur dicens: Magnanimis
esto domine et ego iterum accen-
dam lucernam. Ergo quia non respondit
ei turbulentum sermonem statim
malignus demon confusus
recessit abiens et eadem nocte
nunciavit principi demonum dicens:
Propter humilitatem illius monachi
qui prostravit in terra veniam po-
stulavit a fratre suo non prevalui in
eis videns quia deus humilitatem
eius effudit super eum graciam suam
et ego sencio me valde torqueri
atque cruciari quia non prevalui
eos separare ab invicem. Hec autem
omnia verba audiens sacerdos ydo-
lorum qui ibi commanebat compunctus
in corde in timore et amore domini
Ihesu xpi conversus quod seductus
et perditus annis in ydolorum et
relinquens omnia festinanter
prodiit ad sanctos patres in monasterium
et retulit eis hec omnia que per ma-
liciam demones inter se loquebantur.
Cumque monitis salutaribus in-
struxissent eum sancti patres de doctri-
na salutari baptizatus est et
sancti proposita vita monachorum arri-
puit et admiratus cooperante
gracia domini factus est probatissimus
monachus intuitu quod senectus
est et tenuit humilitatis virtute ut
omnes in omnia eius humilitate
admirarentur. Dicebat enim quia
omnes virtutes adversariorum nostrorum
demonum solvit humilitas videndo.
Demum dominus noster Ihesus xpus
per humilitatem triumphavit dyabolum
et omnes virtutes eius contrivit.
Addebat etiam dicens quod frequenter
audiebat demones loquentes:
Quociens quia concordia succedit in
cordibus hominum qui sustinuerint
pacienter iniurias et contumelias
et commissis invicem rogant et
que ad pacem sunt dicens. Tunc ego
peccatum sentio sentimus omnes
meas virtutes minuere quia
approximat gracia divine pietatis.

v Referebat **De beato pymen**
beatus senior pymen
fratribus dicens quod fuit quidam
monachus in Constantinopoli tempo-
ribus Theodosii imperatoris. Habita-
bat autem in parva cellula foris
civitatem prope proscenio quod vocatur
in sentino ubi solent impera-
tores egressi de civitate libenter
degere. Audiens autem imperator
quod ibi esset quidam monachus
solitarius qui nusquam egredi-
ebatur de cellula cepit deambu-
lando pergere ad eum locum ubi erat
supradictus monachus. Precepitque
sequentibus se ut cum veniret ille
approximaret ad cellulam mona-
chi illius. Ipse autem prodiit solus
pulsavitque hostium cellule. Ape-
ruit autem monachus et apperuit ei
et non cognovit quis esset imperator.
Tulerat enim sibi coronam de capi-
te suo ut non cognosceret. Post
orationem vero resederunt pariter et in-
terrogavit imperator dicens quid
sancti patres degerent in egypto.
Respondens quoque monachus ait:
Omnes orant deum pro salute
vestra. Aspiciebat autem imperator
intente per cellulam suam ...

et nichil in cella vidit nisi paucos
panes siccos in sporta penden-
tes Et dixit ei Da michi bene-
dictionem abba ut reficiamus
Et tunc festinavit monachus
et misit aquam et salem
in vascella et comederunt pariter
Porrexitque ei calicem aque et
bibit Tunc Theodosius impera-
tor dixit ei Scis quis sum ego
Respondens monachus dicit Nescio
quis sis domine Ego sum Theo-
dosius imperator et ob devotionem
veni huc Hoc cum audisset mo-
nachus prostravit se ante illum
At ille dixit ei Beati estis vos
monachi qui securi ac liberi de
negociis seculi tranquillam et
quietam presentem vitam et salu-
tem de salute animarum vestrarum ha-
betis sollicitudinem quomodo ad vitam
eternam et ad celestia regna per-
venire possitis In veritate
enim tibi dico quod in regno natus
sum et in regno dego et numquam
sine sollicitudine cibum capio
Post hec valde honorifice salu-
tavit eum imperator et ita egressus
est abiit Eadem nocte cepit intra
se cogitare famulus dei dicens
Iam non oportet me iam
in hoc loco esse Multi enim non
solum de populo sed etiam de pala-
cio et de senatoribus quam plurimi
exemplum imperatoris secuti
ad videndum me venturi sunt
et honorem in tantum servo
dei deferendo non cessabunt
et illi quidem hec propter nomen
domini facturi sunt Ego autem
timeo ne forsitan inimicus
surripiat et libenter eos in a-
nimo suscipere et delectetur cor
meum in laudibus et honore eorum
et per hoc iam incipiam virtutem
humilitatis perdere et laudes atque
honores hominum amare Hec ergo
cum homo dei secum cogitasset ea-
dem nocte fugit inde et perrexit in egip-
tum ad sanctos patres heremi
Itaque consideremus fratres dilectissimi
cum quanta sollicitudine virtutem
humilitatis famuli dei custodire
studuerunt ut in celesti regno eternam
gloriam pro labore sancte vite sue
quem propter nomen domini acceperunt
percipere mererentur. De sancto pymene
abbate et quodam iudice
tempore cum audisset iudex
provincie sanctam opinionem
beati pymenis desiderabat vide-
re eum misitque nuncium ad deprecandum
ut susciperet eum Beatus autem pyme-
contristatus est valde cogitans
apud semetipsum quia si ceperint
persone nobiles venire ad vi-
sitandum et honorandum me mani-
festum est quia et alii multi plurimi
homines frequentabunt me et
mentem meam ut perturbent secreti
vite mee commisceo et humilitatis
graciam quam cum tanto labore cu-
stodiante domino a iuventute
mea studui custodire forsitan
surripiente maligno diabolo
perdam et incurram glorie laqueos
hoc ergo apud semetipsum definivit
quatenus se excusaret magis
suscipere iudicem Contristatus autem
iudex quia eum non suscepisset ait
ad officiales suos Ego non merui
videre hominem dei peccatis meis
imputo Unum nimis desiderabat
per quam occasionem videret sanctum
virum et cogitavit hoc remedium cau-
sa qua occasione ei pareret vide-
re eum Comprehendens enim filium
sororis beati pymenis misit in
carcerem ut per istam occasionem
aut susciperet iudicem aut ille
veniret ad rogandum iudicem
Dixitque ad officiales suos ut non
contristetur senior sed scitis mitta-
tur ei Illa sic voluit venire ad

omne necesse e ut statim edu
camus eum talis est enim consue
tudo eius quod non possit impune tran
sire. Audiens hec mulier mater
iuvenis id est soror pymenis
abiit in heremum ubi erat frater
eius stabat quoque ad hostium cel
lule eius cum multo fletu et
ululatu rogans eum ut descenderet
ad iudicem et rogaret pro filio
eius. Beatus pymen non solum
ei aperuit ut ingrederetur ad
eum. Tunc illa cepit ei male
dicere ac dicere durissime et im
piissime et ferrea viscera ge
rens quem tangit dolor fletus
mei non flectit te ad misericordiam
quoniam unicum habeo filium
meum qui in periculo mortis
videor constitutum. Tunc senior
mandavit ei per fratrem qui ei
ministrabat dicens: Vade dic ei
Pymen filios non genuit ideo non
dolet. Hec autem audiens iudex
dixit amicis suis: Verbis ite
ad eum ut vel epistolam precatoriam
faciat ad me quatinus possim eum
dimittere. Tunc iam pluribus
suadentibus statim senior scrip
sit ad iudicem dicens: Iubeat
nobilitas tua requirere causam
illius et si quid dignum morte
admisit moriatur quatenus in hoc
seculo presenti solvat crimen peccati
sui ut evadat eternas gehen
ne penas. Si in autem dignum
nichil morte commisit quod
iustum videtur legibus ita decer
nere dispone.

De abbate Agathon

Fuit de magnis patribus
senior quidam nomine
Agathon notatissimus in
discretione humilitatis et patientie. Quo
dam autem tempore processit ad vi
sitandum eum fratres audientes
de eo quod magnam humilitatem
haberet volentes quoque probare
si vere humilitatis patientiam
possideret et dixerunt ei:
Multi scandalizantur in te
pater quoniam nimis vicio
superbie tenearis et ideo
alios despicias et pro nichilo
eos habeas. Sed et detracto
res adversus fratres loqui non
cesses. Affirmant etiam quoniam
plurimi quoniam fornicationis
vicio tenearis et ne solus
videaris errare ideo non
cesses aliis detrahere. Ad
hec senior respondit: Hec et
omnia vicia que dixistis in me
cognosco nec possum negare
tantas iniquitates meas.
Procidens quoque iterum adora
bat eos dicens: deprecor vos
fratres intercedatis pro me
misero et multis peccatis ob
noxio apud dominum Christum orare
non cessetis ut indulgentiam
tribuat iniquitatibus meis mul
tis ac multis ac nimiis.
Ad hec supradicti fratres adden
tes dixerunt: Non te lateat
etiam hoc quod hereticum te plu
rimi affirmant. Hic autem cum
audisset dixit eis: licet
in aliis multis peccatis obnoxius
sim hereticus tamen penitus
non sum; absit hoc ab ani
ma mea. Tunc omnes fratres qui
aderant prostraverunt se iterum
ad pedes eius obsecrantes
eum ac dicentes: Precamur
te abba ut dicas nobis
cur tantis viciis et peccatis

dicentibus nobis de te in nullo
commotus es. De verbo autem
hereticum valde te commonisti
et abhominatus es. Nec
sufferre potuisti. Audiens
dicit eis senior. Illas quidem
res culpas atque peccata susti-
nui propter humilitatem ut peccato-
rem me esse crederetis. Ita
si custodiatur humilitas virtus
magna est salus anime.
Dominus enim et salvator noster
christus Ihesus cum ei Iudei
multas contumelias et
convicia irrogassent pacien-
cius cuncta tolleravit ut nobis
humilitatis preberet exempla.
Immiserunt enim falsi testes mul-
ta adversus eum falsi dixerunt
et usque ad mortem crucis
paciencius cuncta sustinuit.
Ita et apostolus predicat dicens
christus passus est pro nobis
nobis exemplum relinquens
ut sequamini vestigia eius.
Oportet ergo ut paciencius
cum humilitate cuncta adversa
sustineamus. Illa sermone
quem dixistis hereticum di-
xistis non potui sufferre
et valde abhominatus sum
quia heresis separat a
deo vero et vivo et coniungit
dyabolo et angelis eius. Aliena-
tus a christo iam non habet
deum qui exoret pro peccatis
suis quia ex omni parte
perit. Si autem conversus
fuerit ad veram et katholicam
sancte ecclesie fidem su-
scipitur ab uno deo et salva-
tore nostro christo et coniungi-
tur pio deo vero creatori
ac salvatori nostro christo qui
est in patre filius semper cum
spiritu sancto ipsi gloria in secula seculorum. Amen.
De beato ysaac presbitero ordinando
Consilium inter se habuerunt
seniores fratres et omnes
monachi habitantes in
heremo Scithie et consesserunt
ut beatus pater ysaac presbiter
eis ordinaretur in cella que
in ipso heremo sita erat ubi con-
venit die statuta et homini mul-
titudo monachorum qui in illa
heremo conversabantur. Audiens
autem supradictus abbas ysaac
hoc consilium fugit in
egyptum et abscondit se in
quodam agro inter fructeta
arbitrans se indignum honore
presbiterii. Et in plurimi autem
fratres monachi sequebantur ut
comprehenderent eum. Cum autem
applicuisset ad vesperum in eodem
agro prolonginquus ut reficerent
fatigati ex itinere. Erat enim
nox. Dimiserunt asellum qui
eis sumptus portaverat
de itinere ut pasceretur. Cum autem
pasceretur asellus pervenit in
locum ubi supradictus abbas
latitabat. Cumque illuxisset
diei requirentes monachi
asellum pervenerunt ad eundem
locum ubi senior se occulta-
verat. Et admirantes valde
disposicionem divinam comprehenden-
tes ligare et stringere vo-
luerunt eum et ita portare veneni-
bilis autem pater non permisit dicens
Iam non possum contradicere
vobis quia sicut dei voluntas
est ut licet indignus suscipiam
ordinem presbiterii. De duobus
sanctis fratribus patribus
quidam duo commorantibus

monachi positi in cella commanentes quorum humilitatem et patientiam multi etiam de sanctis patribus collaudabant. Audiens hoc quidam sanctus vir voluit probare si veram perfectamque haberent humilitatem. Venitque ad visitandum eos. Cumque eum cum gaudio suscepissent et ex more complessent orationes et psalmodiam, egressus foras cellulam vidit parvum ortum ubi olera sibi faciebant. Apprehensoque baculo cum toto impetu irruens confregit omnia olera cedendo ita ut nichil omnino remaneret. Videntes autem supradicti fratres nichil penitus dixerunt, sed nec multum tristem aut turbatum habentes vultum ingressi cellulam reliquam orationem complentes adoraverunt eum dixeruntque: Si precipis domine ut eamus ad eum qui remansit cauliculum gustemus coquentes, quia iam hora est ut cibum sumamus. Tunc senior adoravit eos dicens: Gratias ago salvatori meo Christo quia video spiritum requiescere in vobis. Et ideo hortor et moneo vos fratres carissimi ut usque in finem custodiatis sancte humilitatis et patientie virtutem, ut ipsa in regno celesti vos maiores atque sublimes in conspectu dei faciat apparere.

Vita quedam. **De quodam monacho**

Fuit in cenobio iam senex probatissimus monachus et incurrit gravissimam egritudinem, confectusque longa et intollerabili infirmitate longo tempore laborabat in doloribus multis, nec inveniri poterant fratres qualiter subvenirent egritudini eius quam ei que necessitas eius infirmitatis competebat non habebat in monasterio. Audiens hec quedam famula dei de afflictione infirmitatis eius deprecabatur monasterii patrem ut eum ad cellam suam tolleret et ei ministraret, maxime autem quia facilius inveniri possent in civitate que necessaria eius egritudini videbantur. Precepit ergo pater monasterii ut portarent eum fratres ad cellam famule dei. Ipsa vero cum omni veneratione suscipiens eum propter nomen domini ministravit illi pro retributione mercedis eterne quam credebat a Christo salvatore nostro recipere. Cumque tribus annis et amplius sedule obsequeretur et ministraret famula dei, ceperunt homines mente corrumpi scandalum scabie mentis sue suspicantes quod non sinceram haberet senior conscientiam de virgine que ministrabat ei. Audiens autem hec senior exorabat divinitatem Christi domini dicens: Tu domine deus meus qui cognoscis omnia et vides quia multi dolores sunt egritudinis et miserie mee et afflictionum tante infirmitatis que me tanto consumunt tempore ut necessarium habeam obsequium huius famule que michi propter nomen tuum ministravit, tribue ei domine deus condignam mercedem in vita eterna sicut dignatus es Christe

dominica repromittens hiis qui propter te egenis et infirmis suum exhibent ministerium. Cum autem appropinquasset dies transitus eius convenerunt ad eum quamplurimi sancti seniores fratres de monasterio. Dixit eis senior: Obsecro vos domini fratres et patres ut cum defunctus fuero tollatis baculum meum et plantetis eum super sepulcrum meum. Et cum radices miserit feceritque fructum sciatote quia sum mundus ab ea. Cum autem vir dei discessisset de corpore secundum preceptum eius sancti seniores plantaverunt baculum eius super sepulcrum eius et frondui(t) accidenteque tempore protulit fructum et admirati sunt glorificantes deum. Quod tale miraculum cum de vicinis regionibus multi venientes magnificabant dominum gratiam salvatoris. Nam et nos ipsam arbusculam vidimus et benediximus dominum qui protegit in omnibus in sinceritate et veritate sibi servientes

De abbate Appollonio

Quodam tempore duo venerunt ad cellam beati abbatis Appollonii homines quidam qui fortiter a demonio torquebatur. Cumque tardius observarent qui cum eo venerunt deprecantes senem ut eum in nomine Christi precibus ad deum fusis curaret. Fudit senior et dixit eis: Res excessit huius initii ut de malis imperaret. Cum autem persisterent qui venerant rogantes eum flentes nimis deprecantes tandem acquievit. Cum autem in nomine domini salvatoris nostri imperaret demonium dixit: Exi in nomine domini a plasmate dei. Tunc videns dixit ei: Ego quidem imperante potentia Christi egredior. Tamen interrogo te sermone ut dicas michi quid sit quod scriptum est in evangelio: Qui sunt edi et qui sint oves. Respondit senior dicens: Edi quidem iniusti sunt iusti vero oves. Et ego peccator sum qui multa peccata commisimus sunt oves autem nominati dicuntur qui sunt. Tunc proclamavit demonium dicens voce magna: Propter tuam humilitatem stare diutius non possum. Et statim egressus est ab homine quem possederat videntibus his qui aderant omnes dederunt gloriam deo.

De quodam monacho heremita

Referebant sancti seniores nobis dicentes: Erat quidam monachus in heremo Scythi et venit ad visitandum sanctos patres qui habitabant in loco qui dicitur Cellia ubi multitudo monachorum in diversis habitabant cellulis. Cumque non invenisset ad presens cellulam ubi posset manere tunc quidam ex senioribus habens aliam vacantem cellam dixit ei: Interim requiesce in hac cellula donec invenias ubi possis manere. Cumque ad visitandum eum convenirent quamplurimi fratres desiderantes ab eo audire verbum salutis eterne habebat enim gratiam spiritualem docendi verbum dei videns frater ille senior qui ei ad habitandum prestiterat cellulam invidie livore cor eius vulneratum est et indignari cepit ac dia

Cum ego tantis temporibus in hoc
loco habitem et non ad me conveniunt
fratres nisi rarissime et hoc
diebus festis, et tamen ad istum
in posteriore pene quotidie fratres
quamplurimi veniunt. Dixit autem
discipulo suo: Vade et dic ei
ut egrediatur de cellula illa
quam in mora est. Cum autem per-
venisset discipulus eius ad
illum fratrem dixit ei: Mandavit
abbas meus sanctitati tue:
Iube michi mandare qualiter
habeas; audivimus enim te in-
firmari. Ille vero remandavit ei
dicens: Ora pro me domine pro-
pter quia valde stomachum doleo.
Reversus autem discipulus dixit
abbati suo: Remissus rogat cari-
tatem tuam ut vel duos dies
iubeas ei indutias dari ut
possit sibi aliam cellulam provi-
dere. Transactis autem tribus
diebus iterum misit discipulum suum
dicens: Vade dic ei ut egrediatur de
cellula mea. Ita si vero sus-
distulerit, dicens adhuc coti-
nuo venio cum baculo cedendo
expellam eum de cellula mea. Per-
gens autem discipulus ad supra-
dictum fratrem dixit ei: Sum sol-
licitus valde est abbas meus
de infirmitate tua, ideo me
misit requirens si melius ha-
beas. At ille audiens hoc dixit:
Gratias ago domine sancte caritati
tue quia sollicitus es de me. Nos-
trime precibus tuis melius ha-
beo. Reversus discipulus dixit
abbati suo: Frater et nunc sanctis dep-
catur sanctitati tue dicens ut
usque diem dominicum expectes eum
et statim egredietur. Cum autem

venisset dies dominicus et
non egrederetur, accipiens vectem
senior inflammatus invidie
et iracundie spiritu pergebat ut
cedendo expelleret eum de cella.
Precedens autem discipulus dixit
ei: Si iubes prius precedo te
et video ne forsitan aliqui
fratres ad visitandum eum venerint
et si viderint te scandalizentur.
Precessit ergo discipulus et ingressus
dixit ei: Ecce misit abbas meus
venit ad salutandum te; ergo
quod celerius cum gratulatione
occurre ei, quia pro nimia cari-
tate et dilectione venit ad
te. Qui in statim surgens cum
nimia alacritate occurrit ei.
Cumque vidisset eum a longinquo
appropinquare ei, prostravit
se protinus in terram, adorabatque
senem cum gratulatione dicens:
Retribuat tibi dominus, carissime
pater, bona eterna pro cella quam
mihi propter nomen eius prestitisti,
et celestem urbem inter sanctos
suos Christus dominus gloriam
et splendidam tibi preparet man-
sionem. Hec autem audiens senior
compunctus est corde et proiciens
baculum occurrit in amplexum
eius et osculatus est et invitavit
eum ad cellulam suam ut pariter
cum gratulatione perciperent
cibum. Vocavit autem senior
supranominatum discipulum suum
dicens: Dic mihi fili, si dixisti fratri
verba que propter cellulam illam mandavi
ut diceres ei. Tunc discipulus
eius confessus est ei dicens: Pre-
dico domine, quod propter humilitatem
quam tibi exhibere debeo tamquam
patri et domino non audebam
respondere vel aliquid quod di-

mittebat me. Deum verum
nichil excepi dixi ei quem inveni
das ad eum. Hec audiens senior
statim prostravit se ad terram ad
pedes discipuli sui dicens. Ab
hodierna die tu meus pater es
et ego tuus discipulus. Inde
festinante et modulante cum
timore et caritate dei agere
et meas illius fratris animam
de peccati laqueo dominus liberavit
procurante eum sancta sollicitu-
dine et intencione discipuli
qui in perfecte in caritate christi
diligebat abbatem suum et amplius
timebat ne per invidie et
iniquitatis vicium aliquid tale
ageret pater eius spiritualis et
perderet omnes labores quos
ab ineunte etate in christi servicio
pro vite eterne premiis exer-
cuerat ideoque dominus donavit
graciam suam ut in pace christi pie
letaverunt. **De paulo abbate
et discipulo eius Johanne**

Referebant sancti seniores
de discipulo abbatis Pau-
li nomine Johanne qui
magne fuit humilitatis et vir-
tutis obediencie ut etiam difficiles
causas imperante ei abbati
suo in nullo penitus contradiceret
sed nec penitus murmuraret.
Cum autem necesse esset in mo-
nasterio utensilibus bovinum fimum
misit eum abbas in proximum
vicum ut requireret ibi fimum
bovinum et cum celeritate afferret
ad monasterium. Erat autem in illo
loco mala bestia leena. Sta-
tim itaque egressus super dictus
discipulus eius Johannes ibat
secundum preceptum abbatis. Cumque
pergeret dixit abbati suo domine
pater audivi a quamplurimis
dicentes quod in illo loco mala
bestia sit. Tunc senior quasi
iocularis dixit ei. Si venerit super
te tene et alliga eam et adduces
eam tecum. Cum autem premisisset
iam vespere ad locum statim egressa
leena ire cepit super eum. Ille autem
apprehendens tenere eam voluit.
Illa cotuciens se de manibus eius
effugit. Sequebatur autem dicens
quia abbas meus precepit ut
alligatam te perducam ad eum. Con-
tinuo stetit leena et tenens
eam catenatam ad monasterium. Cum
autem tardaret in itinere abbas
eius nimis sollicitatus prout
tristabatur graviter et ecce subito
supervenit discipulus eius tenens
ligatam leenam. Quod cum vidisset
senior admiratus valde gratias
agebat salvatori nostro domino. Dixit
autem discipulus ei. Ecce domine sicut
precepisti adduxi leenam ligatam.
Sed volens senior humiliare
sensum eius ne extolleret se
in cogitacionibus suis ait ei. Si-
cut tu insensibilis es ita et
eciam insensibilem bestiam addu-
xisti. Solve ergo dimitte eam
ut pergat ad locum suum. **Quomodo aqua
ascendit ad os putei**

Vidit de sanctis senioribus
misit discipulum suum ad
hauriendum aquam. Longius
autem erat puteus a cella senioris
et oblitus est tollere funem
discipulus cum quo hauriret
aquam. Cumque pervenisset ad puteum
contristatus est valde quia longe
erat cellula. Et quid ageret
quo se verteret nesciebat du-
bitat ad cellulam redire. Tunc
annuens prostravit se ad oracionem
cum lacrimis dicens. Domine miserere
mei secundum magnam misericordiam tuam
qui fecisti celum et terram mare
et omnia que in eis sunt [illegible] michi fecisti
mirabilia magna solus miserere
mei propter servum tuum qui misit
me sanctus christi abbas meus ut

hauria aquam. Statim autem ascendit
aqua sursum usque ad os putei.
Et cum implesset lagenam suam
frater abscessit glorificans potenciam
salvatoris domini. Aqua autem pu-
tei reversa est in locum suum.

De sancto Eulalio monacho

[F]uit quidam
vir in monasterio nomine Eula-
lius nimis grandi humilitate
ornatus. Si quid quis ut solet
culpabile admisisset neglige-
ter, fratres occupantes cul-
pas suas super dictum fratrem asse-
rebant culpabilem. Cumque argueretur
a senioribus fratribus non negabat
sed prosternebat se in terram cado-
nis coram eis dicebat se peccasse
et negligenter fecisse. Cum autem
iterum et frequenter acciperet ...
et secundum regulam monasterii biduana
ac triduana ieiunia indi-
cerentur ei et ille cum paciencia
sustinebat. Convenientes pariter ma-
xime seniores fratres ad patrem
monasterii dixerunt ei: Considera
pater quid faciendum sit, quamdiu pos-
simus sustinere negligencias et
dampna que frater Eulalius facit
in monasterio. Nam pene omnia vasa
et utensilia monasterii confracta
sunt et consumata per negligenciam
eius. Cumque iste talis tolleran-
dus est? Respondens pater monasterii
ait: Sustinete per paucos dies su-
stinemus fratrem et postea ordina-
bitur de eo quod competit fieri.
Hec dicens dimisit fratres. Ingressus
vero cellulam prostravit se in
oracionibus obsecrans maiestatem dei
ut ei manifestare dignaretur
quid ordinare aut diffinire
posset de sepe dicto fratre. Tunc
revelatum est ei quid ageret. Con-
vocavit ergo omnes fratres abbas
dixitque eis: Credite mihi fratres
quod magis opto mattulam fratris
Eulalii cum humilitate ac paciencia

eius quam omnia opera vestra dum-
taxat qui murmuratis in cor-
dibus vestris operantes in monasterio.
Ut autem ostendat vobis deus
quale meritum apud deum habeat
hic ipse frater, precipio vobis
ut deferantur huc mattule omnium
fratrum. Et cum detulissent iussit
ut accenderent ignem et misit
in eum omnium fratrum mattulas.
Que statim omnes combuste sunt preter
mattulam fratris Eulalii que
integra est reperta et non est
combusta. Cumque hoc vidissent
fratres timuerunt valde et pro-
sternentes se in terram veniam
et indulgenciam coram domino
postulaverunt et collaudantes
admirati sunt valde pacienciam
et humilitatem fratris Eulalii. Deinceps
omnes eum honorabant tanquam
unum de magnis patribus. Istos
autem honores et laudes non
poterat sustinere frater Eulalius
dicens: Ve mihi infelici quia perdidi
humilitatem quam tantis temporibus
acquisivi auxiliante christo stu-
dui. Et nocte egressus de monasterio
fugit in heremum ubi nullus eum
agnosceret, ubi in spelunca
habitavit. Noluit enim temporales
hominum laudes sed celestem eternam
gloriam a salvatore nostro in
futuro percipere seculo.

De virtute beati Anastasii abbatis

Beati Anastasii abbatis
laudabilem humilitatem
et paciencie virtutem oportet ut
cognoscatis, cuius mirabilem
magnanimitatem et nobilitatem
animi eius posteritatis immi-
tentur exemplo. Hic itaque A-
nastasius habebat codicem
in pergamenis valde optimis
scriptum qui decem et octo

valebat solidos totum enim novum et vetus testamentum scriptum habebat. Cum autem quidam frater venisset ad eum visitandi gratia vidit in cellula eius codicem ipsum et concupivit furatusque est eum et abiit. Eius moderatus abbas Anastasius cum requisisset codicem suum ad legendum et non invenisset, intellexit quod frater ille furatus esset eum et noluit mittere post eum ut requireret ipsum ne post furtum etiam adderet et periuria. Descendens autem frater ille in civitatem que in proximo erat civitatem voluit distrahere codicem illum. Petebat autem in precio solidos decem et sex. Dicebat ei ille qui eum emere volebat: Da mihi codicem ut possim probare si tanti precii valeat. Dedit ergo codicem ut probaret eum. Sumpsit autem frater ille cum illo codice perrexit ad sanctum Anastasium et rogabat eum dicens: Iube considerare pater codicem istum et estimare si valeat solidos sedecim quia tantum precium petit qui distrahit eum. Dixit autem Anastasius: Quia bonus est codex et tanti valet precii. Reversus quoque qui emere volebat dixit distrahenti: Ecce accipe precium quia ostendi codicem abbati Anastasio et dixit michi quod bonus est codex et valet tanti. Interrogavit autem eum frater ille si nil beatus Anastasius dixisset aliud. Cui respondens ille ait: Crede michi quod nichil penitus aliud dixit. Hic cum audisset ille frater dixit ei: Ego iam nunc recogitavi frater et nolo distrahere codicem istud meum. Compunctus enim corde festinavit, perrexit ad abbatem Anastasium et prostravit se in terra ad pedes eius et deprecabatur eum cum fletu et lacrimis petendo ut reciperet codicem suum. Sed non acquiescebat ei abbas dicens: Vade cum pace frater quia cum voluntate mea habeto codicem istum. Ille autem persistebat cum lacrimis petendo eum et dicens: Si non susceperis domine pater codicem nullo modo requiescit anima mea. Post hec ille recepit codicem suum. Unde frater ille permansit apud beatum Anastasium in cellula eius usque in exitum vite sue.

De heremita nomine Pior

Fuit quidam heremita Pior nomine de antiquis presbyteris quem beatus Anthonius adolescentem in sancto proposito monachorum instruxit. Demoratus est autem apud beatum Anthonium annos paucos. Unde post vicesimum annorum abiit ad aliud heremum secretum locum ut solitarius habitaret. Hoc enim volente et permittente beato Anthonio dixit ei sanctus Anthonius: Vade Pior et habita ubi volueris et cum tibi placuerit aliquid venerabile occasione non revelante Deo venias ad me. Cum autem pervenisset ipse Pior ad locum qui situs est inter Nitriam et heremum Scythie, fodit puteum cogitans apud semetipsum quod quamlibetcumque invenero aquam oportet me ipsa contentum esse. Et unde factum est ad augmentum virtutis eius talem enim salsam et amaram invenit aquam ut si quis ad eum visitandi gratia veniret ipse vasculo secum aquam portaret. Moratus est autem in eodem loco annis per triginta. Dicebant ergo ei fratres ut discederet a loco ipso propter amaritudinem aque. Ipse autem dixit ei: Si amaritudinem et laborem abstinentie fugiamus et volumus requiem habere in hoc mundo post exitum

vite huius non percipiemus illa
eterna et dulcia vel bona nec
finem illius eterne paradisi gau-
dii. Dicebat quoque fratribus quia unum
tantum paximacium cumque olivas
in cibo capiebat. Hic de Amblin
de fertis hic affirmabat multis
sanctorum patrum quod xxxx annis
et amplius eo quod egressus
est de domo parentum suorum nunquam
ei sensus est etiam cum defunctos
audisset parentes suos ut pro-
curaret ad querendum seu visitandum
propinquos suos. Unica soror
eius cum esset vidua habens duos
filios adolescentulos misit eos
querentes ad querendum fratrem
suum priorem. Illi cum diu per mona-
steria transissent requirentes eum
vix tandem invenientes dixerunt
ei: Nos filii sororis tue sumus
que nimis desiderio optat te
videre antequam moriatur. Ipse non
acquievit petitioni eorum. Reverte-
runt autem adolescentes ad hominem
dei Anthonium indicantes ei
pro qua causa venissent. Misit
autem beatus Anthonius et vocavit
eum ad se dixitque ei: Quare frater
tanto tempore non venisti ad me?
Ille respondens dixit ei: Precepisti
eius beatissime ut cum pro aliqua
occasione veniret in domum
tuam venire ad te et esse usque
hactenus non est non veni. Tu
Dixitque beatus Anthonius: Vade ut
videat te soror tua. Tunc assu-
psit secum alium monachum et perrexit
ad domum sororis sue et stetit
foris prope ianuam atque clausit
oculis ut non videret sororem
suam. Illa autem veniens prostravit
se ad pedes eius de nimio hy-
remodi gaudio amovida dixit
ei prior: Frater ego sum peni-
tens tuus vide me quantum volueris.
Et post hoc rediens est statim in
cellula sua. Hic autem fecit ad
erudiendum monachos ut non
darent eis licentiam libere visi-
tandi parentes vel propinquos
suos. **De abbate Iohanne**

Abbas Iohannes qui com-
manebat in monte qui
vocatur Calamon habebat
sororem que ex infancia in
sancto proposito habitabat. Ipse enim
erudivit et docuit fratrem suum e-
nude quoque abbate Iohanne ut
relinqueret huius seculi vanita-
tes et ingrederetur monasterium.
Cum autem ingressus fuisset
monasterium per viginti quatuor
annos non est egressus de mo-
nasterio ut visitaret sororem suam.
Illa autem nimis desiderabat videre
eum et frequenter scribebat et mit-
tebat epistolas petebatque ut an-
tequam sui de corpore veniret
ad eam ut in caritate Christi de preciosa
specialiter. Ille autem nolebat sed
excusabat se de monasterio non e-
gredi. Venerabilis autem femina
dei soror eius iterum scripsit
ad eum dicens: Ecce si nolueris venire
ad me necesse est ut ego ve-
niam ad te ut post tanta tempora
adorire merear sanctam caritatem
tuam. Hic autem cum audisset sup-
radictus abbas Iohannes contristatus
est nimis et cogitavit apud
semetipsum dicens: Si mater per-
misero ut ad me veniat
soror mea de certo licentia
erit ut alii parentes mei
ac propinqui veniant ad visi-
tandum me. Ideo tractavit
apud se ut magis pergeret ipse
ad visitandum eam. Accepit
etiam alios secundos fratres
de monasterio. Cum autem venisset
ad ianuam monasterii sororis sue
dicens: Benedicite et audite
peregrinos. Egressa autem soror
eius cum alia famula dei a-
peruit ianuam et pervenit non
cognovit eum. Ipse autem co-
gnovit sororem suam sed non est
locutus ei verbum ne forte in
voce cognosceret eum. Monachi

vel qui cum eo erat dixerunt ad eam Rogamus te domina mater ut iubeas nobis aquam dari ad bibendum quia de itinere fatigati sumus Cum autem accepisset et bibisset aquam fratres eius et gratias agentes deo discesserunt et reversi sunt ad monasterium Post aliquantos autem dies iterum scripsit ad eum soror sua ut veniret et videret eam ante obitum suum et oraret in monasterio eius Tunc ille ad eam rescripsit dicens Omnipotente dei gratia ego veni ad te et nullus agnovit Ipsa vero egressa es ad nos et dedisti nobis aquam et accepi de manibus tuis et bibi Et gratias agens domino reversus sum ad monasterium Sufficiat quod tu vidisti me Ergo ulterius non sis in molestia ora pro me incessanter dominum

De monacho et sorore

Quidam monachus abiit ad sororem suam ut visitaret eam audierat enim eam egrotantem in monasterio Erat enim ipsa famula dei in sancta conversatione Itaque non acquievit illa suscipere et videre fratrem suum ne per occasionem eius ingrederetur in monasterium feminarum sed mandavit ei dicens Vade domine frater et ora pro me Prestante enim gratia dei salvatoris mei videbo te in futuro seculo in regno domini nostri Ihesu Christi

De viro nomine Theodoro

De beato Theodoro oportet nos exempla virtutum proferre Hic itaque beatus Theodorus discipulus fuit sancti Pachomii viri de sanctis patribus qui fuit infinite multitudinis monachorum multorumque monasteriorum pater in partibus Thebaidis Iste enim in omnibus sanctitatibus fulget virtutibus etiam prophetie gratiam adeo meruit Multa enim futura revelabat ei deus Quodam autem tempore supradicti beati Theodori soror germana venit ad monasterium in quo commorabatur idem Theodorus ut post multa tempora videret germanum suum Cumque nunciasset ei fratri de adventu sororis eius misit continuo duos qui observabant ad ianuam monasterii mandavitque per eos sorori sue dicens Ecce audisti soror et cognovisti quia vivo Ne contristeris autem quia me non vidisti sed magis considera vanitatem et instabilitatem presentis mundi et converte cor tuum et apprehende sancte vite propositum ut pervenire possis ad eternam vitam et ad celestia bona que preparavit deus diligentibus se et facientibus mandata sua Scito ergo apud te quia hec sola est vera spes et firma ut faciat homo precepta dei ut mereatur pervenire ad gloriam et eterna premia in sancta domini salvatoris Christi Hec autem cum audisset illa compuncta statim corde fundebat lacrimas in conspectu domini et post paululum ingressa est in monasterium virginum famularum dei quod in eodem vico constructum erat Et procedente tempore multiplicabatur in sancto proposito famula Christi Hec autem gesta cum audisset mater eorum deprecata est episcopos et dicta dederunt ei epistolas ad supradictum sanctum Pachomium patrem monasteriorum pro filio eius Cumque venisset applicuit monasterio famularum dei et direxit epistolas ad patrem monasterii obsecrans ut videret filium eius Beatus autem Pachomius vocavit filium suum Theodorum et dixit ei Audivi fili quia mater tua advenit propter te itaque propter epistolas episcoporum qui scripserunt ad me vade et videat te mater tua Dicit ei Theodorus Precepisti mi domine ut videam matrem meam Si enim abiero videre eam post tantam scientiam

spiritale vereor ne culpabil
i veniar apud deum. Etenim opor-
tebat me fortitudinem animi
ad exempla aliorum fratrum de-
monstrare. Audiens autem mat
quod non acquievit videre eum
nimio affectu fervente in filium
noluit remeare ad domum sua
sed permansit in monasterio virginum
dicens: Etiam si hic permansero
cotidie sepe videbo filium meum
cum inter alios fratres egreditur
ad necessitates monasterii cau
sas et monasterii conventus et ordine eius
proficere. Postea in sancta conversatione
doctrina magis eius spiritualis
confirmata est mens ut mereretur
pervenire ad eternam gloriam quam
promisit dominus Jhesus Christus
diligentibus se. Multa autem et
magnifica per sanctum Pachu
mium fecit dominus mirabilia.
Nam et a demonibus obsessos
frequenter invocato nomine Christi
liberavit et multos eos diversis
egritudinibus sustinentes para
liticos curavit. Quomodo sanctus
Pasimeus contra inmundos
spiritus bonum certamen certavit
Multo tempore beatus abbas
Pasimeus cum inmundis
simis spiritibus bonum certame
certavit sicut athleta veritatis
tamquam beatus Anthonius. Nam
intentissimis precibus ita ex-
oravit dominum ut sompnum non
caperet per aliquot tempus continuis
noctibus et diebus pervigil perma
neret cum adversus demones
dimicando donec prosterneret et
superaret eos sicut dicit in psalmo:
Et non convertar donec deficiant.
Persistit quoque et concessit ei dominus
peticionem eius. ~~inbecilles~~
Impossibiles enim sunt demones
et inbecilles cum quis nomen ex
tota fide et ex tota intencione
cordis vel frequenti deprecatione et

divinitate nostra virtute salva
toris nostri Jhesu Christi cotidianis
contra eos. Referebat nobis
fratres de eodem patre Pasim-
eo beatissimo qui fuit vir
devotus multorum monasteriorum
Tabennensium prepositus.
Referebat quod demon qui frequenter
dicebat fratribus quod sepe au-
divi inmundos spiritus demoni
loquentes inter se diversis ac
varias artes quas contra
servientes deo in ordine
contra monachos habent. Unde
ex eis dicebat: Ecce nomina ego
durissimum habeo hominem
et quotiens ei immitto per
versas cogitaciones ille
statim surgit et prosternit
se in oracione cum gemitu oculis
sibi adesse dominum in auxilium.
Ego nunc valens illo
surgente cum confusione
grandi egredior. Et alius
demon ait: Ego ad illum quem
observo cum ei cogitaciones
in cor immisero consentit usus
capit et facit eas. Sepe enim
et mordeo eum in iracundia fra
cia et contenciones repe
et pigricia oracionis et dor
mitacione in psalmodia et
non contradicit. Inde fratres
mei dilectissimi semper
oportet ut custodiatis
semper et animum vestrum in
vocantes nomen domini nostri
Jhesu Christi et secundum precepta
dei conversemini in oracionibus
et psalmodia sicut dicit
Apostolus: Instantes oracioni
et vigilantes in ea. Vera au
compunctione cordis et timore
vigilantibus non prevalebunt
contra vos adversarii

immundissimi demones. Ipse autem be
atissimus pater noster pachomius
docebat fratres ut semper medi
tantes essent verbi dei in salute
animarum suarum. Postquam modicum requie
scebant vero in ipsis fratres
in cellulas suas operantes
manibus suis et meditantes
que de scripturis sanctis
didicerunt. Impossibile enim
aliquem apud vos verbum
ocio(sum) loqui sed etiam que
de scripturis sanctis didice
runt erant inter se confere
ntes et exponentes de capitulis
sanctarum scripturarum que ad
timorem domini confirmarent
et illuminarent animas eorum

Quod angeli letantur de divinis

Vir quidam Colloquius
vir de patribus senioribus
cui talem graciam dona
verat dominus ut revelatione
spiritus sancti videre posset quod
alii non videbant. Referebat
quod sanctis patribus quia aliquando
cum plurimi fratres seden
tes simul loquebantur inter se
et conferebant de sanctis scripturis
que ad salutem pertinent animarum
stabant ante eos sancti
angeli letantes et plaudentes
multum congaudentes et de elo
quiis divinis delectabantur.
Cum autem aliud quodcumque inter
se loquerentur angeli rece
debant longius indigna
ntes contra eos. Veniebat
autem porcus sordidissimus et
luto plenus et volutabat
se inter eos. Demones
enim in specie porcorum delecta
bantur de superfluis et vanis
loquelis eorum. Frater autem
senior hoc videns abiit ad
cellam suam et per totam noctem
cum grandi fletu et ulula
tu magno gemendo defle

bat miserias nostras. Exhor
tabatur autem fratres et sanctos
patres per modestiam commone
bat dicens: Cavete fratres
a multiloquio et ab ociosis ser
monibus quibus anime male
intus generentur et non
intelligimus quam per hos Deo
et sanctis angelis odibiles
simus. Dicit enim scriptura
divina: per multiloquium non effu
gies peccatum. Hec enim infirma
et vacua efficiunt mentem atque
animam nostram. De Archadio et

Vir quidam filiis eius etc.
in palacio sublimis sub
Theodosio imperatore
nomine Arsenius. Hic filios
scilicet Archadium et Honorium Au
gustos de baptismo suscepit.
Hic itaque Arsenius de patrio
divini amoris accensus relin
quens omnem huius seculi gloriam
temporalem perrexit ad heremum
Scithie ut inter sanctos patres
secretum et quietem ab omni stre
pitu mundi huius ageret vitam
ut separatus ab illecebris et de
lectacionibus corporalibus cum tota
intencione mentis adhereret
domino salvatori secundum scripturam:
Adhesit anima mea post te
me autem suscepit dextera
tua. Dicebant quod deo sancti
senioribus eius sicut in seculo
conversacione nimis precioso
vestimento pre omnibus utebatur
Ita postmodum in heremo Scithie
degens studebat ut omnibus
monachis viliora et despecti
ora vestimenta haberet. Narrabat
abbas Daniel quem sanctus
Arsenius referebat fratribus
dicens quasi de alio audisset sed
quantum datur intelligi ipse talem
visionem vidit. Sedebat in
quit de senioribus monachus quidam

in cellula sua et subito venit
vox dicens Egredere foras et
ostendam tibi opera hominum Et sur-
gens inquit egressus est
Duxit autem eum et ostendit ethi
opem unum cum securi cede-
re ligna et facere grandem
sarcinam et temptavit sublevare
sarcinam illam et pre magnitu-
dine non poterit levare
illam sed redibat et iterum cede-
bat ligna alia et addebat super
illam sarcinam Iterum autem osten-
debat ei aliud hominem stantem
super lacum et haurientem aquam
de lacu ac mittentem eam in
collectaculum et de alia parte
per foramen defluebat aqua
de subtus in eundem lacum Iterum dixit
ei veni sequere me ostendam
tibi aliud et vidit quoddam edifi-
cium templi et duos sedentes
in equis portantes super sca-
pulas suas utrique lignum
unum in parte longa vole-
tes quia ingredi per portam
templi illius non permittebat
eos lignum quod ex adverso
portabat ingredi per portam
illam Non enim cessit alter alteri
sed contendebat uterque prius ingre-
di volentes et non prevalebat
non enim humiliabatur sic unus ut
alii dicet locum Exposuit quo-
que has visiones dicens hii qui
lignum portabant hii sunt qui
habent iugum sanctum monachorum
sed iustificantes semetipsos
in corde suo cum quo altacione
superbie non humiliantur immo
vadunt quo ambulare in humi-
litatis via domini salvatoris
nostri Ihesu Christi qui dixit Dis-

cite a me quia mitis sum
et humilis corde et invenietis
requiem animabus vestris Isti ergo
per superbiam suam remanserunt
foris de regno regis Chri-
sti Qui autem cedebat
ligna et super sarcinam ad-
hoc addebat homo est qui
commictit multis peccatis et
super sarcinam peccatorum suorum
addit multa alia peccata qui
oportebat ut magis penitenciam
ageret de prioribus peccatis sed
negligens emendare priora
peccata magis addidit
alia super Ille autem qui aquam
hauriebat de lacu homo est
qui aliqua bona operatur sed quia
mala eadem permixtis am-
plius operatur ideo perdit
et delentur bona opera que
fecit Oportet ergo hominem
sicut dicit apostolus cum timore
et tremore salutem suam operari
Dicebat autem abbas Daniel
de abbate Arsenio quod cum
operaretur sportas ex pal-
marum foliis mittebat a-
quam in pelvim ut infunderentur
palme et cum feteret bre-
vissima aqua non permitte-
bat ut alia aqua mutte-
rentur sed super illam fetidam
aliam addebat aquam ut sic
feteret Interrogabat autem
eum fratres dicentes Quare
non permittis pater ut aqua
mutetur sed pessimo fetore
tota cella tua repletur Re-
spondens autem senior ait
quod pro thimiamatibus et
unguentis dulcedinis quibus
in seculo conspersus sum
in hac missione fruebar oportet
me nunc dum in corpore sum

sustinere istius mundi feto-
rem ut in die iudicii de illo
vehementi et inenarrabili feto-
re liberet me dominus ut
non cum illo divite qui epu-
labatur in isto mundo deliciose
et splendide condempnetur
anima mea De Arsenio et
Vida de divinis scripturis

Fratribus beatus Arsenius di-
xit Oportet beatissimi fratres
meditari sentimus de sanctis
scripturis que dicit et mun-
sencia copulando ne in corde
meo quoniam non intelligo vir-
tutem divine scripture Unde
valde contristor anima mea Re-
spondens autem beatus Arsenius
ait Oportet te fili inces-
santer meditari eloquia domini
Audivi enim quod dixit beatus
abbas pymen et alii multi
sanctorum patrum quoniam incan-
tatores illi qui serpentes
solent incantare non
intelligunt verba illa que
loquuntur sed serpentes audien-
tes intelligunt virtutem verborum
illorum et agnoscunt et subdunt
eis Ita ergo et nos faciamus
quamvis non valeamus intelligere
divinarum scripturarum virtutem
tamen demones audientes
divinum verbi virtutem terrentur
et effugati discedunt a nobis
non sustinentes eloquia spiritus
sancti que per servos suos apostolos
et prophetas locutus est

De Machario et homicidio cui da

Quodam tempore cum in
viano beati Macharii
homicidium perpetratum
fuisset et causa innocenti
homini impingeretur crimine
ad missum fugiens ille qui
calumpniam paciebatur fugit
ad cellam sancti Macharii Affuerunt et

etiam illi qui eum prosequebant
et alligantes eum dicebant
periclitari se propter eum nisi comprehen-
sum legibus traderent homicidam
Ille vero cum crimine impingeretur
cum iuramentis affirmabat
conscium se non esse sanguinis
illius Cum diu ab utraque parte
certamen haberetur interrogavit
sanctus Macharius ubi sepultus
esset qui dicebatur occisus
Cumque suggessisset ei locum
pergebat cum ipsis ad sepulcrum
atque ibi flexis genibus invo-
cato nomine Christi ait ad eos
qui assistebant Nunc vere
ostendet dominus si vere reus est
hic quem prosequimini Et
elevata voce clamabat de-
functum Cumque ei de sepulchro
vocatus respondisset ait ad eum
Macharius per fidem Christi te ob-
testor ut dicas nunc si ab
isto homine quem in te simulant
occisus sis Tunc ille clara vo-
ce de sepulchro reddit dicens non
se esse ab eo interfectum Et cum
obstupefacti omnes cecidissent
in terram ad pedes eius volventes
rogare eum ceperunt ut inter-
rogaret eum a quo esset occisus
Tunc sanctus vir ait Hoc ego non
interrogabo sufficit enim mihi ut
innocens liberetur non est
virtutis mee ut reus prodatur
Fortassis enim compungetur adhuc
pro scelere quod commisit et
aget penitentiam et salvabitur anima eius

Verba de sancto Machario

tempore cum sancto Machario
quidam frater uvam detulisset
ipse qui secundum caritatem non quod
sui erat sed quod alterius cogitabat
ad alium fratrem eam detulit qui
infirmus videbatur
Tunc infirmus gratias egit
deo pro fratris officio et ipse

cepit eam sed et ipse nichilominus
plus de proximo quam de se
metipso cogitans ad alium eam
misit unum fratrem. Et ille iterum
ad alium et sic per omnes cellulas
que longe a semet ipsis erant
per singulos circumlata cum
lata esset ignorantibus eis quis
eam primus misisset ad illum ipsi
defertur qui eam miserat. Gra
tulatus autem sanctus Macharius
quod tantam videret in fratribus
abstinentiam tantamque caritatem
ad acriora semetipsum spiritualis
vite extendit exercicia. Item
Illud etiam ad fidem con- De eodem
firmandum est nobis dictum ab
hiis qui ex ore eius audierunt
quod in quodam tempore nocte in specie
monachi demon ad hostium cellule
eius pulsavit dicens. Surge ab
ba Macharii et eamus ad collectam
ubi fratres ad vigilias congregantur.
Sed ille gratia dei repletus falli
non potuit intellexit quod esset dyaboli
fallacia et ait. O mendax et veri
tatis inimice quid tibi cum col
lecta quid societati et congre
gationi sanctorum. At ille ait latet
te o Macharii quod sine nobis nulla
collecta agitur nulla congregacio
monachorum. Veni et inspice et videbis
opera nostra. Dixit ergo sanctus
Macharius. Imperet tibi dominus
demon. Et conversus ad oracio-
nem petiit a domino ut sibi ostenderet
si hec vera essent que demon gloriatus
est. Abiit ergo ad collectam ubi a
fratribus vigilie celebrabantur et
iterum in oracione dominum deprecabatur ut
ei veritatem verbis huius ostenderet.
Et ecce videt per totam ecclesiam quasi
parvulos quosdam ~~puerulos~~
pueros ethiopes nigros dis-

currere huc atque illuc et velut
volitando discurrere. Discurrentes
autem ethiopes illi pueri singulis
quibusque fratribus in oracione positis
atque psallentibus alludebant
et si cuius oculos duobus digi
tis compressissent statim dormie
bat. Si cui vero in os immer
sissent digitum oscitare eum
faciebant. Item post psalmum
cum ad orandum se provolvissent
fratres percurrebant iterum
singulos et ante alium quidem
in oracione iacentem quasi in
mulieris speciem vertebantur ante
alium quasi edificantes et porta
tes aliquid aut diversa quecumque
agentes apparebant et que-
cumque demones quasi ludentes
formassent hec orantes illi
in cordibus suis cogitacione ver
sabant. Ab aliquibus tamen fratribus
ubi aliquid horum cepissent
quasi violenter repulsi precipites
deiciebantur ita ut nec stare
circa eos aut transire auderent.
Aliis vero super cervices et dorsa
illudebant. Hec cum vidisset sanctus
Macharius ingemuit fortiter
et lacrimas effundens ad dominum
dixit. Aspice domine et ne si
leas neque mitigeris deus sed
surge et dissipentur inimici
tui ut fugiant a facie tua
quoniam anima nostra repleta est illu
sionibus. Post oracionem vero ad comprobandam
veritatem singulos accersiens
fratrum ante quorum facies
viderat demones diversos habitu
et variis ymaginibus ludentes
requisivit ab eis si in oracione
vel edificandi cogitaciones
sicut ille arguebat. Et tunc
vere intellectum est quod omnes
male et superflue ac vane
cogitaciones que tunc vel psal
lentibus sompniorum .i. oracionum

tempore surrepunt illusiones
et instinctu demonum fiunt.
Vita abbatis qui ea custodit
serviat in timore et amore dei
cum sint tenebrose ethiopes
et cogitaciones que hiis immit-
tunt repelluntur. Ipso enim
quieta mente et precipue in
tempore oracionis intenta ni-
chil mali nichil superfluum
recipit. De Cyro et alio fratre
panem et aquam cum sale comedentes

Quidam fratres requisierunt
ab abbate Cyro quid
in cella ipsa degere debet.
Cui ille respondit: Comede
panem tuum cum aqua et sale
et non tibi erit necessitas aliquid
coquendi ac longius vagandi.

Quemadmodum oporteat ieiunare

Requisitus abbas pymen
quemadmodum oporteat
ieiunare respondit: Ego
volo monachum ita quotidie
parum comedere ut non sacie-
tur. Biduana et triduana ie-
iunia vane glorie querunt.
Hec enim omnia comprobaverunt sancti
patres et invenerunt quod bonum
est quotidie ieiunare et
parum comedere et quotidie esu-
rire. Hanc enim regulam nobis
viam levem esse demonstraverunt.

De Silvano et Zacharia discipulo eius

Abbas Silvanus dum cum
discipulo suo zacharia
in monasterium pervenisset
fecerunt eos monachi antequam
egrederentur parum comedere.
Postquam ergo egressi sunt invenit
discipulus eius aquam et vole-
bat bibere. Cui abbas Sil-
vanus ait: Zacharia hodie
ieiunium. At ille dixit: Nunquid
non hodie comedimus pater? Et
dixit ei senex: Illa esca carita-
tis erat fili. Nos autem nostrum
ieiunium teneamus. De quibusdam
fratribus et abbate Joseph

Quidam de fratribus in panefisis
ad abbatem Joseph perrexerunt
ut eum requirerent de sus-
cepcione fratrum si licet illo
tempore cum fiducia cum hiis
habere leticiam. At ille antequam
requirerent eum dicit discipulo
suo: Vide quid facturus sum hodie
fili ne mireris. Et posuit
eis duo sedilia qui venerunt
et dicit eis: Sedete unus a dextris
meis et alius a sinistris. Et
ingressus cellulam misit sibi
vestimenta corrupta et egressus
transivit in medio eorum. Et iterum
egressus misit alia meliora
quibus solebat die festo uti et
egressus est ad eos. Iterum autem
ingressus quotidiano vestimen-
to vestitus suo venit et sedit
inter eos. Illi autem mirati sunt
et obstupuerunt propter hoc factum.
Dicit eis senex: Vidistis quid
feci? Cum autem innuissent illi dicit
eis: Et quid feci? Dicunt ei: Primo
vestimentis corruptis usus es
et postea aliis melioribus. Et
dicit eis: Nunquid sum mutatus
ex illo inhonesto aut illo melio-
re? Dicunt ei: Non. Quibus senex
ait: Si ergo ipse ego sum in
utrisque et non sum mutatus sicut
illud non me mutavit primum ne-
que secundum mutavit. Sic ergo debemus
facere in occasione fratrum quos
eorum presencia est cum fiducia et
leticia suscipimus eos. Videndo
autem soli sumus oportet ut luctus
et abstinencia maneat in nobis.
Illi vero audientes que in cordibus
suis habebant antequam requirerent
glorificaverunt deum et leti discesserunt.

De duobus generibus comedendi
scedat unus et abstinendi

A patribus est inventum homo
multum comedens et adhuc
esuriens continet se ne sacietur.

de duobus generibus
et abstinendi

Alius autem parum comedit et sa-
ciatur. Alius vero multum comedit
et adhuc esuriens continet se
maiorem habet mercedem quam ille
qui parum comedit et saciatur.

De eo qui manducabat quod desiderabat

Dixit autem quidam senex
Numquam quod desiderabam aliquando
manducavi. Comedens
autem quod mihi a domino transmissum
fuit gratias ei agere sine intermis-
sione omni tempore.

De sene qui cucumerem desideravit

De quodam sene referebant
fratres quod desideraverat
cucumerem. Quem cum tu-
lisset suspendit ante oculos suos
et non vincebatur concupiscentie
non tetigit eum sed magis agebat
penitentiam puniens semetipsum ad
hoc quod desiderasset ipsum.

De eo qui oleum lini pro melle in esca misit

Quidam ex senioribus factus
est infirmus et multos
dies non poterat escam capere.
Compulit autem discipulus eius
dicens. Si iubes pater faciam tibi parva
placentula et ita fecit. Erat autem
ei vasculum parvum habens mel
et aliud vas simile habens oleum
de lini semine expressum et erat
fetidum et ad rem nullam aliam proficie-
bat nisi forte in lucerna. Et decep-
tus frater misit in escam senis de illo
pro eo quod mel misisset. Cum
autem gustavit senex nichil lo-
cutus est sed tacens comedit.
Et iam pro vice cum ei daret dixit
ei. Non possum comedere fili.
Ille autem tanquam volens adhor-
tari dixit. Ecce abba bona sunt
et ego comedo cum ipsis. Et
postquam gustavit et sensit
rem quam fecerat cecidit
in faciem suam dicens. Ve mihi abba quia
occidi te et istud peccatum posuisti
super me quia locutus non es. Et
ei senex. Fili ne contristeris
si enim voluisset deus ut ve-
rum comederem tu mel misis-
ses et non hoc quod misisti.

De principe cocorum qui iherusalem destruxit

Dixit abbas
Poemen. Si Nabuzar-
dan princeps cocorum non ve-
nisset in iherusalem templum domini
non incendisset igne. Hoc autem
est quia nisi castrimargie spi-
ritum in animam venerit sensus
non incenditur in pugna dyaboli.

De abbate Machario et abstinentia eius

Abbas Macharius quando con-
iungit cum fratribus sibi de cari-
tate reficiebat. Hoc
apud corde statuerat ut quan-
tos vini calices oblatos
hausisset tantis diebus nec
parum aque gustaret. Cumque
fratres vinum porrigerent
ei cum gaudio sumebat ut se
ipsi postea cruciaret. Disci-
puli eius indixerant
patefacto senis consilio ne ei
vinum porrigerent adiurabat
cor mentem ipsi potius quam po-
cula ministrantes.

De eo qui nolebat coctum quod comederet

In ita congregatione in cella
cum esset festivitas et
ceteri monachi comederent
unus ministrantibus dixit. Ego
nichil cocti comedo sal mihi
deferri precipite. Quo verbo
minister audito cum clamore
audientibus ceteris imposuit dicens
Frater iste coctum non comedit
parum sibi salis afferto.
Tunc beatus Theodorus dixit
Oportet te magis in cella
frater comedere carnes quam
hoc audire sermone presenti-
bus omnibus.

De fratre peregrino

Quidam frater peregrinus venit
ad abbatem Silvanum in

monte syna et vidit quod fratres
operarentur dixit eis. Vere
operam istam que peritura
sunt optimam partem elegit. Tunc
senex dixit discipulo suo
da sibi codicem ut legat et
mitte illum in cellulam que ni-
chil habet. Hora autem nona cu-
spiciebat via si forte
vocaret eum ad comedendum. Postquam
vero transijt hora nona
venit ad senem dicit ei. Nunquid
hodie non comederunt fratres
abba. Cumque senex fateretur ait
ille. Quare me non vocasti.
Tunc dixit abbas Silvanus. Tu
homo spiritualis es et non necesse
habes hac esca. Nos autem tamquam
carnales operamur comedere
volo operari. Tu autem bonam partem
elegisti legis omni die et non
vis carnalem escam accipere. Qui
cum audisset cepit penitere
et dicere. Indulge mihi abba.
Tunc dixit ei Silvanus. Ergo
necessaria Maria et Martha. Marie
per Martham enim Maria laudatur.

De abbate Johanne qui voluit securus esse ut angeli

Abbas Johannes dicebat
fratri suo maiori velle
securus esse sicut et
angeli sunt securi sed nichil
operantes sed deum tantum incessanter collau-
dantes. Et proiecto pallio suo
egressus est ad heremum. Ebdom-
ada autem septimana regressus est
ad fratrem suum. Cumque pulsaret
hostium non illi aperuit dicens.
Tu quis es. At ille dixit. Ego
sum Johannes. Et iterum roga-
bat dicens. Ego sum. Et noluit
ei hostium aperire usque lucesceret
dies. Mane autem facto dicit ad
eum. Homo es et necesse habes
operari ut prius sicut. Tunc ille pro-
iecit se ad pedes eius et dixit
ei. Indulge michi abba.

De impugnatione spiritus blasphemie

Quidam frater impugnabatur
a spiritu blasphemie et erube-
scebat dicere et quoscumque
audiebat magnos senes per-
gebat ad eos ut illis declara-
ret et mox cum pervenisset iterum
verecundabatur. Cumque frequenter
ad abbatem pymenem veniret
vidit senex eum habentem cogi-
tationes et dicit ei. Ecce fra-
ter quotiens venis ad me habens cogi-
tationes et sic iterum revertaris
tristis tecum illas reportans.
Dic mihi fili mi quid habes. At
ille dixit. In blasphemia impu-
gnat me dyabolus et erubescebam
dicere. Et mox ut aperuit dixit
ei senex. Ne tristeris fili. Sed
cum hec cogitatio ad te venit
dic. Ego causam non habeo bla-
sphemia super te sit satha-
na. Hec enim causa anima mea
non vult. Quecumque autem non
voluit anima non diu permane-
bit. Et ita sanatus frater ille
discessit. **Quot modis peccatum gignitur**

Dixit abbas Moyses. Tres
quintuple res passio gignitur
per habundanciam esce et potus
per sacietatem sompni per ocium et
iocum et ornatum vestium videndo. **Quomodo auffert dicit ei pati quod demones**

Dixit abbas Pymen. Sicut
ad manum imperatoris spa-
tarius semper ibi assistit ar-
matus. Ita et animam ad usus de-
monis huius modi oportet esse
semper parati. **Quod sordidas cogitaciones**

Dixit quidam **ieiunium expellat**
senex. Sicut venenata
animalia fortiores herbe
vel pigmenta expellunt. Ita et co-
gitaciones sordidas ieiunium re-
pellit et oracio. **De Machario et demone qui gustum tulit fratribus**

Abbas Macharius dum maneret
in illa solitudine qua solus
erat. Inferius autem plena

esset multis fratribus Cum ergo per viam
cum properaret vidit demonem
venientem in figura hominis ve-
stitum tunica linea perforata
et per singula foramina vascula
plura pendebant Et dicit illi
senex Quo vadis maligne
Et respondit ei ~~demon~~ Vado
commonere fratres hos qui
sunt inferius Cui senex Et
quid sibi volunt vascula tanta que fers
At ille dixit Gustum fero fratribus
Et ideo tanta fero ut si unum non
placuerit ostendo aliud Si autem
illud displicuerit porrigo aliud
et fieri non potest nisi quod illis
placeat eis Et hec dicens dis-
cessit Permansit autem senex
mane prospiciens usque rediret
Et cum rediret dicit ei Salus te
At ille dixit Unde mihi illud
unde dicis quia omnes michi
contrarii facti sunt et nullus
mihi acquiescit Et dixit ei Er-
go nullum habes amicum At
ille videns Unum tantum habeo
amicum vel ipse mihi consentit et
quociens me videt huc atque
illuc cito convertitur Cuius nomen
abbas requisivisset respondit quod
Theopontius dicitur Discedente
illo mox surrexit abbas
Macharius et descendit ad in-
feriorem heremum Cum autem
fratres audissent egressi
sunt obviam illi et unusquisque
sperans quod apud eum maneret
preparavit se Et ille requirens
cellam Theopompi ad eum pro-
fectus est Cumque cum gaudio
suscepisset illum et esset ubique
pit solus dicit ei senex Quem-
ad modum tecum est frater At ille
respondens ait Oracionibus tuis
bene est Et senex ait Non

vos impugnant cogitaciones
At ille dixit Huc usque bene
sum Erubescebat enim dicere
Et dicit ei senex Ecce quot
annis sum in solitudine et ab
hominibus honoror et in hac
etate cum sim senex mo-
lestant me cogitaciones
mee Respondit Theopontius
Crede michi abba quia et
mihi similiter Et sic senex
singulas cogitaciones que
impugnantes se fingebat
usque totum confitetur Theo-
pontius Post hec dixit ad eum
Quemadmodum ieiunas At
ille dixit usque ad nonam Cui
senex dixit Usque ad vesperas
ieiuna et de ewangelio vel
de aliis scripturis sine cessa-
cione propter aliquid meditare
Et quociens aliqua cogitacio
supervenit nunquam deorsum
aspicias sed sursum et mox est
dominus adiutor tuus Et tandem dis-
cessit in propria habitacione Et iterum
viam conspectans vidit de-
monem redeuntem et requirit
eum dicens Quo vadis At
ille simili modo videt fratres
ammonere Cum autem reverteretur
requirit quemadmodum agerent
fratres At ille dixit Male
Nam omnes agrestes sunt
effecti et unum quem habui
amicum obedientem michi
et ipse nescio unde conversus est
Et inveni non ibi accedere
nisi post multum tempus Et sic
dicens discessit De eo qui
cogitaciones vincat pane raro
Dixit frater requisivit
quidam senem Quid
faciam pater quia non possum
cogitaciones sufferre Cui

senex dixit Ego in hac causa
nunquam impugnatus sum
Scandalizatus ergo frater ipse
venit ad alium senem et dicit
ei Ecce inquit sic mihi dixit
senex scandalizatus sum in
ipso quia super humanam naturam
locutus sum Dicit ei senex
iste Non simpliciter dixit
tibi ille homo dei sumone hinc
vade ergo age penitenciam apud eum
ut dicat tibi virtute ubi humilitas
Recepit ergo frater venit ad senem
et cepit dicere Indulge mihi
abba quia insipienter feci ut
tibi non valedicerem et ita egre-
derer Sed rogo te explana
mihi quemadmodum non es impu-
gnatus Dicit ei senex Ex
quo factus sum monachus non
sum saciatus pane nec aqua
neque sompno et horum omnium
cogitacio non me permisit
impugnari hac qua tu dixisti
Et est egressus frater adiutus
ab eo De cogitacionibus repellendis

Interroganti iterum cuidam super
cogitacionibus dixit abbas
Pymen monachus si ventrem
suum et linguam tenuerit et va-
gacionem non fuerit sectatus
confidat quod non morietur sed
vivit in perpetuum De macie
vo fri et pallore monachi

tres ad Helyam abbatem
venerunt impugnati
a cogitacionibus Et videns
eos senex quod corpulenti
essent ad discipulum suum
subridens ait Vere frater
ego erubesco te quia nec sic
contrivisti corpus tuum cum
te professus es monachum
pallor enim cum humilitate et
macies decus est monachi
Idem dixit quod monachus edens
multum et operans multum non
confidat Qui autem parum
edit eciam si parum operetur
confidat et viriliter agit.

De abbate Arsenio et virgine
eum videre cupiente —

Abbas Arsenius cum sederet
in campo quedam virgo dives
timens deum ac propterea
abbatis Arsenii fama comperta
de Romana civitate ut eum
videre mereretur advenit in
Alexandria Que cum honori-
fice a Theophilo accepta esset
primus civitatis archiepiscopo rogat
eum quatenus beatum persuaderet Ar-
senium ut eam suscipere dignetur
Ipse ergo ad eum profectus dixit
Quedam Romana mulier
cepus et dignitate et opibus et opinione
ceteris antecellens merito
ac benediccionem desiderans de tam
longinqua regione pervenit
Tum ut occurras exposcit
Et cum non acquievisset occurre-
re ei Arsenius At illa cognoscens
ancillis suis sternere precepit dicens
Confido in deo meo quod videbo
illum nec ab hac intencione
fraudabor Non enim venit ho-
minis conspicere quia in nostra super-
sunt civitate sed prophetam desidera-
vi videre Cum ergo venisset ad
cellam beati Arsenii contigit ut
foris illum deambulantem con-
spiceret hec mox ante pedes eius
in faciem prona prosternitur
Quam ille cum festinacione
suscitans ita compellabat dicens
Si faciem meam tantum videre de-
sideras intuere Illa vero pre
verecundia oculos non aude-
bat attollere Dicit ergo senex
Nunquid non de meis actibus
comperisti Illos debueras
intueri Quid ergo pernavigare
tantum pelagus presumpsisti
An ignorasti te mulierem esse
quam nunquam exire non licet
An ut Romam rediens aliis
feminis glorieris te vidisse Ar-
senium ut videat fiat mare p-

viri ad me veniant mulieres
At illa respondens ait Si vult
deus nulla hic proveniet permit-
tet si ores pro me et memoriam
mei habere digneris coram Cui
Arsenius ait Oro deum meum ego
ut deleat tuam de corde meo me-
moriam Quo illa audito verbo
in civitatem regrediens egritu-
dine correpta est Ad quam cum
visitacionis causa venisset
episcopus et quid rei esset inquireret
illa sermonem illius senis quem
ultimum de memoria sua audierat
enarravit ac propterea se velle
mori pre tristicia confitetur Sed
episcopus tali alloquio eam solatur
Nunquid te esse scis mulierem et quia
per feminas inimicus solet homines
impugnare hoc modo multum timens
de corde suo dixit deleri Nam
pro anima tua dominum deprecatur Sicque
verbis femina recreata est De
abbate moyse et fame et ieiunio
Dixit abbas Moyses Si
voluit Imperator civita-
tem aliquam inimicorum ex-
pugnare prius escam eorum et
aquam intercludit et ita inimici
eius fame ac penuria compulsi
subiciant se eius regno Ita
carnales passiones in ieiunio
et fame volens vincere debiles sunt
et non sunt fortes adversus animam
Demus enim ita fortis fuit leo
et tamen propter ventrem suum intrat
in caveam et omnis virtus eius
humiliatur De iuvene seculo
quidam renunciare volenti
iuvenis volebat renun-
ciare mundo et frequenter
cum egressus revocabat cogitacionibus
involvens eum variis negociis
Erat enim dives Una die egres-
sum eum circumdederunt et magnum pul-
verem excitaverunt Tunc ille con-
festim despolians se et iactans
vestimenta sua currebat nudus
ad monasterium Revelavit
deus viro seni dicens Surge et
suscipe athletam meum Con-
surgens senex obviavit illi
nudo et cognoscens causam
admiratus est et dedit illi habitum
monachalem Cum autem veniebant
fratres aliqui ad ipsum senem per-
quirere eum de actibus variis
et videbat eis de renunciacione
autem dicebat hunc fratrem requi-
rite quia ego ad renunciacionem
eius non dum perveni De fratre seculo
quidam frater renunciante
seculo renunciavit et cum dis-
pertisset res suas paupe-
ribus quedam sibi retinuit propter suam
racionem et venit ad abbatem An-
thonium Quod cum senex cognovisset
dixit ei Si vis vade in villam
compara tibi carnes et impone
corpori tuo nudo et sic veni
ad me Cum ergo hoc fecisset fra-
ter tam canes quam aves omne
corpus suum propter carnes ra-
pientes tam dentibus quam
unguibus diripuerunt Cum
autem venisset ad senem requi-
situs est si fecisset quod ei pre-
ceperat Ille autem demonstravit
corpus suum laceratum Dicit ei
sanctus Anthonius Qui renunciavit
seculo et vult ad-
huc habere pecunias sic a demoni-
bus laceratur De quodam fratre
quidam et duobus solidis
frater requisivit senem vis
ut teneam michi duos
solidos propter infirmitatem
corporis Et videns senex co-
gitaciones eius quod vellet
retinere dixit ei Retine
Reversus hic ad cellam cepit cum
cogitacionibus propriis luctari
dicens Putas bene dixit michi
senex an non Consurgens ergo
iterum venit ad senem rogans
dicens propter deum dic veritatem

quia conturbor a cogitationibus
meis propter illos duos solidos
Dicit ei senex Quia cogitacionem
tuam volentem retinere eos
dixi et ut teneres. Non est
bonum tenere plus quam necesse
est corpori. Duo ergo solidi sunt
spes tua et si contigerit ut
pereant. Numquid non cogitat deus
de nobis. Iacta ergo cogitacionem
tuam super dominum quoniam ipsi cura
est de nobis. De eo qui codicem
evangeliorum vendidit
Quidam monachus tantum codi-
cem evangeliorum possidens
vendidit illum et esurien-
tibus dedit. Dignum memorie
sermonem [illegible] inmittens
Ipsum inquit verbum vendidi
quod michi semper dicebat Vende que
possides da pauperibus De abbate
Agathone
Cum quidam rogaret abbatem Agatho-
nem ut pecuniam illius in
sua ratione susciperet nolebat
ille dicens Non est michi necesse
quia opera manuum mearum pascunt
me. Cum autem ille persistens di-
ceret vel propter indigentes sus-
cipe dignare. Respondit duplex
verecundia est quia non indigens
suscipio et aliena praestando vane
glorie subiacebo De paulo abbate
Sedebat abbas
Paulus Qui aliquas res
volunt monachus in cella
sua habere propter eas sine quibus
non potest vivere frequenter cogitur
de cella sua egredi et ita a de-
mone decipitur. Hic autem ipse
paulus in una quadragesima
cum uno sextario lenticule et
parvo aque vasculo perduravit et
unam mattam faciens eam texe-
bat et retexebat ne tamen inde a
senis exiret De abbate Machario
Abbas Ma- et sine cupi-
charius cum esset in egyp-
to regressus fuisset de
cella sua reversus invenit quen-
dam furantem omne quod habebat in

cella sua. Et stetit quasi ipse tamquam
peregrinus et coniuvit ad levandum
cum multa requie et perduxit eum
dicens Nichil intulimus in hunc mundum
Dominus dedit dominus abstulit sicut
ipse voluit ita factum est benedictus
deus in omnibus De eo qui furabatur
Quidam frater seni victum
[illegible] De cella cuiusdam
magni senis ingredie-
batur et furabatur ei victum. Cum
autem videret senex non illum
arguebat sed amplius operabatur
dicens puto quod frater ille necessarius
est. Habebat enim grandem tribulationem
senex comparando panis. Cum
autem moreretur et circumdarent
eum fratres. Ille videns eum fratrem
qui solebat ei furari panem suum
dicit ei Accede huc frater ad me
et apprehendit manum eius et
osculatus est eam dicens Gratias
ago manibus istis frater quia per eas
arbitror me intrare in regnum
celorum. Ille autem compunctus ex hoc
verbo et agens penitentiam factus est ipse
strenuus monachus ex actibus senis
quos vidit De abbate Agathon
Abbas Agathon dispensa-
bat semetipsum in omnibus
discretione possidebat tam in
opere manuum suarum quam in vestitu
Talibus autem vestibus utebatur ut
nec satis bona nec satis mala ap-
pareret cuiquam De in-
Dixit quidam senior quod consurgit
senex Tua probitas quia
verbis consurgit [illegible]
avaricie [illegible] et accipiendo
[illegible] sentencia amans
quod nec satis bona quam mala cuiquam
appareret defendit. Et si quis se
vult honoribus esse dignum et
si quis se doctorem esse plus
omnibus sapientem aperit. Dixit eum
[illegible] humanos sensus ab-
scondat aut si adhuc habuit ho-
norem suum aut si pro nichilo deputat

Aut si ~~alio odio habuerit hominem~~
~~fratrem~~ illi invidit aut detraxerit
Dico passionis enim vocabulo ver-
miculos sed ipsum cordis. Quidam
ex fratribus tam religiose vixerat ex
facto hic patuit quibus ita por-
tare mala ut non ingrederetur
in eum non permittit usque ad fratrem
custodiebat linguam ne loqueretur. Illud
hoc si locutus fuerat ad hoc custo-
diat ne reddat. Factum ut mox
sedaretur. Tres enim gradus sunt hominum
in passione ire. Unus qui voluntatem
nocet aut iniuriam attamen parcit
proximo suo hic secundum naturam homini
est. Alius autem nec lesit nec lesi
vult hic secundum naturam Adam est.
Tertius vero nocet aut iniuriam
aut calumpniam ingerit contra proximum
exigit iste secundum naturam dyaboli est.

De abbate Sysoino nomine

Udam ex fratribus passus in-
iuriam ab alio venit ad
abbatem Sisoinum illi con-
tumelie genus exponens adde-
bat volo me vindicare. Senex
autem rogabat eum ut relinqueret
deo vindictam. At ille dixit Non
desistam usquequo fortiter me vin-
dicavero. Cum senex ait Oremus
semel hoc in animo statuisti ad orationem.
Surgens senex hiis verbis cepit
orare. Deus iam nobis non ne-
cessarius ut pro nobis sis sollicitus
quia nos ipsi sicut iste frater dicit et
volumus et possumus nos vindicare.
Quod cum ille frater audisset ante
pedes senis effusus precibus
veniam postulabat promittens
se cum illo cum irascebatur numquam
deinceps acturum. De iniuria propter

Vidi patrem peccata accedente
Dum ab altero iniuriatur
venit et mitigavit ponti
Cum ille vidit Satis fac cogi-
tacioni tue quia frater non vult inu-
riare te sed peccata tua. Verum in omni
temptacione que tibi contingit per
hominem ne arguas eum nisi tan-
tum dicas quia propter peccata mea con-
tingunt michi hec. De malicia
numquam comprimente malicia

Dicebat frater abbas Pymenius
maliciam numquam comperit
maliciam sed si quis tibi fecerit
malum tu illi bonum redde ut per
bonitatem vincas maliciam

De iniuria tolleranda

Vidi fratrem quanto plus eum
aliquis iniuriabat tanto
magis gaudebat dicens
Isti sunt qui nobis occasionem
prebent ad profectum meum. Qui enim
autem benefaciunt nobis quam turbant
animas nostras. Scriptum est enim Quidam
hii qui benefaciunt nobis ipsi dece-
piunt nos. De detractione
Alter senex cum quis detra-
xisset ei si vicinus erat
ille festinabat per semet ip-
sum illum remunerare. Si longe
manebat transmittebat exenia.

De latronibus in carcerem missis

Uit quidam heremita ma-
gnus in monte qui dicitur
Adlibene et venerunt super
eum latrones. Cum autem ille vocem
dedisset de vicinis locis aliqui
fratres concurrentes comprehenderunt
eos. Quos transmissos in civi-
tate iudex misit in carcerem. Fratres
quia illi mesti facti sunt quod per se ipsos
latrones traditi essent iudici
et venientes ad abbatem Pymenium
intimaverunt ei factum. Qui scrip-
sit ad heremitam dicens Recognosce
primam prodicionem unde facta sit
et tunc secundam prodicionem videbis.
Nisi enim proditus fuisses ab
interioribus tuis secundam prodicionem
numquam perpetrasses. Qui illo
sermone compunctus cum esset in
omni regione illa nominatus
et per multum temporis de cella sua
non exiens surgens statim
venit in civitatem et eiciens
latrones de carcere publice li-
beravit eos a tormentis.

De philosopho et discipulo eius

Uidam philosophi discipulus
peccavit et dum sibi peteret
indulgeri Dixit ei philosophus
Non tibi indulgeo nisi tribus annis

hys portantibus onera aliorum Cum
reuersus post tres annos cum iam
peractus satisfecisset dicit ei pater eius
Vere nunc tibi indulgeo ad
huc mitti aliis tribus annis et dabis
mercedem hiis qui te iniuriis
et contumeliis affligunt Et cum
cum ille complesset venit ad pro
patrem eius dicit ei nunc sume
Veni modo et ingredere Athe
niensium ciuitatem ut sapientiam
illic possis discere Erat autem
illic quidam senex sapiens studiosus
et sedebat ad portam omnesque in
gredientes opprobriis et contumeliis
et iniuriis affligebat Et cum
eidem iuueni ingredienti faceret
illud Ille statim cachinno risit
Cui senex ait Quid est hoc quod
agis Ego te iniurior et tu rides
Cui iuuenis ait Et non vis
ut rideam ut tribus annis mercedem
dederim ut hec paterer quod
hodie Tunc senex dixit ei Ingre
dere ergo ciuitatem quia dignus es
hoc autem solebat Iohannes abbas
referre et aliis ipse addebat quod
hec porta dei est per quam patres
nostri per multas iniurias et tribu
laciones gaudentes ingressi sunt
ciuitatem dei De iniuria tollanda
Quidam frater requisiuit
senem dicens nunc pro una
[struck] rem que custodiat
et saluet per ipsam Respondens
ei senex dixit Si potueris
iniuriis et contumeliis affici et
portare ac tacere magna
res est hec super alia mandata
Interrogantibus De abbate Moyse
quibusdam fratribus abbatem Moysen
sermonem ille hortatus est
discipulum suum Zachariam ut eis
aliquid diceret Tunc ille pallium
deposuit sub pedes suos et con
culcauit illud et dixit Nisi quis
sic fuerit conculcatus monachus
esse non potest Abbas Macha
rius de vero monacho

Dicebat abbas Macharius
Ille vere est monachus
qui se in omnibus vincit Si
si arguens alium ad iracundiam
mouetur propria passione implet
Non enim ut alium saluet se perdit
De collaudatione cuiusdam fratris
Quidam fratrem sub presencia
abbatis Anthonii alii
collaudabant Et cum tem
ptasset eum senex et reperisset quod
non sufferret iniurias dixit
ei Tu quidem frater similis es
edificio quod quamuis habet
ingressum ornatum per posticum
tamen a latronibus expugnatur
Quare demones timent abbatem ysaac
Quidam frater
requisiuit abbatem ysaac
dicens Abba quare te de
mones ita timent Respondit
senex Ex quo factus sum mo
nachus statui apud me ut ira
cundia mea faucis guttur meum
non procederet et ideo timent
me demones Sermo tamquam versus
Cum vero sub in sanguinem
misisset quidam de fratribus
ad abbatem Achillam vidit
eum sanguinem expuentem et re
quisiuit eum quid hoc esset At
ille respondit Sermo erat fratris
qui me contristauit et repugna
ui ut non illud dicerem et petiui
deum ut tolleret a me et factus
est ille sermo sanguis in ore
meo Et postquam expui eum
requiem habui et tristiciam
et sermonem oblitus sum
De infantibus turpia loquentibus
Quidam fratres venerunt
ad quendam sanctum senem
sedentem in solitudine et
inuenerunt infantes pascentes
pecora et loquentes inter se aliqua
verba turpia postquam ergo de
singulis cogitacionibus requi
rentes a sene acceperunt respon

dicit ei Quemadmodum potes ab
ba vacuus sufferre infirmitatem illorum
et non percipis illis ut non ita ro
siferent Et dixit eis senex In
veritate fratres plurimos
dies habuit cogitacio mea vo
lens illis aliquid dicere sed re
darguo me ipsum reputans
intra me si parum hoc non porto
quemadmodum si maior michi
temptacio advenerit portabo
Et ideo michil illis dico ut fiat
in consuetudo portandi Senex
dixit si lignum sicut non tenuit
in tempore ire nec accipissione
...nis sive aliquis si potiu
... De discussione cum

Abbas Iohannes cum sederet
inter fratres et singuli
cum ... cogitacionibus
inquirerent Iterum ille responsu
daret quidam senex dicit ei ex
invidia Sicut et iste Iohannes
quomodo mulier meretrix ornans
semetipsum ut congreget sibi
amatores Cum abbas Iohannes
ait verum dicis abba et non est
aliter Ita ... propter ... venie
...unt Respondit ei iterum ille
senex dicens Ita et vas tuum
Iohannes plenum est veneno At
Iohannes ait illi Quomodo abba sicut
dixisti et hec dicis quia tu non vi
des que de foris sunt Ita si ea
que intus sunt videres quanto
potius haberes quod diceres Et post
quam... ex discipulis eius dixit
ei Numquid est turbatus intus
in ... Cum ille re
spondit Non sed sicut sum
de foris ita sum et de intus
De abbate pymen et quadam sene

Erat quidam senex in egi
pto tamquam venerit
illuc abbas Pymen Erat enim

illic subi ... multi ... electo
illo senex veniebat adhuc
et ... cepit ille invidere
et detrahere Hoc audiens
abbas pymen contristatus est
valde dixit fratribus suis
Quomodo faciemus quia in tribula
cione miserunt nos homines
ut illum sanctum senem relin
queret et nos qui nichil
sumus inspiciat Quemad
modum sanemus hunc virum
Veniteque fratres faciamus
panes ... et portantes
pergamus ... ut panem vini
... cum ... gustemus forsitan
per hoc possimus animam eius pla
care Profecti itaque pulsaverunt
hostium eius Audiens vero
discipulus senis illius dixit
Qui estis At illi dixerunt
dic abbati tuo quia pymen
venit ut benedicatur ab eo
Quod cum ille per discipulum
suum audisset respondit ad
eum Vade ... dic non va
cat Illi autem perseveraverunt in
hostio dicentes Hinc
non recedimus nisi digni
fuerimus adorare eum Et post
cum ille humilitatem et patienciam
vidisset compunctus aperuit
hostium ... intra
gustaverunt panem ... Et ... eis
... senex In veritate
non solum ... audivi
de vobis sed centuplum
... in vobis vidi Et ab
illo die amicus carissimus
factus est ei De abbate

Abbas ... Mothues
... aliquando edificavit
sibi cellulam in loco
qui dicitur Eracleon et du

ibi a multis molestaretur et
alterum locum ingressus est et
similiter ibi construxit ha-
bitaculum. Iste per insidias dya-
boli quidam frater inventus ibi
qui per invidiam semper cum eo
haberet iram. Propter quod sur-
rexit inde et proximum vicinum
recessus est et fecit sibi illic
cellulam et reclusit semet-
ipsum in ea. Post tempus autem
aliquantum congregati sunt senes
de illo loco unde egressus
est adducentes illum fratrem
cum quo habuerat litem quibus
rogaverunt eum ut reducerent
eum in spelunca sua. Postquam
in vicinium loci venerunt tamen
melotes suas quas illum
fratrem ibidem reliquerunt.
Ipsi quoque profecti sunt ad
senem et pulsantibus illis
aperta fenestra aspexit illos
et cognovit. Et dixit: Ubi
sunt melotes vestre? At illi
dixerunt: Ecce hic in vicino
sunt una cum illo fratre qui
tecum iram habebat. Hec postquam
senex audivit et illos a-
gnovit pre gaudio hostium
per quod ingressus est cum
securi confregit et egressus
cucurrit usque ad illum locum
ubi ille frater erat et prior ipse
penitentiam egit apud illum et
amplexatus eum introduxit
eos in cellam suam et per tres
dies convivatus est cum eis
qui numquam habebat consue-
tudinem ut convivium faceret
et surrexit postea profectus
est cum illis. De abbate Aga-
thon qui numquam dormivit sꝫ

Abbas Agathon solebat
dicere: Numquam dormivi
litem habens cum aliquo
sed nec permisi aliquem litem ha-
bentem dormire quantum ad possibi-
litatem meam pertinuit nisi prius
in pace conveniret. De duobus
in una cella sedentibus.

Fuerunt duo fratres pariter
sedentes in una cella
et numquam inter se qual-
emcumque parvam contentionem
habuerunt. Dicit ergo unus ad
alterum: Faciamus et nos vel unam
litem sicut et alii homines. At
ille alter dixit ei: Nescio quo-
modo fiat lis. Dicit ei ille:
Ecce pono laterem istum in me-
dio et dico quia meus est et tu
dicis quia non est tuus sed meus
est et ex hoc fit contentio
et rixa. Et cum posuissent
laterem in medio dixit unus
quia meus est. Et ille alter respondit
ego meum esse spero. Cum
ille alter iterum ait: Non est
tuus sed meus. Tunc ille respondit:
Si tuus est tolle illud. Quo
dicto non invenerunt quemadmo-
dum litigarent. De beato Macha-
rio qui vocem celicam audivit.

Quodam tempore orante
beato Machario vox ad
eum de celo pervenit:
Machari, nondum ad mensuram
duarum mulierum venisti que
in proxima habitant civitate.
Quo audito senex arrepto
baculo in predictam civi-
tatem pervenit. Cumque hostium
quesite domus et invenit
pulsaret, egressa una ex

illic cum eis cum magna exultatione suscepit. Senioribus vero propter gravitatem senex. illo enim ita est: propter vos tamen veni et laborem ex solitudine longius sustinui ut opera vestra cognoscam que in vos decet enarrare. Cum ille sic dixerunt: Credite nobis sanctissime pater quia nec prima nocte a maritorum lectulis fuimus separate. Et alia quoque opera a nobis exquisivit. Et senex precibus insistebat ut ei vite sue ordinem enarrarent. Et tunc ille compulse dixerunt: Nos nulla inter nos sumus proximitate affinitate coniuncte. Contigit autem ut duobus fratribus ingenuis et carnalibus iungeremur et in una domo permanentes neque tempore verbum alteram dixit ad alteram iniurie neque litem aliquam commisimus, sed in pace hactenus viximus et consensu tractavimus quatenus pariter relictis maritis congregationem religiosarum virginum proficisceremur et multis precibus hoc a coniugibus nostris non valuimus impetrare. Et non adepto inter deum et inter nos posuimus testamentum ut neque ad mortem nostram seculare verbum non loquamur omnino. Et hec cum audisset beatus Macharius dixit: In veritate non est virgo neque maritata neque monachus neque secularis, sed deus tamen propositum querit et spiritum vite omnibus subministrat.

De quodam fratre iracundo

Frater quidam cum esset in cenobio et frequenter ad iram moveretur dixit ad semetipsum: Vadam in solitudinem, cum non habeam cum quo litigem fortassis requiescet a me hec passio. Cum autem egressus mansisset solus in spelunca quadam die cum vas aque replesset et posuisset, subito versum est. Denuo secunda vice ipse replevit et iterum versatum est. Cumque tertia vice replesset ac similiter contigisset, arreptum ipsum vas effregit illud iratus. Cum autem reversus ad se fuisset cogitavit quod a spiritu iracundie esset deceptus et dixit: Ecce solus sum et tamen ab iracundia victus sum. Redeam itaque in cenobium quia ubique opus est pugna et patientia et maxime dei auxilio. Et surgens reversus est in locum suum.

Factus de beato Machario

Macharius de semetipso referebat dicens: Cum essem iuvenis et in cella quidem manerem, me tenentes clericum ordinaverunt. Cum autem illic nollem esse, in locum alterum fugisse, et quidam secularis religiosus ex opere meo vendito michi ministravit. Contigit quandam virginem per stuprum ventris onus accipere. Cumque de eo a quo fuisset oppressa requireretur, dixit: Anachorita ille hoc mecum fecit. Exierunt. Egressi igitur parentes puelle et comprehendentes me suspenderunt ad collum meum vasa fictilia et per singulas semitas traducebant me cedentes (?) mactantes

atque in super vocibus insultantes hic monachus filie mee vim intulit. Cumque me usque ad mortem pene fustibus mulctarent et quidam ex senioribus dixit usque peregrinum hunc monachum cede mactatis. Et et ministrati in sequenti ac rubore suffuso iniurias irrogabant dicentes ei Ecce quid fecit hic pro quo testimonium perhibebas. Parentes autem puelle dixerunt nullatenus hunc racione dimittemus nisi pro alimentis puelle prestandis aliquis pro ipso fideiussor accesserit. Cumque cum ministranti mi innuissem ut faceret me posita me sua fide suscepit. Itaque reversus ad cellam quantascumque in ea feci sportellas contuli ei ut venditis victum mee coniugi ministraret dicebat autem. Ecce machari iam uestri tibi uxorem necesse quod est ut amplius operari ut eam valeas enutrire. Et tam diebus quam noctibus operabar ut ei victum quotidie ministrarem. Eodem misere tempus pariendi advenit diebus pluribus cruciata parere non potuit. Cumque requisita quid ei fuisset. Vidit Item anachoretam illum campi non habenti crimen imposui. Non inveniens ille victum et opprimit me. Quod cum ille qui michi ministrabat audisset gaudio repletus advenit infelicem illam puellam pluribus quam fateretur quod ter tali supina frustra contorit parere nullatenus potuisse voci feceramus. Et et omnes vicini mei venerunt et a me commissi veniam postulare ceperunt. Cumque ego acquiescerem ne ipsi me honores molestarent festinans abscessi in hunc locum perveni. Et hec causa mei in isto loco adventus. De tristicia

vitanda frater removenda

requisivit abbatem pymen dicens Quid faciam pater quia conturbor a tristicia. Dicit ei senex Neminem pro nichilo appreties nullum contempnas nulli detrahas. Et dabit tibi deus requiem. Dicebat autem abbas pymen de abbate ysidoro quod solus iste se cognovisset. Nam quotiens illi cogitacio sua dicebat quod magnus es tunc respondebat ipse ad se. Nunquid talis sum qualis Anthonius aut certe abba pambo vel reliqui patres qui deo placuerunt. Cumque hec cogitabat requiescebat. Cum vero demon conturbans suggerebat ei desperaciones et penas dicens. Quoniam post hec omnia in tormenta iturus es. dicebat iterum ipse. Quamvis in tormenta ego mittar tamen vos subtus me inveniam. ¶ Abbati quoque moysi frequenter apparuerunt demones maledicentes ac dicentes Evasisti nos et nichil tibi possumus facere. quam quotiens te per desperacionem humiliare voluerimus exaltaris quotiens autem exaltamus ita te humilias ut nullus de nobis accedat ad te. Cumque quidam frater abbatem Sysoi frequenter tali sermone requireret dicens Quid faciam pater quia cecidi. Ille vero dicit. Surge inquit. Ille vero se surrexisse et iterum cecidisse confessus est. Respondit Iterum surge. Cum

aut fragilitatis surrexisse et fre-
quenter se accidisse enarraret coram
simone senex videbatur et clama-
bat: Nec desistas surgendo fili.
Cum frater autem usque possum surgere
pro complina? Senex dixit: Usque
aut in bono opere aut in malo
deprehensus occumbas. In quo enim
opere homo deprehensus erit in eo
et iudicabitur. ¶ Quidam frater
temptabatur cogitationibus quibus
per annos decem ita ut iam despera-
ret dicens: Perdidi iam animam meam.
Sed quia semel perii, revertar ad
seculum. Cum autem proficisceretur venit
ad eum vox dicens: Fili, decem anni
in quibus certasti corone tue erunt.
Revertere ergo in locum tuum et ab omni malo
cogitationis tue libero te. Et
statim reversus permansit in incepto
opere. Non est ergo bonum desperare se
quemquam propter cogitationes. Hec
enim magis coronas provident
si utiliter eas pertractantes
transierimus.

Quodam tempore abbas An-
thonius cum resideret in
heremo spiritu temptatus
accidie cogitationibus quoque diversis
implicitus dicebat ad dominum: Domine,
salvari desidero et cogitationes
varie non me permittunt. Quid
faciam in tribulatione vel quomodo
salvari valeam dignare ostendere.
Et post paululum surgens quen-
dam sibi similem aspiciat sedentem
torquentemque funiculum et surgentem
ab opere et orantem. Erat autem angelus
domini ad emendationem Anthonii
destinatus a quo hunc sermonem
audivit: Et ita faciens Anthoni
salveris. At ille summo gaudio
cumulatus accepta confidencia
salvabatur.

De monacho negligente ad opera

Quidam frater senem requisivit
dicens: Quid faciam pater quia
nulla opera facio monachi
sed in negligencia constitutus co-
medo bibo dormio et de hora
in horam transgredior et de cogita-
cione in cogitacionem et propter hoc
contristor et affligor? Cui senex
dixit: Tu sede in cella tua et quod
potes fac sine conturbatione
animi. Ego enim volo ut qui sedet
in cella sua propter deum in loco illo
sit in quo est abbas Anthonius.

De accidia removenda

Quidam frater requisivit
abbatem Achillam dicens:
Cum sedeo in cella mea
capior accidia. Cui senex
ait: Quia necdum vidisti fili-
mi requiem quam speramus neque
tormenta que timemus. Si enim ea
diligenter inspiceres etsi
vermibus plena esset cella tua
usque ad collum tuum in ipsis
iaceres permanens sine accidia.

De monacho et silencio ne piscis

Quidam frater cum petisset
sermonem ab abbate
Moyse dicit ei senex:
Vade et sede in cella tua. Cella
autem tua per te instruere si
ibi permanseris sicut piscis
ex aqua eductus statim moritur.
Ita et monachus moritur si
foris cellam suam tardare voluerit.

Quidam **Quo placeat deo**
frater requisivit abbatem
Anthonium dicens: Quid
observando deo placebo? Rendit
senex: Que tibi demandavi custo-
di: Quocumque vadis deum pre ha-
beto pre oculis et quodcumque operis
feceris sume testimonium de scripturis
et in quocumque loco sederis
non inde cito recedas. Hec tria
custodiens salvus efficieris.

Quidam **De mansione cum aliis facienda**
frater requisivit abbatem

~~Consiliarii dicens Cum sederem in~~
~~cellula mea patior accidiam~~
~~Cui senex Anthonius dixit~~
Pymen dixit Si enim melius
est remotius quam cum aliis
manere Respondit senex
Hoc si se ipsum reprehendit ubique
potest persistere Si autem se
magnificat nunquam stat
Undique enim boni fecerit
homo non consultet in eo quia
mox perdit illud *De fratre*
Erat aliquis *egipciaco*
ad abbatem zenonem in
Syria aliquis frater
egipcianus et cepit cogitaciones
suas accusare contra senem
Ille autem audiens admiratus
dixit Egipcii virtutes quas
habent celant et vicia que
non habent manifestant Syri
autem et Greci virtutes quas
non habent predicant et vicia
que habent abscondunt et quo
cumque loco recondere ne inve-
titus inveniantur sed in eadem
loca paciuntur permanere
Dixit senex dixit Cum
ab hominibus honoratur
et laudatur non parvum
dispendium anime patitur Cum
autem penitus ab hominibus non
honoratur desuper ad gloriam
accipiet Item dixit Non potest
fieri ut simul herba nascatur et
semen Ita impossibile est ut
laudem et gloriam secularem habentes
simul etiam et fructum faciamus
celestem Iterum dixit Sicut
thesaurus manifestus minuitur
ita virtus perit publicata
Nam sicut cera a facie ignis
solvitur ita et anima per laudem
resoluta perit ab intencione
sua Item dixit Cum cogitacio
vane glorie vel superbie te im
pugnat perscrutare te ipsum

si omnia precepta dei servasti Si
inimicos tuos diligis Si gaudes
in gloria inimici tui et contristaris
in deiectione eius Et si apud te
habes quod inutilis servus es
et omnibus hominibus plus peccatis
et tu tamen grande aliquid sapias
tanquam aliquid feceris Scias quod
elata cogitacio omnia illa bona
dissolvit *De sene mortuo huic seculo*
Quidam senex cum venisset
ad alterum senem dicit ei Ego
mortuus sum seculo huic
Cui ille alter inquit Ne confidas
in te ipsum donec egrediaris de cor-
pore hoc Nam et si tu dicis quod
mortuus sum tamen dyabolus nondum
mortuus est *De quodam*
sene inaniter gloriante
Quidam senex cum per annos
esset in deserto neque panem
gustaret neque aquam ad
sacietatem acciperet dicebat ipse
Nos occidimus avariciam et vanam
gloriam Quod cum audisset Abraham
abbas venit ad eum et requisivit
illum si hunc sermonem ipse dixisset At
illo confitente dixit ei Abraham
Ecce dum per viam ambulas vides
lapides et fragmenta laterum
et inter hec massam auri nec potest co
gitacio tua et illud simile aliis
illius iudicare Dicit ei senex
Non sed iterum pugno cum cogita
cione mea certe enim vincit a
variciam sed ligata est Item dicit
Abraham abbas Hic diligit te
et laudat alter vero te horret
et detrahit si utrique ad te veniunt
ne utrosque similiter comprehendis
Dicit ei senex Non sed iterum pugno
cum cogitacione mea ut illum
diligam quem horreo Cui abbas
Abraham Ecce quomodo vivunt in te pas
siones adhuc sed ligate sunt
a sanctis qui tibi forte preest
vita tua permanet *De eo*
qui vestes lavit

Quidam senex erat in inferioribus
partibus heremi et sedebat
quiescens in spelunca. Vir
autem secularis religiosus ministra-
bat ei. Contigit autem ut filius
secularis infirmaretur. Multis
ergo precibus postulabat senem ut ve-
niret in domum suam et faceret orationem
pro infante. Et surgens senex
ambulavit cum eo. Ille autem pre-
cessit eum et ingressus domum suam
dixit: Venite in occursum ana-
chorete. Quos cum vidisset se-
nex longe egressos cum lampa-
dibus, sensit quod ad se venirent.
Et statim expolians se vestimen-
ta sua misit in flumine et cepit
lavare stans nudus. Ille autem qui
ministrabat ei videns hec erubuit
et rogavit homines dicens: Red-
ite, senex enim a sensu per-
didit. Veniens autem ad eum dixit
illi: Abba, quid hoc fecisti? Omnes
enim qui te viderunt dixerunt:
Demonium habet senex. Tunc ille
respondit: Ego hoc volebam
audire.

De abbate Moyse et de quodam iudice

Cum quidam
iudex provincie abbatem
Moysen vellet adorire
audiens ille fugiebat de loco
suo. Et cum obviam illi forte fuissent
requisierunt iudices ab eo dicentes: Dic
nobis ubi est cella abbatis Moysi.
At ille dixit: Quid illum vultis
videre hominem stultum et hereticum?
Quod cum audisset iudex, ve-
niens ad ecclesiam retulit cleri-
cis: Ego quidem audivi multa
de abbate Moyse, volui ab eo be-
nedici. Sed quidam nobis obvi-
us monachus retulit de eo quod esset
hereticus. Quod cum audissent
clerici contristati sunt et interrogaverunt
qualis esset ille monachus qui hec
vobis dixisset. Ille autem respondit:
Senex erat et veterrimus
indutus vestimentis longis
et niger. Et tunc cognoscentes
pro relatione eorum quod ipse esset
satis mirantes discesserunt.

De infante mortuo in via

Abbas Sysoius cum ha-
bitaret in monte in quo
erat beatus Anthonius,
relusus quidam secularis ad eum
cum parvo filio percipiende be-
nedictionis gratia properavit.
Contigit autem ut infans
ille moreretur in via. Quem pa-
ter sine ulla mentis perturbatione
sublatum cum fide portavit ad
senem. Ingressus quoque ad cellulam
tamquam se cum infante proiecit
in terra ut est mos postulantium
benedictionem. Ipso autem pater
surgens pater egressus est
foras filii corpusculo relicto
ante pedes abbatis. Quem cum
senex adhuc mundi contempti-
iacere pueri crederet dixit ei: Surge
fili, regredere. Defunctum enim
nesciebat. Confestim igitur pu-
er surgens egressus est.
Quem cum pater vidisset obstu-
puit. Regressus quoque in cella
adorato sene tam tempore
filii quem relictum ibi cum fide
propria enarravit. Sed senex val-
de mestus effectus. Nec enim
a se tale quod miraculum factum vo-
lebat audiri, per discipulum suum
illi homini ne cuiquam referret
ad suum transitum hec dicere precepit.

De quodam homine obsesso

Cum quidam secularis vir
in ecclesiam veniens a
spiritu immundo teneretur
omnes orationem fecissent nulla-
tenus spiritus immundus egredie-
batur ab eo. Dicunt quoque inter se fratres:
Et quid possumus? Hunc spiritum
facere. Nemo illum discutere pote-
rit nisi abbas Bessarion. Tunc dixerunt

hoc illi ad ecclesiam non acquie-
scit venire. Sed faciam talem
hunc qui patitur faciam sedere
et postea dicam abbati. Cum sic fecisset
abba hunc dormientem efferunt
quo itaque veniente abbate Bessa-
rione steterunt omnes in ordine
et dicunt abbati: Cum sit iste
qui dormit. Ille autem dixit:
Surge et egredere foras. Et mox
egressus est sanus in medio ab
eo et sanus effectus est ex illa
hora. De eo qui habebat

Erat autem filium paraliticum
quidam filium huius Egyp-
to paraliticum et attulit
eum ad cellam abbatis Bessarionis
et reliquit eum super hostium
plorantem et discessit longe.
Cepit ergo infans flere. Tunc
autem per fenestram senex vidisset
eum dixit: Quis te huc detulit
fili? Cui infans: Videlicet pater
meus attulit me et ipse disces-
sit. Cui senex ait: Surge et
adiunge te illi. Et mox sanus
effectus surrexit et pervenit
ad patrem suum. De beato Mathue

Dixit abbas abbate
Mathues: Quanto plus
homo deo appropinquabit
tanto magis se peccatorem vide-
bit. Ysaias propheta videns deum
miserum se et immundum vocat.
Nos quando non sumus hic sine
sollicitudine. Dicit enim scriptura:
Qui stat videat ne cadat.
Quando enim navigamus ibi ut
videmus et nos tamen prospere in
tranquillo mari navigare
videmur. Seculares vero quasi
in periculosis locis. Sed nos quasi
in die navigamus sole iustitie
illustrati. Illi vero in ignoran-
cia quasi per noctem. Sed frequenter
contigit quod secularis in tenebris
sic nocte navigans vigilans
autem et clamans propter nimium
salvabit. Nos autem dum in
tranquillo navigamus sepius
propter ipsam securitatem negligentes
perimus humilitatis gubernaculum
relinquentes. Sicut autem impossibile
est navim formari fieri sine clavis
ita impossibile est aliquem sine
humilitate salvari. De beato Machario
et dyabolo conveniente cum falce

Abbas Macharius dum dilu-
culo palmarum folia portans
ad cellam suam reverteretur occurrit
ei dyabolus cum falce putans velle
eum percutere et non poterat. Clam-
ans dixit: Magnam vim
a te Macharie patior. Quia cum
te cupio nocere non valeo. Tu
cuncta facis opera ego magis facio.
Ieiunas modice ego nullo modo
cibo reficior. Tu sepe vigilas
me autem sopor numquam oppressit.
Sed una re me vincis ipse
profiteor. Cumque ab eo Macharius
abbas rem ipsam requisisset
respondit: Humilitas tua sola
me vincit. At sic extendit
ad orationem manus suas beatus
Macharius et ipse in nichilum
evanescens evanuit. De homine obsesso
qui monachum in maxilla percussit

Quidam ex senioribus mo-
nachum heremitam hominem quendam
a spiritu malo correptus et
spumantem fortiter in maxilla
percussisset. Senex autem mox prebuit
illi alteram maxillam ut feriret.
Dyabolus autem non sufferens incendium
humilitatis eius statim discessit.
Quod omnis labor sine humilitate
Quidam dice- vanus sit
bat ex patribus: Omnis labor
sine humilitate vanus est.
Humilitas precursor est caritatis.
Sicut sanctus Iohannes precursor
erat Christi omnes trahens ad eum
Ita humilitas omnes trahit ad
caritatem ad ipsum scilicet deum quia deus
caritas est. De abbate Machario discipulo
Quodam tempore abbas Macharius

ad montem nitrie ascenderet
discipulo suo ut paulum ipsum
precederet imperavit Qui cum
autem ante illum pergeret obviam
venit sacerdoti ydolorum cum fe-
stinatione venienti lignum grande
portanti Cui exclamans ait
Quo curris demon At ille irri-
tatus eum plagis afficit ut
exanimem pene efficeret et
relicto monacho sacerdos iter
currebat progressus quoque paulum
obviavit beato Machario Qui
ait ad eum laborator salveas
At ille admiratus vadit Quid
in me boni conspexisti ut ita me
salutares Cui senex ait Quia
vidi te laborantem et currere igno-
rantem Cui sacerdos ait Et ego
salutatione tua compunctus magis
dei te servum esse cognosco Alius
autem miserabilis monachus nescio
quis occurrens mihi iniurias
fecit quem ego illi plagas pro verbis
imposui Tunc tenens pedes beati
Macharii proclamabat dicens Nisi
me monachum feceris non te
deseram pergentes quoque pariter venerunt
ad locum in quo cesus sese iacebat
Et ne vitam tolleret cum per se ni-
chil valuerit in ecclesiam
protulerunt Cum autem fratres vidis-
sent sacerdotem illum beato Machario
comitantem stupefacti monachum
eum cum admiratione efficiunt Et
multi propter illum ex paganis facti
sunt christiani Dicebat ergo abbas
Macharius quod sermo superbus
et malus etiam bonos viros ad ma-
lum convertit Sermo vero bonus
et humilis etiam malos mutat
in melius De beato Anthonio
Beatus Anthonius dixit
Nunquam homo bonus est
et si bonus esse desiderat
nisi deus habitet in ipso quia
nemo bonus nisi solus deus
Oportet autem et nos ipsos vera-
citer incusare Qui enim seipsum
reprehendit iniuriam comparan-
do amittit Item beatus Anthonius

retulit se vidisse omnes
laqueos inimici super omnem
terram complicatos Et cum sus-
pirans dixisset Quis hos
poterit evadere vocem desuper
audivit Sola humilitas pertransit
Anthoni quia nullo valet
attingere Rogans deum in cella sua
beatus Anthonius oravit venit
ad eum vox dicens Anthoni non-
dum ad mensuram coriarii istius
qui est in Alexandria pervenisti
Quo audito senex consurgens
mane assumpto baculo ar-
repto festinanter venit in Alle-
xandria Cumque ad designatum
hominem fuisset ingressus
Ille viso tanto viro extimu-
it Cui senex dixit Re-
fer mihi opera tua quia propterea
deserto veni Quem respondit
Nescio me aliquid aliquando boni
operis perpetrasse unde et cu-
bili suo mane consurgens
antequam in opere meo resideam
dico quod omnes huius civitatis a mi-
nori usque ad maiorem ingre-
dientur in regnum dei propter iustitias
suas Ego autem solus propter peccata
mea penam ingrediar sem-
piternam quod verbum antequam
quiescam sero corde meo
recenseo veritate Quod
audiens beatus Anthonius
respondit ei fili sic es tu
ut bonus artifex qui sedes
in tua domo cum requie ad-
eptus es regnum dei ego autem
velut sine discretione omne
tempus meum in solitudine con-
sumens nondum ubi tu summopere
venisti De eo quod dicitur omnia
Quidam frater munda mundis
requisivit abbatem
Pymen dicens Quid est
quod dicit apostolus Omnia
munda mundis At ille dixit
Si quis adhuc sermonem per-
venire potuit ut eum intelli-
gat videbit se inferiorem esse
omnis creature Cui frater

Et quo possum modo respondere me video
eo quod homicida est. Audit senex
Si patitur homo adhuc sermo-
nem apostoli pervenire et viderit
hominem qui forte occiderit
alium dicit in semetipso Iste
quidem hoc solum peccatum fecit ego
autem omni hora homicidium
committo meipsum interficiens
Et cum frater requireret quomodo
hoc posset fieri Respondit
hec sola hominis est iusticia ut
semetipsum reprehendit Tunc
enim iustus est cum sua peccata
condempnat *De malis horren-*
dis et fratribus beneficandis
pervenerunt quidam fratres
ad abbatem pymenem unus
alterum quendam fratrem laudavit dicens
Bonus est ille frater qui mala
horret Cui senex ait Et quid
est mala horrere At ille ne-
sciens quid ei responderet
petebat dicens dic michi abba quid
est mala horrere Cui senex
dixit Ille horret mala qui peccata
sua horret et omnes fratres
suos beneficat religiose *Ne quis*
Quidam frater *loquatur malum de proximo*
requisivit abbatem pymenem
dicens Et non possum homo vir vincere
ne loquar malum de proximo
suo Respondit senex Ego et
proximus duo sumus ymagines
Cum ergo mea ymaginem prospexe-
ro et reprehendero me invenitur
ymago fratris mei apud me
venerabilis Cum autem meam
laudavero tunc fratris mei
ymaginem parvam recipio Tunc
enim alium non detraho si semper
reprehendero meipsum *De vi-*
tuperacione fratrum non facienda
Dixit abbas yperitius
Melius est comedere car-
nes et bibere vinum quam
comedere in vituperacione car-
nes fratrum Sicut enim susur-
rans serpens Evam de paradyso
expulsit Ita qui fratri suo detrac-
tat non solum suam sed audientis

anima perdit *De nobis iustificandis*
Probat *et aliis condempnandis*
Dicit abbas Johannes Quia
sarcinam levem dimisimus id est nosmet
ipsos reprehendere et gravem por-
tare elegimus id est ut nos iusti-
ficemus et alios condempnemus
Facta congregacione semel in Scethi
dum patres de multorum vita et de
rebus pluribus loquerentur abbas
prior tacebat postea non egressus
tollens saccum implevit eum arena
et portabat in dorso suo et iterum
in alterum parvo panno misit aliam
arenam et portabat in ante se Vi-
dentes autem patres requisierunt
ab eo quid hoc esset exemplum Et
respondit dicens Iste saccus qui habet
multam arenam mea peccata sunt quia
plurime sunt iniquitates mee
et eas dimisi eas post dorsum meum
nolens illa videre ut pro ipsis
doleam vel plangam et ecce parva hec
delicta fratris mei in oculis meis
posui et vertior ipsis condempnans
fratrem Sed non oportet sic iudicare
sed magis ante me adducere et de
se magis cogitare et rogare deum
pro ipsis ut indulgeat michi Sed audientes
fratres dixerunt In veritate
hec est via salutis *De abbate ysaac*
Erat aliquando *et de angelo domini*
abbas ysaac in cenobio et
vidit illic fratrem negligentem
et iratus iussit eum expelli de
cenobio Cum ergo regrederetur ad
habitaculum suum venit angelus
domini et stetit ante hostium celle
illius eius dicens Non te permitto
ingredi At ille rogabat ut
eius manifestaret culpam
Et respondit angelus dei Tunc
misit me deus dicens vade dic
ysaac ubi iubes mittam illum
fratrem qui peccavit At ille
mox egit penitentiam dicens peccavi
domine indulge michi Dixit ei an-
gelus Surge indulget tibi
deus sed ne hoc iterum facias ut
ne quem condempnes antequam
deus illum iudicet Tulerunt

hominem indicium et non ... illud
permittunt dicit deus hoc autem ideo
est quia si contigit de illis perfectis
aliquem vel in parvo peccare non
nimis praedat De homine in limo

Contigit fratri demerso
cuidam culpam in cenobio et
de actibus meretricis cum
ad abbatem est profectus Antho
nium et assecuti sunt eum fratres vo
lentes eum reducere ceperunt
culpas comprobare Ille non culpam
se fecisse denegabat Invenitur
est autem ibi abbas Pafnucius
cui cognomen erat Cephalas
qui talem retulit auditis fratribus
in congregatione parabolam vidi
inquit in ripa fluminis hominem
usque ad genua in limo dimersum
Venientes autem quidam ut eum
porrecta manu extraherent
usque ad collum dimerserunt Tunc
beatus Anthonius de beato Pafnucio
dixit Ecce homo qui animas veri
tate potest salvare Tunc fratres
illius sermone compuncti agentes
penitentiam eum qui discesserat
ad cenobium iterum reportaverunt

De eo quod peccat non sponte

Dixit quidam senex Si videris
aliquem peccantem ne imputes
culpam ei sed illi qui pugnat
cum dicens Ve michi sicut iste
nolens vincitur sic et ego Et
plange et inquire dei solacium
quia omnes delinquimus De Thymo
videlicet theo anachorita et fratre

Thymotheus anachorita cuius
negligentiam aliquam fratrem
audiens et interrogavit ipsius abbatem
quid illi faceret Dedit consilium ut
eum expelleret de cenobio Cum
ille expulsus fuisset statim
temptacio venit super Thymo
theum Et cum ploraret in conspectu
dei et diceret peccavi miserere
mei venit vox ad eum dicens
Thymothee ideo temptatus es
venit quia fratrem tuum in tempore

temptacionis despexisti De
quatuor ordinibus quos quidam senex
vidit ex patribus Senex

in extasi positus vidit
quatuor ordines in celo
Et primus quidem ordo erat hominis
infirmi et deo agendo gratias
Secundus vero erat eorum qui hos
pitalitatem sectantur et in hoc
stant et ministrant Tercius vero
illorum qui propter deum obedientiam
tenent solliciti et subditi sunt
patribus Erat autem illis tribus
ordinibus Hic ordo superior qui
obedientiam exhibebat et habebat
torquem auream et maiorem gloriam
preceteris possidebat Dixit
autem senex ei qui sibi hoc in
extasi demonstrabat Quomodo
hic ordo qui minus maiorem ceteris
gloriam habet Ille respondit ei dicens
Quoniam isti alii omnes habent
gloriam requirunt aliquam ad im
plendo quevis bonis operibus
proprias voluntates Hic vero qui
obedientiam percepit omnes volun
tates suas relinquens totus
pendet in patris voluntate
iubentis et ideo maiorem gloriam
preceteris sortitur De fratrum humilitate

videlicet senex dixit et obediencia

Si quis praecipit suo fratri
in imperat cum sermone aliquid
cum timore dei et cum humilitate
sermo ille qui propter deum egreditur
compellit fratrem obedire et
facere quod ei iniunctum est Si autem
iubere quis cupiens non secundum
dei timorem sed propria auctoritate propria
fratri suo voluit imperare videt
deus abscondita cordis et non
illum permittit ut audiat et
faciat Illi preceptum est quia
manifestum est opus dei quod
fit propter deum et manifesta
in hominibus auctoritas Que
enim a deo sunt a principio
humilitatem habent Que autem

operante ad iracundiam vel contri-
bacionem proximi eo veniam sunt

De abbate Silvano et discipulo eius

Abbas Silvanus habebat
discipulum nomine Mar-
cum. Cuius obediencia erat
magna propterea senior diligebat
illum. habebat autem et alios xi
discipulos qui contristabantur pro
eo quod illum plus diligeret. Quod
postquam alii senes audierunt
mesti venerunt ad eum ut ei re-
nunciarent quod fratres qui cum illo
erant contristabantur. [illegible]
illis aliqua sciente ipse cum
illis ad singulorum cellulas
profectus unumquemque nomine
proprio vocavit dicens Egredere frater
quia opus te habeo et nullus
de illis voluit egredi. Venit
autem postea omnes ad cellam Marci.
Et cum pulsasset hostium vocavit
abbas Silvanus eum nomine suo.
Ille autem mox ut audivit vo-
cem senis foras egressus est.
Et ingressus abbas in cellam
Marci qui scriptor erat invenit
quaternionem quem scribebat et
invenit quod in qua hora vo-
catus est litteram o quam scribe-
bat mediam reliquit tantummodo
ut obedientiam adimpleret. Vo-
luit autem postea media parte se-
nis litteram quam ceperat comple-
re. Unus aliorum senum dixit ei In
veritate quem tu diligis et
nos eciam diligimus quia et deus
eum propter suam obedienciam diligit.

De quodam sene et ministro eius

Quidam senex solitarius
habebat quendam ministrantem
sibi manentem in vico. Cum
autem ille tardasset per dies
aliquos et senem necessaria de-
fecissent necnon quod operaretur
haberet neque quod reficeret et
aptius hoc conficeret. Dicit discipulo
suo vis ire in vicum. At ille re-
spondit Quod vis pater facio.
Timebat autem ipse frater accedere
ad vicum propter scandalum sed tamen
ut obediret patri promisit
se iturum. Dicit ei senex Va-
de et confide in deum patrum meorum
quia proteget te ab omni tem-
ptacione. Et facta oracione trans-
misit eum. Cum autem venisset
frater in vicum et requisisset ubi
maneret ille qui se ministra-
bat invenit domum eius.
Cum pulsasset hostium nemo
ex illis inventus est in
domo preter unam filiam ministri.
Que cum aperuisset hostium
et frater causam pro qua venerat eius
requireret et cum eam dubitaret ... tar-
dasset. Illa eum hortatur ingre-
di in domum simul et trahebat
eum. Cum autem ille nollet acqui-
escere illi invaluit et traxit
eum ad se. Cum autem vidisset
ille quod ad peccatum trahebatur
et urgebant eum cogitaciones
ingemuit et clamavit ad deum
dicens Domine propter oraciones eius
qui me misit salva me
in hac hora. Et cum hoc di-
xisset subito inventus est
ad flumine iuxta monasterium
suum. Et reversus est ad patrem
sine macula.

De duobus fratribus

Duo fratres carnales ve-
nerunt in quodam monasterio
habitare et unus eorum
erat religiosus valde et alius
habuit obedienciam grandem. Cumque
abbas preciperet illi fac hoc
et faceret et fac hoc et faceret et hoc
congregacio in monasterio propter talem
obedienciam haberet. Invidit frater eius
ille religiosus et dicit intra

semetipsum. Temptabo adhuc
fratrem meum si habet veram
obedientiam. Et veniens ad abbatem
dixit ei: Transmitte fratrem meum
mecum quia navibus sunt in
quodam loco. Et dimisit eum ab-
bas. Cum hoc cepit proficisci senex
volens temptare eum. Cum
pervenissent ad flumen in
quo erat multitudo cocodril-
lorum, dicit ei: Descende in flu-
men et transi. Et descendit ille
et venerunt cocodrilli et ceperunt
lingere corpus eius et non eum
nocuerunt. Quod cum vidisset
ille, dicit ei: Ascende de flumine
et eamus. Et cum irent invenerunt
corpus mortuum iacens in via.
Et dixit ille religiosus: Si
haberemus aliquid de vestibus ve-
stimentis mitteremus super illum.
Cui frater dixit: Oremus si for-
te suscitet illum deus. Et stan-
tibus illis in oratione suscitatus est
mortuus. Et laudavit se ille
religiosus dicens propter religionem
meam suscitatus est hic mortuus.
Manifestavit autem deus patri
in monasterio cor omnium et quem-
admodum temptavit fratrem
in cocodrillis et quomodo mortuus
surrexit. Et postquam pervenerunt
in monasterium dixit abbas ad
illum religiosum: Quid est quod sic
fecisti fratri tuo? Ecce senex
propter obedientiam eius surrexit
mortuus.

De quodam sene et discipulo eius

Unus ex senibus de Raithi discipu-
lum suum transmisit in egiptum
ut ei camelum adduceret quo
sportellas quas fecerat por-
taret in egiptum. Cum autem
adduceret camelum alter senex
obvius ei: Si scivissem frater
quod ibas in egiptum dixissem
tibi ut et michi alterum ca-
melum adduceres. Quod cum
ille frater proposito abbati dixisset
cum multa caritate dicit
ei senex: Vade fili et duc
camelum ad illum dicens illi
quia parati sumus complere
necessitatem tuam et cum ipso
in egiptum vade tu et iterum
reduc nobis camelum ut
et nostra vasa portemus. Cum
ergo hoc fecisset frater et
venisset ad illum alium
senem dixit: Abbas pater meus
dixit quod nos nondum parati
sumus; tolle et comple ne-
cessitatem tuam. Carricavit
senex camelum ut iret in
egiptum. Cum autem discarricas-
set iterum ille frater reducebat
et dixit: Ora pro me pater.
Cui ergo senex requisisset
quo pergeret, respondit: In Raithi
vado ut etiam nostras spor-
tellas huc ferrem. Quod cum
audisset senex compunctus
cepit penitere lacrimans
et dicens: Indulgete michi
carissimi quia cupiditas
vestra fructum meum abstulit.

De quodam sene et de mira eius caritate

lius senex
cum perfecisset sportellas
suas et misisset etiam reti-
nacula earum audivit vici-
num suum dicentem: Quid fa-
ciam quia nundine prope sunt
et non habeo unde mittam
retinacula in sportellas
meas. Et mox egressus
dissipavit ipsa retinacula

et attulit ad fratrem dicens
Ecce ista superflua habeo
tolle et mitte in sportellas
tuas Et ita pre nimia
caritate fecit ut fratres
opera complerent sua autem
imperfecta reliquit
Abbas Iohannes gra-
caritatis omnium ma-
licia oblitus Cum hic
cum aliquando fratrem mutuas-
set solidum unum ut compararet
linum unde operaretur venit
unus frater petens eum
parum lini ut sibi saccum
conponeret At ille dedit ei
cum gaudio Item alter venit
petens linum dedit illi
et non solum talibus pluribus ve-
nientibus et petentibus dedit
omnibus cum gaudio Post hoc
ille qui solidum mutuaverat
venit repetens eum
At ille dixit Ego vado et
affero tibi Et non habens unde
redderet surrexit et pro-
fectus est ad abbatem Iacob
ut eum peteret quatenus ei red-
deret aliquid mutuaverat
Et dum iret per viam invenit
solidum iacentem et non illud
tetigit sed facta oracione re-
versus est in cellam Et iterum
frater ille repetebat vacationem
sua dicit ei Non inveni
defero illum Et iterum profectus
invenit solidum ubi antea po-
situs erat et facta oracione
reversus est Et ecce iterum venit
frater ille molestans eum pro
solido Tunc senex dixit ei Mo-
dis omnibus vado et affero
illum Et cum profectus fuisset in eodem

loco solidum invenit iacentem et
facta oracione tulit illum Et venit
ad abbatem Iacob et dicit ei
Veniens abba ad te inveni hunc
solidum in via Fac ergo caritatem
et predica in civitate ne quis
perdidit illum Et si inventus
fuerit dominus eius redde illum
Et profectus est senex et per
tres dies predicavit et nemo
inventus est qui perdidisset
illum Tunc ergo ait Iohannes ad
abbatem Iacob Si nemo illum
perdidit reddo illum fratri isti
cui debeo ei et veniens ad
te mutuare aut certe tollere
inveni illum in caritate ut
redderem illi debitum meum Et
miratus est senex quemadmodum
et debens et inveniens non
statim tulit eum et reddiderit
ei nisi bis reversus esset et
tercio predicasset Hoc autem omnibus
mirabile erat quod si quis vo-
lebat ab illo aliquid mu-
tuare non dabat per manus
suas sed dicebat fratri Vade
et quod opus habes tolle
tibi Et cum reportaret iterum
dicebat Vade et repone in
locum unde tulisti Si autem
nichil detulisset nichil
ei penitus loquebatur

De voluntate propria numquam facienda

Abbas Pymen dicebat
fratri suo Voluntatem
tuam numquam adimpleas
sed magis humiliter debet
quis ut faciat voluntatem
proximi sui Item abbas
Pymen quod vocabatur ut co-
mederet post voluntatem
suam ibat plorans ne non

obediret fratri suo et gestaret
cum pdem mactinus volumtate
propria humiliat volumtate servabat et
alterius De tribulacione propter voluntatem

Quidam anachorita sedebat
in spelco iuxta cenobium
multas virtutes faciens
Et cum aliqui monachi venirent
ad cenobium compulerunt eum hora
non consueta comedere et post dicunt
ei fratres Contristatus es ali
quid abba quod hodie contra consue
tudinem fecisti Et nihil ille rendit
Tunc in tribulacione quando propriam fecero
voluntatem Pasimcius compulsus

Abbas pasimcius vinum bibe
non gustabat vinum aliquo
Semel autem deambulans
venit super latrones et cum in via eos
bibentes invenisset cognitus
a principe latronum qui sciebat
quod vinum non biberet sed videns quia
ex labore itineris esset fatigatus
implevit calicem grandem vino
et gladium tenens in manu sua
dixit seni Nisi biberis hunc cali
cem grandem vino occidam te Co
gnoscens senex quod ex mandato dei
vult facere volens eum lucrari tu
lit et bibit Princeps autem latronum
cepit ei dicere Indulge mihi abba
quia contribulavi te Tunc senex
ait Confido in deo meo quia propter
calicem vini faciet tecum misericordiam
et in presenti seculo et in futuro Ego
confido ~~in deo meo~~ quod in domino quod
~~ab~~ ab hodie nemini faciam
malum et pro lucratus est senex
collegiones latronum De frat-
re iuniore et sene commanere volentibus

Erant duo fratres et unus
ex ipsis senex erat qui ro
gabat iuniorem dicens Rogo ut pariter
habitemus Frater ille respondit ei
Ego peccator sum et non potero
mecum habitare Ille vero roga
bat eum dicens Possumus Erat autem
ille senior mundus et nolebat
audire quia monachus habebat
aliquam cogitacionem impuram Et dicit
ei ille iunior permitte quie
scere hac una septimana
et iterum loquimur Cum ergo post
septimanam senex venisset ad
illum ille volens experiri eum
dicit ei In grandem temptacionem
incidi septimana hac abba
profectus enim in via propter ne
cessitatem peccavi Et dicit
ei senex Et vis penitere
Cum autem ille promisisset ait
senex Ego porto tecum medium
peccati illius Tunc frater ille dixit
Modo possumus ambo pariter ma
nere Et manserunt simul usque
ad tempus [illegible] sue Ut quod
tibi non vis alii ne feceris

Quidam senex dicebat Quod
quid horret homo alii
omnino ne faciat Horres
enim si quis tibi calumpniam
fecerit vel aliquid abstulerit
et tu sine hec sive alia huius
similia ne facias alicui Et qui
verbum hoc servaverit potest illi
sufficere ad salutem De abbate
Pymen et Nuph [illegible] [illegible]

Abbas Pymen et abbas
Nuph postquam in desertum
venerunt desiderabat multum circa
eos et sepe veniebat ad eorum
cellam nec tamen illic poterat
contemplari eos Contigit ita
quod tempore contigit illis
cum ad ecclesiam festinarent
quia videret velociter
ostium celle clauserunt Illi autem
stans deforis cum lacrimis
querebat eos Tunc Nuph abbas
egressus ad beatum Pymenem dixit

Kind fecit De hac mat' nra
en pl. ingit ad hostiu Kuo no
apto audiens eam ingit la
mētari dixit ei Cur tantis
clamoribus cū iam etate defessa
sis et planctus effundis Illa
voce filij cognita amplius ex
clamauit dicēs Ut vos vi
dere desiderabam filij Kind enī
ē si vos videro Nonne vestra
sum genitrix Nonne vos hijs
mēis lactaui vberibus nonnulla
rugaro cōtractasum et audita
voce tua omnia viscera mea
p desiderio conturbata sunt Cui
pymen ait hic mauis an in
futuro seculo nos videre desi
deras At illa dixit Kind g°
si vos hic nō videro quō
illic proculdubio visura sum Bene
aut respondente des si hic te
cohibere potuis ne nos vi
deas illic proculdubio nos
videbis Tunc illa discessit cū
gaudio dicēs Si proculdubio
vos illic visura sum h' nolo
vos cōspicere De Johanne iunio
re qui fecit obsequium seni infirmati
Johannes iunior Thebeus
discipulus abbatis Ammonis p
xii annos cuidā seni infir
manti fecit obsequium Et se
nex cū vidisset eū laborantē
nunquā illi sermone placitū
locutus est Cū aut transiret
de corpore sedentibus aliis senibus
tenuit manū eius et ter dicit
ei Salue et tradidit eū senibus
dicēs Iste angelus est qui michi
tot annis infirmati in tantū
bonū sermone a me audiens
fecit obsequiū De abbē Aga
Abbas tho et quodā pegrino
Agathon veniens in
ciuitatē ut opera sua
venderet invenit quendā pegr
inū iacentē et angustia portū in
firmū nullū habentē qui cu
ram adhiberet et p'mansit ibi

senex et conduxit ibi cellā et opa
manuum suarum expendebat in ob
sequium illi infirmo et p'mansit
ibi mensibus quattuor donec sana
ret infirmum et sic ad cellā suā
reuersus est De infirmitate magni
Vidam magnus senis
senex infirmati dixit sa lo
suo dixit Ne contristeris
de infirmitate vel plaga corporis
summa enī religio est ut in in
firmitate quis gratias agat deo
Si ferrū es eruginē per ignē
amittis Si vero aurū es per ignē
probatus a magnis ad minora
procedis Ne amplius enī fr
Si enī dominus te vult in corpore
torquere tu qui sis qui mo
leste feras sustinere Ergo ro
ga ut que ipse vult illa accidat
De eo qui unū annū sanus fuit
Vida senex cū frequenter
infirmaretur et langueret
contigit ut uno anno nulla
egritudo eum contingeret et propterea
flebat et grauiter ferebat dicens
dereliquisti me domine et noluisti
isto anno me visitare
De fratre mortuo qui post tres
vidit senex dū dies risit
moreretur in Scithi et tū
dapset lectū eius fratres
circumposuissent eū atque plangerent
aperuit oculos et risit et ite
similiter risit Cū aut rogarent
eum fratres dicentes Dic nobis
abba cur nobis flentibus ipse
risisti vel risis Videtis quod primo risi
quia timetis mortē omnes
et secundo risi quia nō estis parati
Tertio risi quia de labore vado ad
requiē De abbē pambo et virtutē
Abbas pambo in eius dem
ipsa hora qua exibat iam
de corpore dixit aliis fra
tribus sanctis astantibus sibi
Ex quo veni fratres huc locū here
mi et edificaui michi cellā ...

opera manuum mearum nescio me
panem gustasse nec penituisse super
sermone quem locutus sum usque
ad hanc horam et tamen sic vado
ad deum tanquam sic nunc incipiam
colere eum. *De abbate Agathon tribus diebus apertos oculos tenuit*

Abbas
Agathon cum moreretur
per tres dies oculos apertos
tenuit non eos movens. Fratres
autem tangentes eum dixerunt ei
Ubi es nunc abba. At ille dixit
In conspectu iudicii dei sto. Et di-
cunt ei Numquid et tu times. Qui-
bus ille respondit Certum fuit ad
virtutem meam per desiderium manda-
ta dei mei ut facerem sed homo sum
et nescio utrum placeant opera
mea deo. Cum fratres dixerunt Non
confidis quia opera tua secundum deum
sunt. At ille respondit Non confido
nisi in conspectu dei quia aliud est
iudicium dei et aliud hominum. *De abbate
Sysoio et claritate vultus eius*

Abbati Sisoio cum tempus
dormitionis advenisset
et multi illic alii senes
convenissent viderunt faciem eius
fulgore quodam radiante. Et
dicit eis ipse Ecce abbas Anthonius
venit ad nos. Et post parvum
Ecce et chorus prophetarum. Et iterum
facies eius clariori luce apparuit
est. Et dixit Beati quoque apostoli
affuerunt. Duplicatusque est cum quibus sibi
loqui. Cumque postularent ab eo
patres ut cum quibus loqueretur
diceret. At ille Angeli inquit
venerunt animam meam auferre et
postulo ab illis ut paululum me
pro penitentia agenda sustineant. Dicunt
ei patres Tu iam non indiges
penitentiam agere abba. At ille dixit In
veritate dico vobis quod adhuc nec
principium mee penitentie arripuisse
reminiscor. Ex quo senserunt quia esset
in timore dei perfectus. Tunc in splen-
dore solis eius effigie lucente
dicit ad eos ipse videte videte
quia venit dominus. Hic sermone
reddito spiritum omnibus locus ille
grato odore repletus est

De tristicia Arsenii ex hoc mundo

Beatus Arsenius cum
tempus eius ut migraret
de hoc mundo appropinqua-
ret dicebat ad discipulos suos
Nemo prosequatur caritatem nisi
in sola oblatione. Ego ante si
feci caritatem in memoria illa inve-
niatis aut discipulis eius quasi
iam tempore appropinquante dicit
eis Nondum venit hora mea.
Cum autem venerit non tractetis sed
tamen subito metu iudicium
iudicio ante tribunal christi si
alicui de corpusculo meo aliquid
velut reliquias dederitis. Illis
autem respondentibus Quid faci-
emus quia nescimus hominem
sepelire respondit ille Nun-
quid nescitis funem in pedibus meis
mittere et trahere me in montem. Pal-
pebre autem oculorum eius pre nimio
fletu ceciderunt. Nam omni tempore
vite sue sedens ad opus manuum
in sinu suo habebat propter lacrimas
defluentes ex oculis eius. Cum ergo
moreretur cepit flere. Et cum
fratres illum requisissent dicentes
Quid fles pater Numquid et
tu times. Ille respondit In verita-
te timeo et iste timor qui nunc
mecum est semper in me fuit ex quo
factus sum monachus. Cum autem
audisset abbas Pymen quia migra-
verit dixit Beatus es abba
Arseni quia te planxisti in hoc
seculo. Nam enim hic
non planxerit ille in perpetuum
lugebit. Sive hic enim voluntarie
aut illic pro tormentis
impossibile est hominem non
plangere. *De sancto Anastasio
de turpi muliere*

Eums Anastasius epc
rogavit aliquem abbatem
Pambonem ut iret in Alle-
xandria Et in descendens cum
aliis fratribus cum vidisset aliquas
scenicas dixit ei Surgite et
salutate mechas ut bone
dicamur ab eis frequenter cum isti
cum deo loquuntur et eis corpus scam
e Et cum vidisset mulierem unam
in civitate plorabat graviter
Et requirebant astantes cur
plangeret At senex videns
dixit Due cause lacrimas com-
pulerunt unam quidem perditio illius
mulieris Secunda vero quia ego
tantam curam non habeo placendi
deo quantam hec habet mulier ut hominibus
turpibus placeat De voluntate
E quodam sene De eremita
dicebat quia quod illi
sua cogitatio dicebat di-
mitte hodie et cras penitebis
ipse econtra respondebat Non ita sed
hodie debemus penitere et cras
dei voluntas fiet in nobis De
peccatoribus agnoscendis
Vidam ex patribus de aliquo
referebat epo cognovisse
dixisset duos ex plebe sua
nimie impuritatis adulteros
Rogavit ergo deum ut si ita esset
agnosceret Cum ergo post oblacionem
consecrata unusquisque ad communionem
accederet per singulorum facies
intelligebat animas peccatorum
quorum facies intelligebat et animas
peccatorum ergo facies nigras
inspiciebat ut carbones et
oculos sanguine repletos
Alios vero videbat claram faciem
in vestibus albis indutos Cum
vero corpus domini suscepisset
in quorundam vultibus lumine igneo
vida flamma videbatur Ut autem
cognosceret de illis quod omnia
audierat in commune illis per-
rexit et vidit unum corpus claram
faciem et honorabilem albis
vestibus circumdatum alterum nigrum
et horribilem vultum Et postquam
divini misterii graciam susceperunt
illum lux quedam illustrabat illum
vero aliud quasi flamma succendebat
Orabat quoque epus de singulis que
ei ostensa fuerunt se edoceri Con-
festim angelus domini dixit ad
eum Omnia que de ipsis audisti vera
sunt sed ille unus adhuc in sor-
dibus suis permanet cum voluntate
peccandi ideo illum nigram faciem
flamma succendi vidisti Ille vero
alter similis illi erat sicut audi-
vis sed ideo illam claram faciem illu-
strari vidisti quia recordatur delictorum
que prius gessit et renuncians
illis operibus cum lacrimis et gemitibus
dei misericordiam postulabat promittens
ut si peccata illa ei fuerint dimissa
peccata ulterius ad eadem non redeat ideo
prioribus criminibus remissis ad hanc
graciam quam vidisti pervenit Cum
autem epus de gracia dei miraretur co
quod non solum de tormentis tam turpis
vite eriperet hominem sed eciam tantum
to honore decoraret Respondens
angelus dixit ei Bene miraris
homo enim es Verum dominus natu-
naliter bonus est et hominibus cessan-
tibus a peccatis et penitentibus per con-
fessionem non solum peccata dimittit
sed et honore dignos efficit Sic
enim deus diligit hominem ut uni-
genitum filium suum pro peccatoribus
destinaret et pro ipsis daret ad
mortem Cum quod dum inimici eius
essent mori pro ipsis elegit
Tanto magis dum illius proprii fuit
hic quod scias quod nullum peccatum huius
bonitatem dei vincat si tamen per primam
unusquisque eam quam prius perfecerunt
abolevit mali inventoris enim
deus et infirmitatem humani generis
scit et fortitudinem pugnaium et
dyaboli virtutem vel malicia ...
dentibus hominibus quamdiu in peccato

tanquam filios indulgens sustinet
emendacionem. penitentibus vero
tanquam pater compatitur et more sal-
uatoris peccata eorum in secreto celat
premia tribuit. Audiens vero
hec episcopus miratus est nimis
et glorificabat deum. **De cogitacionibus bonis siue malis**

Paulus simplex hanc
habebat graciam ut ingredien-
tes ecclesiam seniores aspiceret
et ex ipsa facie eorum vniuscuiusque
cogitacionibus seu male essent seu
bene sentiret. Cum venissent in
ecclesiam et ingrederentur seniores vidit
eos clara facie et leta anima in-
gredi et angelos eorum cum gaudio
preter cum ipsis. Vnum autem vidit ni-
grum et nebulosum corpus habentem
et demones hinc ac inde tra-
hentes eum ad se misso freno
in naribus pendente et angelum
sanctum eius de longe sequentem
tristem. Beatus ergo paulus cepit
flere amarissime et pectus suum
tundere sedens ante ecclesiam
propter eum quem talem viderat. Omnes
autem alii seniores videntes eum sic
flere ceperunt rogare eum ut quid
illis vidisset cum eis ingrederetur
in congregacionem et intro sederet
ille noluit ingredi sed foris flebat
propter eum quem sic viderat. Post pau-
lulum autem cum absolucione facta
de congregacione discederent
iterum omnium vultus conspiciebat
si tales egrederentur quales in-
gressi sunt. Et vidit illum quem
ante viderat nigrum et nebulo-
sum egressum de ecclesia clara fa-
cie et candido corpore demones
de longe sequentes eum et sanctum
angelum eius prope eum hylarem

et gaudentem nimis super eum.
Tunc sanctus paulus exurgens
cum gaudio vociferabat bene-
dicens deum ac dicens. O ineffa-
bilis dei bonitas et quanta
misericordia eius est. Et ascendens
in locum altiorem magna voce dice-
bat. Venite et videte quemad-
modum vult omnes homines
saluos fieri et ad agnicionem
veritatis venire. Venite a-
doremus eum dicentes. Quia tu
solus peccata tollere potes. Cum
omnes autem conuenissent expo-
suit eis paulus quod vidisset
antequam ingrederetur ecclesiam et
que postea. Et petebat illum
fratrem quem sic viderat ut ei
manifestaret cogitaciones
suas vel quemadmodum ipsi
commutacionem deus illi donasset.
Ille autem ante omnes cepit
referre dicens. Ego sum homo
peccator et multis temporibus usque
semper fornicacionem gessi. In-
gressus autem nunc ecclesiam dei
audiui verba ysaie prophete tamquam
mihi loquentis. Lauamini mundi
estote et tollite malicias de
animabus vestris ante conspectum
oculorum meorum discite bene
facere querite iudicium. Et si fuerint
peccata vestra tanquam coccinum ve-
lut nix dealbabuntur. Et si vo-
lueritis et audieritis me bona
terre comedetis. Ego igitur
et peccator et fornicator com-
punctus in hoc sermone prophete
et ingemiscens intra pectus
meum dixi ad deum. Domine tu
qui es venisti peccatores salua-
re hec ergo que nunc per prophetam
promisisti opere comple in me
indigno peccatore. Ecce nunc a
modo profiteor tibi ex toto cor-

de meo confiteor tibi quia vlterius hoc malum non faciam sed renuncio omni iniusticie et amodo seruio tibi in sciencia nuda Ab hodie ergo domine et abbas sancti suscipe me penitentem et orantem te et renunciantem omnibus peccatis iniquis et statim apud me seruare omnes iustificaciones tuas Sub hac ergo sponsione egressus sum de castro statuens apud me nichil de peccatis patris vlterius facere Tunc omnes senes conclamauerunt ad deum voce vna dicentes Quam magnificata sunt opera tua domine omnia in sapiencia fecisti **De abbate vsifel**

Abbas vsifel

Dum cum alijs senibus ad abbatem pymenem venisset Quidam conpluentibus senibus attulit infantem cui facies propter contraccionem fuerit depravata et sedens pater eius cum eo foris monasterium plorabat Cum autem quidam senex egressus fuisset foris et interrogasset pro qua re ploraret tunc ille respondit Parens sum istius abbatis pymenis et ob hoc veni ut hunc infantem quem temptacio conterit videret sed timuimus illud vsque nunc huc afferre quia non volt videre nos Et nunc si cognouit quod sum adhuc expellit me hinc Ego autem videns vos patres qui modo ad eum venistis presumpsi venire huc Tunc vis ergo abba misereri mei et tolle infantem huc et fer intus ut oret pro eo Tunc cum senex tulisset et ingressus fuisset in cella sapienter non confestim illi obtulit primo abbati pymeni sed a minoribus fratribus incipiens dicebat eis Signate infantem fratres orate Deinde et per singulos senes post omnes detulit illum ad abbatem pymenem At ille noluit eum contingere Cum autem rogarent eum ut sicut omnes ita ipse oraret ingemuit et surgens orauit dicens Deus sana facturam tuam ne dominetur illi inimicus Et signauit infantem et mox sanus patri est redditus

De egestate et penuria

Interrogatus quidam a patribus si profectum homini est egestas Respondit Magna res est penuria Vnum qui eam sustinet voluntarie tribulacionem quidem habet carnis anime vero sue invenit requiem **De nummis repetendis**

Quidam frater requisiuit senem dicens Si vis habet paucos nummos fratris iubes ut repetam eos Cui senex ait Semel tantummodo illi dic cum humilitate At ille dixit Ecce semel ei dixeram et nichil mihi dedit quid faciam Et senex ait ei vlterius nichil ei dicas At ille dixit Sed non faciam quia non possum vincere cogitaciones meas nisi illi fuero importunus Cui senex Dimitte cogitacionem tuam crepare ne increpando fratrem tuum contristes quia monachus es **De humilitate adipiscenda**

Quidam frater requisiuit senem dicens Quomodo potest humilitas acquiri adipisci Ille respondit Si quis tamen non alterius mala considerans Dicebat autem quia profectus hominis humilitas est Quantoque enim sic homo deposuerit humilitate tanto proficeret ad honorem Sicut enim superbia si ascenderit in celum vsque ad inferos deducit Ita humilitas si descenderit vsque ad infernum tunc exaltatur

usque ad celos De Machario et homine
Abbas Macharius mortuo
dum ambularet per desertum hominem
quendam mortuum proiectum
invenit iacentem Et posito baculo
suo super eum ait In nomine Ihesu
Christi surge Et statim qui iacebat
mortuus surrexit et iactavit
se ad pedes sancti Macharii cepit
proclamare quod ad mortem duce
batur ab angelis sathane ad locum
tormentorum et propter peticionem eius
fuisset ab ethiopibus dimissus Cum
cum interrogaret Macharius in quo
loco fuisset destinatus ille alta
ingemiscens ait Quantum celum
distat a terra tantum ignis est altus
in quo medium eorum missus fui His au
ditis senex lacrimas effudit dicens
Ve dicit illi in quo heu mandata dei
fuit transgressus Quare in pugna
Quidam frater a demonibus
requisivit senem dicens Dic
michi pater cur tam graviter im
pugnamur a demonibus Respondit
senex et ait Quoniam arma nostra
proiecimus a nobis id est pacienciam humilitatem
mansuetudinem atque obedienciam De
abbate Cysoio et dyabolo
Quidam frater interrogavit abbatem
Cysoium dicens Putas abba
quod sic nos modo persequitur
dyabolus sicut antiquos patres Ille
respondit Magis nunc persequitur nos
quia appropinquante per actio tempore
magis angustiatur Nec tantum infimos
quousque dignum appetere quos ubi
voluit cito subvertit sed fortes vi
ros et magnos aggreditur
Quidam de malis cogitacionibus
fratres requisierunt abbatem
Cysoium per quid ita adeptus
esset tantam prudenciam Respondit
eis ille dicens Nunquam dimisi cogi
taciones malas morari in cor
meo que deum provocarent ad iram
De cogitacionibus manifestandis

Silvanus

Abbas Pymen dicebat In
nullo animo sic gaudet inimicus
quo in illo qui non vult cogi
taciones suas manifestare
De ambulacione monachi
Abbas Anthonius dicebat
Si posset fieri quantos pas
sus ambulat monachus
vel quot calices aque bibit in
cella sua debet senioribus declara
re ut non decipiatur in ipsis De vase
Quidam frater dixit mundando
ad senem Scitote abba frequenter
interrogo fratres seniores
ut dicant michi commonicionem pro
salute anime mee et quicquid dixe
runt michi nichil ex ipsis retineo
Erant autem seni duo vasa va
cua Et dicit ei senex Vade et
affer unum ex illis vasis et mit
te aquam et lava illud et effunde
et pone illud mundum in loco suo
Fecit ergo ita frater semel et bis
Et dicit ei senex Quale est vas ipsum
mundius Respondit frater Ubi
aqua mittitur et quod lavi Tunc
senex dicit ei Sic est anima filii
que frequenter audit verba dei quamvis
nichil retineat amplius
que interrogat tamen plus munda
tur quam ille qui nichil requirit
De monacho bona opera perficiente
Quidam senex dixit Si bona
opera perficit monachus inimicus
diabolus locum in eo non inveniens
statim discedit Si autem malum
opus perficit inimicus frequenter
spiritus dei et videns malum opus
non ad eum accedit sed recedit
Si tamen ex toto corde iterum repu
tatus fuerit ex eo reviviscit
De labore monachi faciendo
Quidam senex dixit usque hic
monachus laborare debet
usque possidebat corpus Quan
dum illum semel adeptus fuerit
iam non laborat et punitur tamen
dominus electos suos laborare
ut memores sint tribulacionum
et laboribus suis semetipsos custo

dicant timentes ne tantorum la-
borum amittant. Nam et filios
Israel dominus per desertum quadra-
ginta annis circumduxit ut re-
memorantes tribulacionibus non re-
direnturi retrorsum. **Cur in labo-**

Quidam **patres non accipiant**
frater interrogavit senem **graciam**
dicens: Dic michi pater
quare nunc laborantes in conversacionibus
monachi non accipiunt graciam sicut
antiqui. Cui senex dixit: Tunc
tanta caritas erat ut unus-
quisque proximum suum sursum
traheret. Nunc vero postquam cari-
tas refrigiuit totus mundus
in maligno positus est, singuli
proximos suos ad inferiora
deducunt, ideo graciam non sortimur.

De quodam sene et discipulo eius

Quidam fratres requisierunt se-
nem de patribus abbati ca-
gnoscunt sancti viri qui
venit in eis gracia. Dixit senex
de etiam semper cognoscunt.
Nam cum quidam magni senis dis-
cipulus cum peccasset in aliqua
re iratus senex dixit ei cum
clamore: Vade et morere. Et
statim ille cecidit et defunctus est.
Cumque senex vidisset eum mor-
tuum timor ingens irruit super
eum et cum magna humilitate
oravit rogans deum dicens:
Domine Ihesu resuscita illum et
iam ulterius sine consideratione
tali sermone non loquar. Et
cum hoc dixisset statim surrexit
discipulus eius. **Qui alios**

Abbas Pymen **docet et ipse non facit**
dixit: Homo qui
docet alios et ipse non facit
similis est fonti aque qui om-
nes lavat et omnibus potum prebet,
se autem ipsum non potest lavare sed
in immundiciis et sordibus limoso
Idem dixit: Ve anime tue servare
que lingua tua alios docet. **De**
quodam anachorita qui venit ad senem

Quidam anachorita cum venisset
ad abbatem Pymen suscepit
eum senex cum leticia. Et cum
se alterutrum amplexari voluissent
cepit anachorita de sanctis scrip-
turis et de rebus celestibus conferre.
Tunc senex vertit faciem suam ad
alium fratrem et nullum anachorite
dedit responsum. Ille vero videns
quod non loqueretur cum eo egressus
est tristis et dixit discipulo suo:
Sine causa tanti itineris la-
borem assumpsi ut venirem ad
eum qui mecum dedignatur loqui.
Ingressus autem discipulus ad ab-
batem Pymen dixit: Propter te huc
venit abbas homo iste magnus
tantam gloriam in locis suis habens
et tu non vis loqui cum ipso. Tunc
senex dixit: Ille de superioribus et
de celestibus loquitur. Ego autem
de inferioribus sum et terrena
loqui possum. Si michi locutus fuisset
de passionibus anime forsitan et
ego respondissem illi. Si autem de
celestibus ego me nescire con-
fiteor. Egressus igitur discipulus
dixit ad anachoritam: Senex
iste non libenter vult de altioribus
loqui questionibus, sed si quis ei
de passionibus anime locutus fuerit re-
spondebit illi. At ille compunctus
in hoc sermone ingressus ad senem
dixit ei: Quid faciam abba quia
passiones animi mei dominantur
michi. Tunc senex respexit
eum cum gaudio et dixit ei: Modo
bene venisti pater. Aperi ergo
os meum et imple illud bonis
tuis. Et ex hoc sermone innutritus
anachorita dixit ei: In veritate
bona est hec via. Quietus tenens
et veri. Et agens se in graciis
reversus est in propriam regionem

Vidam De continentia vitandi
senex dixit Si quis tecum
aut de scripturis aut de qua
cumque causa locutus fuerit non con
tendas cum eo verumptamen si bene dicat
consenti ei Si vero male tu dic
illi Tu scis quid loqueris Hec
enim observans in humilitate te
permagno scis et requiem possi
debis Nam si presumis contendas
et vis defendere sermonem tuum
nascitur inde scandalum de qua
cumque ergo causa si observavimus
contentionem nullomodo requiem
possidebis De silencio observando
Vidam fuit interrogatum seni
de libro si presumptum est fratri silere
Respondit senex verumptamen in
terrogaris in omni loco si tacitum
fueris requiem possidebis De bonis
Vidam senex operibus monachi
dicebat Sicut apis vadit
et mel operatur Ita et mo
nachus quocumque pergit si propter
opus dei prodierit dulcedinem
bonorum operum perficere potest
De abbate Mothues et discipulo eius
Abbas Mothues venit
aliquando de loco qui vocatur
Ragathan in partibus Geballonis
Erat autem cum eo discipulus eius
videns autem episcopus loci illius tenens
eum invitum presbiterum fecit Et dum pariter
commorarentur dicit ei episcopus
Indulge mihi abba Scio enim quia
hanc causam nolebas sed ego a
te benedictionem desideravi hoc pre
sumpsi Cui senex dixit Et in
hoc labore non quero dimitti abeo
quia meam et non possum et plus
non sufficio orationes meas
implere Dicit ei episcopus Si
scires eum dignum ordine ego
illum ordinare Respondit abbas
Mothues Siquidem dignus sit
nescio Unum autem scio melior
quidem esse quam me ordinandi
aut illum verumptamen ita perma
serit usque ad finem similiter
ad altare oblacionem perficerit
Sed nunquam accederit unde di
cebat senex Confido in deo
meo non habere grande in
dicium propter ordinationem hanc
quia non presumpsi offerre Vera
ordinatio hec est illorum qui
sine culpa sunt Me autem
bene cognosco De abbate
Vidam Machario
frater beatum Macharium
postulabat ut ei ser
monem diceret per quem salvaretur
Cui senex ait Oportet fugere
homines et sedere in cella
pro peccatis ingiter lamentando
et quod super omnibus virtutibus
est tam lingwam cohercere
quam ventrem De Arsenio
Abbas et vitatione hominum
Arsenius dum adhuc
secularis in palacio
moraretur oravit deum dicens
Domine ostende michi viam
per quam salvari possim Et
audivit vocem dicentem sibi
Arseni fuge homines et
salvaberis Cum quo recessisset
in solitudinem eundem sermonem
orasset rursus audivit
sibi vocem dicentem Arseni
fuge tace quiesce Hec
enim sunt peccatorum similiter Cum
audisset Arsenius Theophilus
episcopus aliquando venisset ali
quid ab eo audire sermonem
edificationis tunc sanctus
Arsenius ait cunctis qui
aderant Si enim dixero cu
stodietis Et cum illi grati
promisissent addidit ille

Ubicumque ergo loco audieritis Arsenium illuc ulterius nullatenus accedatis. Item cum eum vellet archiepiscopus videre misit ad eum nuntium. At ille remandavit ei dicens: Si solus veneris aperiet tibi. Si autem cum pluribus ultra hic non sedebit Arsenius. Quod cum audisset episcopus ceptum iter distulit, ne propter se de loco suo heremita discederet.

De Arsenio et quibusdam fratribus

Quidam fratres duo ex Thebaide linum portantes comparare disposuerunt ad inviam per occasionem videndi Arsenium. Cumque pervenissent ad presbyterum eius nunciat ei discipulus suus. Cui ille ait: Vade fili et susceptis eis obsequium prebe, me autem permitte celum aspicere et dimitte eos redire. Illi faciem meam non videbunt. Cum autem quidam frater ad eundem Arsenium venisset volens eum videre pulsavit ad hostium eius. At ille sperans suum esse discipulum aperuit ei. Sed postquam alterum esse cognovit mox se in terram proiecit in faciem. Illo autem ut resurgeret postulante respondit Arsenius dicens: Non hinc resurgam nisi discesseris. Et per aliquas horas rogatus a fratre non acquievit surgere quousque discederet ille. Rursus quotienscumque autem ipsum beatus Arsenius in ecclesiam cum aliis patribus convenit post columpnam sedebat ne autem ipse alterius vultum aut alter illius faciem inspicere posset.

De quatuor principiis monachorum

Abbas Moyses commonebat fratres dicens: Quatuor sunt monachorum principia observancie: vacandi, abstinendi, meditari, humiliandi semetipsum et angustia paupertatis. Oportet quod monachum ut semper lugeat, semper suorum memor sit peccatorum et omni hora ponat sibi mortem ante oculos suos.

Sancti De ultima generatione

patres aliquando congregati prophetaverunt de ultima generatione. Sed in his unus precipuus nomine Squirion dixit: Nos quidem adhuc mandata dei implemus. Interrogaverunt eum alii patres dicentes: Quid hi qui post nos futuri sunt? At ille respondens dixit: Medietatem forte complebunt preceptorum et iterum requisierunt. Deinde dixerunt patres: Post hos autem qui venient quid facturi sunt? Respondens dixit: Homines generationis illius mandatorum dei opera non habebunt et precepta dei oblivioni tradent. Superhabundabit autem iniquitas et refrigescet caritas multorum. Veniet vero super eos magna temptatio, et qui inventi fuerint in illa temptatione probati et nobis et patribus nostris meliores erunt et feliciores atque probabiliores.

De quodam fratre volente in congregatione manere

Quidam frater abbatem requisivit Agathonem dicens: Volo pater manere in congregatione cum fratribus. Dic mihi quomodo habitem

cum ipsis. Videns senex dixit: Ab-
sconsa est ab hominibus ut quilibet primo
die ingrediatur tibi decem per-
agat reliquos cum humilitate.

De fuga Pymen et aliorum septem

Quodam tempore cum fratrum
mazices supervenientes in
Scythi multos ex patribus
interfecissent Abbas Pymen
cum alio abbate seniore sibi
nomine Anub et cum aliis presbyteris
septem fugiens inde venit in
locum qui dicitur Tenerittudinis
et invenit ibi templum quoddam
desertum. Manserunt ibi in eo
septem diebus pariter donec cognoscerent
ubi mansuri essent in egipto
unusquisque. Dicit ergo eis
abbas Anub qui erat senior:
Septimana hac unusquisque
requiescat apud se et alter-
non loquatur cum altero. Cum
autem se fecerint erat in templo
illo statua cuiusdam ydoli.
Abbas quoque surgens mane
lapidabat eam et vespere ve-
niens dicebat ad eam: peccavi
indulge michi. Et per totam
septimanam similiter fecit. Die
autem sabbati cum pariter convenissent
dicit ei abba Pymen: Quid
voluisti hac tota facere sep-
timana ut homo fidelis y-
dolo diceres: Indulge michi? Dicit
eis senex: hoc ego propter vos
feci. Dicite michi: Numquid quando
hoc ydolum lapidabam locutum
est aut iratum? Et indulgentiam
iterum cum petebam, numquid ex-
altavit se aut gloriatum est?
Cui abbas Pymen dixit:
Non utique. Tunc senex dixit:
Fratres, nos ecce sumus septem.
Si vultis ergo ut pariter ma-
neamus, sit ydolum istud nobis
in exemplum, ut neque iniuria
aliquis irascatur, nec quando
ab eo venia petitur glorietur
aut extollatur. Qui autem
ita non vult, unusquisque
ubi vult pergat. At illi pro-
icientes se in terram promi-
serunt se ita facturos et per-
manserunt multos annos
cum multa humilitate et
abstinentia. Una hora vero
dormiebant in nocte,
et qua hora psallebant et qua
operabantur. Die vero usque
ad horam sextam operabantur,
deinde vero usque ad nonam le-
gebant, findebant folia
palmarum. Et post hoc victum
sibi preparabant colligentes
de quibusdam herbis terre.

Item de aliis septem fratribus

Fuerunt alii septem
viri probatissimi qui
in ea heremo que
Sarracenis est contigua
habitabant, cellulis quidem
haut longe a se divisis
in medio civitatis Cormapi,
quorum primus vocabatur Petrus,
alius Stephanus, tertius
Iohannes, quartus Georgius,
quintus Theodorus, sextus
Felix, septimus Laurentius. Hii
in sterili ac vastissima
solitudine et pene hominibus
inhabitabili commorantes
semel sibi in septimana vi-
dendo se prebebant. Sabba-
torum namque die hora diei no-
na conveniebant singuli

de locis suis ad locum sibi con-
dictum deferens unusquisque
si quid invenire poterat
Et unus quidem deferebat
nuces alius lactucas
alius dactilos plus ficus
alius herbas esibiles ut
lapsanam pastinacas ca-
ristus et petrosilla. Iste
quippe erat precipuus eorum
victus Panem namque raro
vel potum contra usum habebat
tamen super dictis herbis et
pomis sustentabantur. Vesti-
mentum eorum palma praebebat
solummodo Aqua in illis locis
minime inveniebatur neque
enim aliud potabant quam conve-
tus mane ac discurrentes
per diversas herbas colligentes
rorem qui affluentissime
ibi cadebat et inde tantummodo
bibebant Cum ergo ut dixi omnes
in unum locum convenirent
agentes deo gratias sume-
bant cibum Post refectionem
vero usque ad vesperam sedentes
meditabantur de scripturis
sanctorum Nemo enim discurrebat
inter eos secularis fabula
Non cura seculi Non terre-
narum actio verum sed solummodo
regni celestis desiderabilis
commemoratio futurum beati-
tudo gloria iustorum pena
peccatorum sanctorumque omnium
requies qui iam inter
bris paradisi sedes locati
hec commemorantes suspira-
bant ex imo pectore et
flebant uberrime Cum ergo
per totam noctem vigiles perma-
nerent et celebrantes domino

laudes Dic domino homini-
na loquendi secum et videndi se-
cretum cupiebat Redibant
enim unusquisque ad cellam suam
in qua solus soli deo diebus ac
noctibus vacabat Contigit igitur
studiis eos positos sarraceni
late per heremum discurrentes
reperierunt et irruentes super
eos de heremo eiecerunt atque
ligantes eos pedibus suspen-
derunt multisque iniuriis af-
fectos ad extremum fumum sub-
tus eos de herbis amarissimis
congesserunt ubi incredibili-
ter cruciati lumina oculorum ex
amaritudine fumi amise-
runt Et post hec multis tormentis
eos affligentes semivivos re-
liquerunt ex quibus unum nomine
in quodam loco plurimum postea
supervixisse tempus Ceteri vero
ubi sint devoluti penitus
ignoramus De caritate hunda
Rogavit quidam frater abbatem
pymen dicens Quid est quod
dominus dicit Nemo hac cari-
tate maiorem habet quam ut
animam suam ponat pro amicis
suis Quid fit hac Respondit
senex Siquis audit verbum
malum a proximo suo et cum
possit ipse similia responde-
re pugnat tamen in corde suo portare
laborem et vim sibi facit ne for-
te respondeat malum et contristet
illum et sic talis animam suam pro
amico suo ponit De temptacione
Vidi frater adhuc in missa
requisivit senem dicens
Quid facit homo in omni
temptatione veniente super se
et immissa ab inimico Respondit
senex Debet plangere deus in
conspectu bonitatis dei ut suc-
currens auxilietur ei

De ordine racionum cogitacionum
Vidit senex dixit Si non
recordatur homo actus
suos in ordine inmunda
bunt cum orat. Qui enim volun
tate peccandi quibus diminxit
et ambulat in timore dei istum
mox cum gaudio suscipit deus
De fratre tepido et succenso
Vidit senex dixit Sicut
ad succensam ollam musce
non appropinquant, si tepi
da non fuerit insident in ea et
faciunt vermes Ita et mona
chum succensum igne divini
spiritus fugiunt demones tepi
dum vero illudunt et persequuntur. De
abbate Silvano in extasi posito
Abbas Silvanus dum
sederet in palatio factus
in extasi pendebat in fa
ciem suam et post aliquot horas
surgens plangebat vehe
menter. Instans autem discipulus
eius dixit ei Pater quid habes pater
At ille tacens plangebat
Cum autem compelleret eum disci
pulus ut diceret ei quid ha
beret nolens compulsus
dixit Ego ad iudicium raptus
sum fili et vidi multos de
habitu nostro monachili euntes
in suppliciis et multos laicorum
euntes in celorum regnum Et
hoc dicens lugebat graviter
Quam frequenter mors sit cogitanda
Vidit senex dixit fratri
Omni die vicinam tibi
mortem cogita tamquam
inclusus in monumento nichil
de seculo curans Timor domini
permaneat in te omni hora
Crede te inferiorem esse omnibus

hominibus Non detrahas ali
cui quia deus cognoscit omnia
Sed esto pacificus cum omnibus
et dabit tibi dominus requiem
Quomodo sit orandum
Vnde quidam fratres beatum
Macharium requisierunt
quemadmodum orarent
Respondit illis dicens Non sunt
necessaria fieri supplicia ver
ba sed extendere tantum manus
ac dicere Deus quemadmodum sicut
tibi placuerit sic fiat Si autem
pugna aut temptacio super
venerit dicendum est Deus
adiuva nobis Ipse enim
novit quod nobis expedit
De monacho et cogitacione
Abbas Iohannes di
cebat Similis esse
debet monachus homini
sedenti sub arbore qui re
spiciens feras diversas et
serpentes venientes super
se cum non potuerit eis resi
stere fugiat per arborem
ad summum et salvabitur Item
dixit similis esse monachus
debet homini ad sinistram ignem
ad dexteram aquam habenti
Quociens enim succensus fuerit
ignis tollit de aqua et ex
tinguit illud Sic oportet
monachum facere omni hora
ut quandocumque turpis cogi
tacio succensa fuerit ab inimicis
tunc aquam oracionis effundat
et extinguat illam De beato
Abbas Arsenio abbate
Daniel de beato Arsenio
referebat eo quod sub
batho die vespere sole relin
quente post dorsum suum di
mittebat in oriente per

sistens extendens quoque manus
ad celum non desistebat orare nisi
cum sequenti die sol iterum oculos
eius surgens impressisset Ceteras
autem noctes pervigiles ducebat
et circa diluculum cum vellet pro
pro nature fragilitate quiescere
dicebat sompno Veni male
serve et mox claudens oculos
et quiescens surripiebat
parum somnum sedendo constanti
compungebat hic ipse Arsenius
totum vite sue tempus sedens
ad opus manuum pannum ha
bebat in sinu propter lacrimas
que ob desiderium eterne vite
crebro currebant ex oculis eius

De abbate zenone in via errati

Abbas zenon dum esset
in Sethi egressus est
nocte de cella sua ut
deambularet per heremum Et
factum est cum longinquius procederet
erravit tres dies noctibusque
ambulans et cecidit fatigatus
usque ad mortem Et ecce astitit
ante eum infans habens in manu
panem et dicit ei Surge et co
mede At ille existimans orat
Putavit enim fantasma esse
Cui infans dixit Bene fe
cisti quod orasti Modo surge et
comede Cum abbas non acciperet
et secundo et tertio oravit Et cum
ille laudaret quod oraret iam
tunc surrexit et comedit
Post hoc dicit ei infans
Quantum plus ambulasti tan
tum longe es a cella tua sed
surge et sequere me et mox
inventus est ante cellam
suam Dicit ei senex Ingredere
cellam et fac orationem Et ingres
so sene cellam suam ille non
apparuit Quod sine inter
Nostri missione orandum
fratres cum ad abbatem
lucium advenissent
requisivit senex ab eis Quid
soletis manibus vestris operari
At illi dixerunt Nos nichil
manibus operamur sed secundum quod dicit
apostolus sine intermissione oramus
Dicit eis senex ait Non manducatis
At illi professi sunt se
manducare Et dicit eis Cum
ergo comeditis quis pro vobis
orat At illi conticuerunt Et
iterum requisivit eos dicens
Nunquid et non dormitis Cumque
illi se dormire dixissent dicit
eis Cum dormitis quis pro
vobis orat Et non invenerunt
quid responderent ei Tunc dicit
eis Indulgete quia vos non
facitis sicut dicitis Ego autem
dico vobis quemadmodum meis
manibus operans sine cessatione
oro Sedeo deinde usque ad ho
ram constitutam et paucorum palmarum
folia infundo et facio ex inde
funiculos et interim oro dicens
Miserere mei deus Cumque
complevero opera manuum et fe
cero aliqua vasa de paucis
funiculis et emero ex eis mi
nores denarios ex ipsis duos do pau
peribus et reliquum comedo Et
quando comedo aut dormio tunc
illi sine cessatione propter
me adimplent orationem meam
Abbas De abbate Machario
Macharius dum semel
de Sethi portaret spor
tellas quas texuerat gravi
de huius vie labore defessus
resedit et dixit Deus tu scis
quia non valeo amplius ambu
lare et mox inventus est ad
flumen unde adhuc multum
aberat invallis De abbate
Abbas Ammone et bestia
Ammon veniens in
deserto ad locum volens haurire

aqua vidit basiliscum et iactavit
se in faciem suam dicens Domine nunc ego
morior qui sumpsi de ista bestia
Mox basiliscus per virtutem dei dis-
sipatus est. Quod deus ubique sit

Abbatis Besarionis dis-
cipulus nomine Dulas dixit
quadam die cum ipso pariter iux-
ta littus maris ambularet con-
tigit eum multum sitire et dixit Sem-
per sitis me maceriat pater. At beatus
Besarion facta oratione iussit
eum aquam de mari tollere et bibere
Quod cum fecisset et dulcissimam
aquam reperisset vasculum quod
secum portabat implevit. Quod
cum vidisset abbas Besarion di-
xit ad eum Quare implesti vas
aqua fili. At ille dixit Indulge
mihi pater timeo ne forte ut ante
sitiam. Cui senex ait Indulgeat
tibi dominus fili quia et ubique deus
est et potest dulcem aquam tibi prestare

De quodam fratre et matre eius

Quidam volens discedere in
solitudinem a matre separari
prohibebatur. Ille vero dicebat
matri sue Permitte me mater
salvare volo animam meam. Cum autem
non potuisset retinere eum mater
dimisit eum. Ille vero veniens
in solitudinem per negligentiam omnem
vitam suam consumebat. Contigit
autem ut moreretur mater eius
Et post tempus aliquod factus est
ipse egrotus et raptus in extasi
ad iudicium invenit matrem suam
cum hiis qui iudicabantur. Illa autem
cum vidisset eum obstupuit dicens
Quid est hoc fili et tu in hoc loco
deductus es ad condempnandum et
ubi sunt illa verba que solebas
dicere Salvare volo animam meam
Erubescens autem ille in verbis que
audiebat stabat nichil loquens
Et ecce facta voce ut hunc re-
verteretur tamquam alto commendo

ipso fratre transire revertus
ad se omnia que cognoverat quasi
audientibus assistentibus referebat
ad confirmacionem sane verborum
suorum rogavit ut aliquis ex
assistentibus iret in monasterium et
videret si transisset frater
eiusdem nominis de quo audierat
Qui in profectus invenit ita
Ipse vero postquam sanus effectus
est reclusit se et sedit cogi-
tans de salute anime et penitens
et lacrimans super hiis que fecerat
prius per negligentiam. Tanta
autem erat compunctus ut multi
cum rogarent paululum quiesce-
re ne forsitan nocere aliquid
pateretur sed incessanter flebat
Ille vero nolebat dicens Si matris
mee improperium non portavi
quemadmodum portabo coram christo et an-
gelis eius in die iudicii aut
~~improperia~~ improperia aut tor-
menta portabo. De quodam fra-
tre et sorore eius meretrice

Quidam frater sedebat in cella in
humilitate magna perspicuus
habens sororem in civitate
meretricem que multas animas perdiderat
fuerat. Frequenter autem monebant
senes illum fratrem et vix potuit
ei persuadere ut veniret ad
eam quatinus per admonicionem suam
posset peccatum quod per eam fie-
bat vincere. Dum autem veniret
ad locum quidam cognotus videns
eum precessit et nunciat mulieri
dicens Ecce frater tuus venit
ad te de heremo. Illa autem hec
audiens pre gaudio relictis
amatoribus suis quibus ministra-
bat capite discooperto ad occur-
rendum fratri egressa est. Et cum vi-
disset eum temptavit illum
complecti. Dicit ei ille Soror
mea carissima parce anime
tue quia propter te multi pereunt
Conpungere igitur habebis tormen-
ta parata nisi cito peniteas

festinus. Illa contremiscens dicit ad eum: Et scis frater quia est mihi salus amodo? Cui ille: Etiam, si volueris, est tibi salus. Ad hec illa ante iaciens se ad pedes eius petebat ut eam secum duceret in desertum. Cui frater dixit: Vade et cooperi caput tuum et sequere me. Cui illa respondit: Eamus velociter. Oportet enim me deformari et inter homines nudo capite ambulare quam in officinam peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularent, monebat eam frater ad penitentiam. Videns autem ille quosdam fratres obviam venire sibi, dicit ad eam: Quoniam non omnes sciunt quia soror mea es, parum de via secede donec isti transeant. Et cum fecisset, postquam transierant illi, vocavit eam frater simul dicens: Veni soror mea, eamus viam nostram. Illa autem non respondit ei. Requirens quod ille invenit eam mortuam et vestigia eius plena sanguine. Erat enim discalciata. Tunc ille flens et ululans nunciavit senioribus omnia que facta fuerant. At illi contendebant inter se de salvatione eius. Manifestavit autem deus uni senum de ipsa dicens: Pro nulla illi cura fuit de rebus corporalibus, sed ut vulnus suum sanaret neglexit omnia sua et suspiravit graviter et flevit pro peccatis suis. Propterea suscepit deus penitentiam eius.

De spiritualibus oculis et carnalibus

[illegible] beatus Anthonius cum sancto Anastasio Allexandrine episcopo propter confutandos hereticos in urbem esset adductus, venit ad eum Didimus vir eruditissimus captus oculis. Cumque multa de scripturis loquerentur inter ceteras sermocinationes quas de sanctis voluminibus habebant, cum Anthonius eius admiratus ingenium, acumen animi collaudaret, sciscitatus ait ad eum: Num tristis es quod oculis carnis cares? Et cum ille pudore reticeret, secundo tertio quoque interrogans eum tandem elicuit ut merorem animi simpliciter fateretur. Cui Anthonius ait: Miror prudentem virum eius rei dolore dampno quam formice et culices habent, et non potius letari illius possessione quam sancti apostoli et sancti meruerunt. Melius est enim multo spiritu videre quam carne, et illos oculos possidere in quos festuca peccati non possit incidere, quam illos qui solo visu per concupiscentiam possunt homines in interitum iehenne mittere.

De eo quod solidos reliquit

Unus frater in Nitria parcior magis quam avarus et nesciens triginta argenteis dominum Ihesum venundatum, centum solidos quos lina texendo collegerat moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium. Nam in eodem loco circiter quinque milia erant diversis cellulis. Quid facto opus esset: alii pauperibus distribuendos esse dicebant, alii dandos ecclesie, nonnulli parentibus remittendos. Macharius vero et Pambo et Ysidorus et ceteri seniores patres sancto in eis loquente spiritu decreverunt infodiendos esse cum domino suo dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quispiam factum putet. Tantus terror ac pavor per totam Egiptum cunctos monachos invasit ut unum solidum dimisisse apud eos grande esset crimen.

De eo qui non poterit carni resistere

Fuit quidam grecus adolescens in Egipto in cenobio quem nulla continentie, nulla operis magnitudine flammam carnis poterat extinguere. Cuius ad patrem monasterii cum temptatio prolata fuisset, hac ille arte eum servavit. Imperavit cuidam viro gravi atque severo ut

virgis atqz conviciis impetiuit adolescentem. Et post irrogatam iniuriam primus veniret ad querimoniam. Cuius sibi imputari fecit insuper vocatis testibus p eo loquerentur qui contumeliam fecerant adolescenti. Ille cepit flere continue. Cotidie gemitus. Cotidie lacrime fluebant. Sedebat solus qui amaritudine repletus erat omniqz auxilio destitut⁹ ad Thesi. pedes iacebat. Quid ultra. ita totus annus ductus est. Quo completo interrogatus adolescens sup cogitacoibz pristinis an adhuc molestie aliqd sustineret. Vulens dixit pape vivere non licet quemadmodum fornicari libet. Ita prolixa arte spirituali arte peruincente adolescens superata libidine saluatus est.

Incipit tractatus de vita sci Nonni

[M]agnas semp domino referre debem⁹ gras qui non vult perire peccatores in morte sed omnes p penitentiam conuersi cupit ad vitam. Audite h⁹ miraculum qd gestum e in diebus nris. Visum e michi peccatori Iacobo scribere vobis frib⁹ sctis ut audiendo vl legendo credentes et animabz vris maxim⁹ conpliciter auxilium acquiratis. Misericors enim dominus qui nullum vult hominem in hac mortali vita perire statuit hoc sclo ut per penitentiam delicta deleantur qr in futuro in scdo iudicium est in quo recipiet unusquisque scdm opera sua. Nunc ergo sermonem ui pbete z intuemini me cum omni diligencia cordis qr relacio conpunctione sat uberrima plena est.

De sco Nonno epo

[V]enerabilis Antiochene Civitatis Epus p quadam causam vocavit ad se quosdam impti se commanentes epos et convenerunt octo inter quos fuit et sanctus dei Nonnus nomine epus me⁹ vir venerabilis et qui verax tenax qui propt inconparabilem vitam castissima conuersacione ex monacho in Tebennensi monasterio ecce ymorante ordinatus est ~~ore~~ pontifex. Conuenientibus h⁹ epis iussit Civitatis Antistes ut hospicium acciperent in basilica beati martiris Iuliani. Una vero sabbati descendentibus epis de mansionibus suis ante fores eiusdem basilice consederunt cum super memorato venerabili Nonno quem attencius obsecrabant ut ab eo verbum edificacois audirent. Qui mox aperiens labia cepit p spm scm proloqui que ad salutem audiencium ptinebant. Et ecce cunctis admirantibz z stupentibz de predicacoe sermonis eius z spiritus transibat quedam mimarum prima Antiochene civitatis que vulgo origistria vocatur sedens super asinam cum ingenti fama sua ornamentorum ut nichil aliud super eam nisi aurum videretur z margarite z lapides preciosi. Nuda cui multi pueros z puellas precedebat et subsequebatur quorum erat habitus valde comptus. Erat enim vestibus preclaris induti et torques ex auro circa collo circumdederant. Ex contemplacione h⁹ eius nulla sacietate amatores sui omnino capiebant. Nam quocumqz transibat vniuersum aerem odore musci ceterorumqz replebat aromatum. Quam videntes epi cum tanta pompa z impudencia ptire non honore dei z pontificum ipsam descendere qr ap eis gravissimis suspiriis auertunt. Beatus vero

Nonnus episcopus cum eam diutius et studiosius inspiceret postquam preterierunt declinans faciem suam posuit super genua sua et lacrimis tam manuale quod tenebat in manibus quam sinum suum implevit atque ex intimo corde trahens suspiria dixit ad coepiscopos. Numquid vos non estis delectati tanta pulcritudine istius mulieris? Ipsi vero tacuerunt. Ille autem iterum faciem suam super genua sua inclinans validissime suspirans pectus quoque suum percuciens cilicium suum quo erat indutus lacrimis irrigabat ac deinde secundo ait coepiscopis. Vere non estis de decore istius mulieris delectati? Illis nichil respondentibus ait ipse. Vere delectatus sum valde mihi placuit pulcritudo. In veritate namque dico vobis quia hec ac placitura est nobis deus constituturus ante conspectum tremende sedis dei ut nos et ministerium iudicet presbiterii. Quantas putatis pessimi moras horarum intra suum consumpsit cubiculum abluens et stringens se unguentibus diversis liniens ad spectaculum diligenter ornans ut pretio solo placeat hominibus desiderabilis videri et ne aliquis suorum amatorum turpis appareat qui hodie viderit esse et cras plerumque non compareat. Nos vero habentes in celis eternum patrem in celis iugiter permanentem et sponsum immortalem dominantem semper fruentibus prophetis dominum celis que estima vel multitudine possunt quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Et quid dicam habentes talem promissionem ut celestis sponsi faciem videamus quam cherubin et seraphin non audent omnino respicere. Nos non ornamus neque detergimus immundicias miseris animabus nostris sed in immundicie nos tradentes iacemus. Et hii qui pro ceterorum exemplo in virtutum tramite prefecimus debemus stare. His ita dictis incubuit ex modo super manum suam atque in choro confestim intravimus. Statimque procumbens super pavimentum faciem suam feriebat terram et solum omnem lacrimis rigavit dicens. Altissime deus ignosce mihi peccatori quia unius diei meretricis ornatus totius vite mee superavit industrie ornamentum. Quo vultu te conspiciam domine vel quibus verbis me coram tuis conspectibus excusabo. Non enim pectoris abscondita coram te qui secreta conspicis. Non peccatori quia sancto altari tuo indignus assistens nullos iniocta voluntate tua ornatus meos exhibui. Sed tu domine miserator et misericors qui creasti cuncta ex nichilo qui me quamvis immeritum formasti et statuisti digne tibi servire ne repellas me a celesti tuo sacrario ne me confundat unius meretricis ornatus ante conspectum tremende maiestatis tue quia illa perituris et caducis se summo studio decorat. Ego vero etiam immundis domino placere proposui et per meam negligenciam non implevi. Ego quoque tamen iterum qui in celo destitutum et nudum me esse video quia mandatorum tuorum non custodivi precepta. Illa vero que cuique promisit hominibus cum omni alacritate perficit. Ego quoque non spem salutis in operibus meis sed animam meam in sola pietate tua ut a me peccatore suspirii et in multitudine misericordie tue confidit ut eam salvam facias. Hanc autem illo crebrius dicente et fortiter eiulante diebus illucescente

bat dominus. Post nocturnas quoque orationes ait ad me: Frater Jacobe, sompnium vidi et valde conturbor, quia non queo quid sibi velit omnino discernere. Et ait: Videbam me ad cornu altaris assistere, et columba plena nigro colore et sordibus circumvolitabat in circuitu, fetorem sordium non poteram sustinere. Illa non desistebat circumvolitans donec oratio pontificis dimitteret cathecuminos. At ubi dyaconus ex more cathecuminos discedere precepit, nusquam omnino intra ecclesiam comparuit. Post completas vero missas foras limen subito eadem columba sordibus plena pervenit et michi sicut paulo ante advolavit. Ego vero extendens manum apprehendi eam et ieci in cantarum quod in atrium stabat ecclesie. Et mox continuo in aqua omnes sordes quibus lorica(?) deposuit atque exinde velut nix munda et candida ascendit tantum quod in altitudinem aeris volatu perexit quantum oculi mei prospicere non poterant. Hec quoque cum dixisset sanctus Nonnus episcopus, tenuit manum meam et ad ecclesiam cum aliis episcopis venimus. Cumque salutassent episcopum civitatis, ad celebrandas missas simul cum eodem processerunt. Et post sancti evangelii lectionem precepit episcopus civitatis sancto Nonno ut verbum exhortationis populo predicaret. Qui mox consurgens cepit predicare gratiam que in eo erat ad edificationem ecclesie copiosius predicare. Nichil in eo rethoricorum, nichil literarum, nichil humane versutie doctrine neque resonabat, sed repletus spiritu sancto corrigebat errantes, futurum iudicium commemorans, et labentes animos spe benigne con-

fortans. Cuius monitis ita sunt populorum corda compuncta ut pavimentum ecclesie lacrimis inundaret. Providentia itaque divina contigit ut illa meretrix de qua nobis est sermo ibi esset. Erat namque cathecumina et numquam ad ecclesiam venerat peccatorum multitudine aggravata. Sed tunc voluntate dei affuit et ita domini timore compuncta ut numquam ab oculis eius fluerent flumina lacrimarum. Tunc eadem duobus pueris suis precepit ut sustinerent et agnoscerent ubi hospitaretur episcopus noster. Quod ita factum est. Subsecuti enim sunt nos et viderunt ubi manebamus, intimaverunt domine sue. Et ilico confestim scripsit per ceras deprecatoria hec continentia: Sancto Nonno deo discipulo Christi peccatrix Pelagia discipula dyaboli. Auditu comperi de deo tuo quod celos inclinavit et descendit ad terras non propter iustos sed ut peccatores per medicinam sanaret, et tantum accubitus publicanis et in peccatis appropinquavit atque hic quem cherubin et seraphin non audent respicere cum peccatoribus non dedignatus est conversari, sicut et tu venerabilis pater predicas. Si ergo vere Christi domini probaris esse discipulus, ne me despicias sed suscipe me salvari cupientem. Tunc sanctus episcopus ad ista sic rescripsit: Quecumque es deo nostro manifesta es. Noli tamen me temptare ut humilitatem meam omnino non temptes quia sum homo peccator. Si autem salvari in veritate desideras et me videre, depositis inter alios episcopis me videbis. Nam solum me videre non poteris. Tunc cum hec legisset, cum ingenti gaudio concita venit ad ba-

siliceo ubi hospitium habebamus
et penitens de suo iniciavit
adventu. Sanctus autem Nonnus
hec audiens rogavit ad se omnes
episcopos convenire, suggerente precam
iussit eam ingredi. Que cum
intrasset, prostravit se super
pavimentum et apprehendens
pedes sancti Nonni vehementer
eiulabat capitique suo pul-
verem iaciens fletu pedes
rigabat et capillis tergebat
clamans et dicens: Miserere
mei domine peccatrici, mitte
dominum ac doctorem tuum Christum
et effunde super me misericordiam
suam, sic me protinus christianiza.
Ego sum zabulonis abyssus
exundans fluctibus peccatorum.
Ego enim sum pelagia pelagus
iniquitatis. Ego sum vorago
et laqueus animarum. Ego sum
delectatione mortifera volu-
ptatibus multos decepta decepi.
Nunc nunc cuncta perhorrui
et de tantis malis penitens
obsecro baptizari ut peccata
dimittantur, autem omnes carnis
mee sordes atque immundicie
mee deleantur. Credo namque
quod baptismo sanctificacionis
renata deceptoris mei demo-
manus effugiam. Episcopi vero
qui aderant omnesque nos
clerici circumstantes cepimus
admirari videntes subito
tantam conversionem meretricis
et fidem tantusque lacrimas
fundebat nemo unquam
aliquem vidisse meminerat.
Cui hec episcopus Nonnus vix
a suis pedibus surgere persuasit.
Canones continere non debe-
re meretricem ante baptizari
nisi fideiussores inde dederit
se deinceps pravis actibus
non involvi. Que cum acceperis-
set tale responsum, iterum se
proiecit in terram et flens atque
eiulans clamabat dicens: Racionem
reddes pro anima mea et tibi reddet
futurorum meorum iniquitates si me
baptizare distuleris. Inimicus namque
nunc per hanc ~~manum~~ manum hostilitate
que volo effugere prius me iterum
iterum iniquitatis irretire. Ego enim
fui nequam et tu pastor hominis inter
minus scapula. Rogo quod te si renuas
cum sanctis portionem apud deum
ne differas anime mee salutem
ne forsan ille singularis spacium
fortasse reperiat quo me malis
actibus iam pridem quibus eram
involuat. Oro quesso ut me
lavacro regenerationis hodie mun-
dam efficias et oblacionem pro me deo
offeras. Hec audientes cuncti
qui aderamus glorificavimus deum
videntes mulierem meretricem tanti
desiderio salutis ardere. Confe-
stim ergo sanctus Nonnus episcopus
me peccatorem et promptu dyaconem
suum direxit ad episcopum civitatis
ut ei cuncta que gesta fuerant
intimaremus et unum de suis dya-
conibus ipsi transmitteret. Quam
cum venisse intimavi episcopo que
fuerat acta. Qui magno re-
pletus gaudio statim mandavit
venerabili episcopo Nonno dicens: bene
pater sanctissime tibi manebat
opus hoc te decebat ecclesie
sancte tales fructus acquirere.
Sanctus ergo sermo dei est sic mo-
netur. Si feceris inquit gloriosum
et indigno quod est meum eius.
Iussit quoque venire mecum
venerabilem Romanam abba-
tissam. Cumque venisset reperit
pelagiam adhuc iacentem ad
pedes Nonni episcopi et amare de-
flentem. Quam cum levasset dixit
ei: Surge filia et omnia dicta
te per exorcismum preparo baptismum
divina ministeria complear. Que
cum surrexisset dixit ei episcopus:
Confitere cuncta peccata tua.
Cui illa respondit: Si diligenter

conspiciat conscientiam meam non ve
stigium quidem in me virginum bonorum
operum invenio. Peccata vero peccata
mea super numerum arene maris
excedunt et pondere graviora
sunt. Confido tamen in domino
quia per miserationes eius me ab
iniquitatum meorum onere liberabit. Ab
luant et auctores criminum in
dulgentiam prestent. Et episcopus
ad eam dic inquit quod est nomen
tuum. Et illa: A nativitate quidem
pelagia mihi est nomen. Vnde parentes
civitatis Antiochene margari
tam me vocabant propter pompam
ornamentorum quibus me ad scelera
mea dyabolus adornabat ut per me
conventicula sua efficeret. Episcopus
vero: Pelagia inquit vocaris?
Et illa: Etiam domine. Tunc episcopus
exorcizans baptizavit eam
in nomine patris et filii et spiritus sancti
tradens ei communionem corporis
et sanguinis domini nostri Jhesu
Christi in vitam eternam. Effecta est autem
mater eius in baptismo Romana
abbatissa. Tunc vero ait ad me
sanctus episcopus: Frater et celebre
letemur hodie cum angelis dei et
oleum percipiamus et vinum spiritualis
gaudio propter huius puelle salu
tem. Percipientibus ergo nobis cibum
ecce apparuit dyabolus qui in duas
manus habens super caput in
crepitas et ita vociferabatur dicens:
O violencia o quid patior ab
hoc sene decrepito. Vae non suffi
ciebant Heliopolis civitatis
que quondam mea fuerit. Nam
cuncti commanentes in ea me
adorabant quos a me abstra
hens et baptizans tuo deo
consecrasti. Non est sufficiebat
tante nationes quas mihi ab
stulisti et divino cultui manci
pasti. Insuper et nunc spem meam
maximam penitus abscidisti.

O violencia o senectus mala
iam ultra non ferris machina
tiones tuas. Maledictus dies
ille in quo tu contrarius natus
es. Nam flumen lacrimarum tuarum
velut torrens impegit
domicilium meum in firmum
et spem meam funditus subruit.
Hec omnia dicebat dyabolus vehe
menter vociferans plurimis
lacrimis exaggerans ita ut
cuncti episcopi clamorem eius audi
rent et ipsa venerabilis Roma
na abbatissa cuius ipsa filia
quam nuper de fonte susceperat
pelagia. Ad quam conversus
dyabolus aiebat: Quid est hoc
quod mihi fecisti domina mea
pelagia? Et tu in eum Judam
mutata es. Et ille quidem
gloria et honore coronatus et
in apostolico constitutus fastigio
deum proditurus tradidit. Tu autem
cum mea consisteres filia mihi
fecisti. Tunc mater eius
Romana dixit ei: Signa
te filia signo crucis et ab
renuncia dyabolo. Et mox cum
hoc fecisset et vocasset
nomen domini nostri Jhesu Christi
in fugam dyabolus comparuit.
Post duos vero dies cum dormi
ret incorata pelagia cum
matre sua Romana iterum
venit dyabolus et excitans eam
dixit: Domina mea marga
rita quid est unquam mali feci?
Numquid non te ex lapidibus
preciosis et margaritis or
navi? Numquid non auro et
argento et cunctis divitiis
replevi? Et nunc dic quid
est in quo te contristavi? Ego
providebo satisfaciam tibi
ne me deseras ne derelin

quatenus ut obprobrium christia-
nis efficiar. Hanc vocem pe-
lagia audiens signabat se
et insufflans dyabolum dixit
ad eum: Abrenunciabo te et abre-
nunciavi sathane. Dominus meus
Ihesus christus qui me liberavit
de medio sinu tuo et in-
duxit in thalamum suum cele-
stem iudicabit te. Et excitans
matrem suam dixit ei: Venera-
bilis mater ora pro me
dominum quia sicut leo appa-
ruit michi dyabolus. Que inquit
ille nequam cum timeas filia
iam a modo umbram tuam
formidat et refugit. Die au-
tem tercio evocabat servum suum pre-
fata pelagia qui preerat omnibus
suis et dixit ei: Vade domum
et sub diligenti noticia de-
scribe universa que tam in
vestibus quam in auro vel argen-
to vel ornamentis sunt et
defer michi. Abiit servus et
fecit cuncta que fuerant sibi
imperata. Detulitque omnia ad
dominam suam. Que mox per
matrem suam supplicabat sancto
Nonno dicens: Hec omnia tuis
sanctis reverendisque manibus
trado. Hec sunt divicie quibus
me dyabolus ob scelerum mer-
cedis loco decepit. Has igitur
domine committo tue sanctitatis
arbitrio. Michi namque sufficiunt
divicie sponsi et domini mei
Ihesu christi. Convocans autem
servos suos universos et
ancillas manu misit eos
donans singulis competenter premia
in libertate et commonens eos
ut curarent sollicite a prefati
huius seculi perversa cohibere
libertatem. Sanctus vero Nonnus
episcopus vocavit economum
hoc est dispensatorem eccle-
sie et ipsi tradidit ei univer-
sam substanciam eius dicens:

Adiuro te per dominum ut nichil
de hac substancia subtrahatur
nec quidquam contra feratur: non
in domus ecclesie, non in domo episcopi
nec in meis, sed cunctis viduis et
pupillis pauperibus distribuatur
quatinus hec congruit [illegible] male que
collecta sunt bene et salubre
erogentur et divicie peccatricis
ipsius proficiant pauperum. Hec
sine mora facta est. Ancilla
vero dei pelagia a die baptis-
matis de suis rebus nichil
penitus degustavit sed pa-
scebat eam mater sua Roma-
na in tantum ut nichil sibi
de facinorosis suis facultatibus
reservaret. Illucescente autem
dominico die quo mos est bap-
tizatos albas vestes deponere
surgens pelagia nocte
exuit se vestibus baptismatis
et induit se tunica et birro
cilicino ignorantibus nobis et
ab illa die non est amplius visa.
Mater vero illius spiritualis ulu-
labat et plangebat metuens ne
forte dyabolus cum suis lingwis
iterum irretisset. Sed neque sanctus
episcopus Nonnus consolabatur
dicens: Noli flere filia sed po-
tius letare cum angelis sanctis
quia pelagia sicut Maria
meliorem partem elegit que non
auferetur ab ea. Hec omnia
universa civitas Antiochena
cognovit et deo maximas
gracias retulit. Post paucos
dies cupiens civitatis ponti-
fex cunctos episcopos qui fu-
erant evocati redire ad
propria precepit. Igitur post tres
annos votum vovi ut Ierusalem
peterem et sancta loca dominice
resurrectionis adorarem.
Adii igitur meditatum patrem et
episcopum meum Nonnum petere

ut me illuc ire permitteret
sine mora concessit Et ait
michi frater Iacobe cum deo pre
stante ierusalem veneris per
singula loca sancta venerancia
diligenter inquire quendam
monachum pelagium nomine
plurimo tempore solitariam
vitam agit reclusus visita
eum quia servus dei est iste verus
monachus Episcopus autem dicebat
de pelagia ancilla dei sicut
rei exitus docuit non michi
tamen aliquid manifestius
patefecit Veni itaque ad
loca sancta et adoravi sanctam
beatam resurrectionem et gloriosum
lignum crucis Sequenti vero die
requisivi sanctum pelagium
et perveniens in montem oliveti
ubi dominus noster oravit quia
ibi inclusum monachum habita
re asserebat vidi cellulam
eius undique circumclusam unam
vero fenestram tantum habebat
Quam cum pulsare aperuit
michi Et cum vidisset me confesti
agnovit neque tamen se michi
manifestavit ego vero non
cognovi eum Erant enim oculi
eius pre nimia abstinencia
concavi et iuncture ossium eius
denudabantur facies quoque emar
cuerat et velut rugis expa
rata videbatur Cumque percepis
sisset ab ea benedictionem benedixit
dixit michi et interrogavit dicens
habes episcopum Cui ego respondi
Etiam domine pie Et michi ait
Oret pro me quia vere episcopus
christi est Et tu frater Iacobe
ora pro me Ego vero hec
audiens vehementer mira
bar tam de episcopo quam eciam de
me quia eciam diaconum me
vocasset Statim autem hora

tercia cepit psallere domino
sollempniter Ego quoque iuxta
cellulam eius stans et orans
deum discessi multum de visione
eius angelica letus effectus
Singulis eciam monasteria circum
ibam ut viderem patres et fratres
ut ab eis benedictionem perciperem
et ubique magna domini mei
pelagii fama in monasteriis
ferebatur Et cum iterum ad
eius cellulam pervenissem
et iuxta consuetudinem ni
chil audirem intromissus veni
et altero die metuebam ne
forte mortuus esset et
nemo cognovit Tercio
die veni et apiens fene
stram eius vidi eum mortuum
velut in ordine iacentem Fe
stinans quoque veni Ierusalem
glorificans deum et nunciavi
quod abbas pelagius migras
set ad dominum Tunc universi
monasteria ibi in vita manicau
erunt et advenerunt etiam de
Iericho quam de universa re
gione iordanis Et congre
gata est multitudo mona
chorum in monte oliveti Cumque
sanctum corpus eiecisset
de cellula et posuisset super
scamnum accessit Ierosolimitanorum
solimorum episcopus cum sanctis
fratribus ut pro more corpus
lavaret et repererunt
quod mulier fuisset Et ex
clamavit voce magna
dicentes Gloria tibi domine
qui multos habes secretos
absconditos super terram non
solum viros sed et mulieres
Et quia tante rei miraculum
celari non potuit congre
gata est multitudo co
piosa non solum et plurima

virginum monasteria et ita cum
psalmis et ymnis sanctum
cadaver portatum est a beatissimis patribus et in loco
mundissimo collocatum. Ad
laudem et gloriam patris et
filii et spiritus sancti. Hec vero
scripsi ego iacobus Antiochie sanctissime matris
eius Romane urbis et
domino meo Nonno episcopo.
Tunc enim recordatus sum
ipsam esse de qua in mea nar-
ratione pater dixerat ut cum
ad loca sancta venisset inqui-
reret de pelagio monacho.
Omnes autem qui audierunt
pre gaudio lacrimas fuderunt
dicentes Gloria in excelsis deo
et in terra pax hominibus bone
voluntatis. Hec fuit vita
meretricis istius conversio
desperatorum qua nobis deus
faciat invenire misericordiam in
illa die qui in seculis honor
et gloria in secula seculorum amen.

De quodam nomine pafnutius

Fuit vir et uxor eius
in alexandria pafnu-
tius nomine honora-
bilis omnibus et custodiens
mandata domini. hic accepit
coniugem dignam generi suo
et ipsam honestis moribus
plenam sed sterilis non pari-
ebat. Vir autem nimis erat
fluctuans eo quod non haberet
cui omnes facultates suas
dimitteret et post obitum suum
bene et cognoscere suam substantiam
gubernaret. Uxor vero illius
indigentibus non cessabat
ministrare nocte et die
ecclesiis adherens ieiu-
niis et observacionibus
orans et petens a deo

dari sibi filium maxime videns
virum suum nimium fluctuantem
multam etiam pecuniam erogabat
pauperibus et omnibus posse
adimplere desiderium suum.
Similiter autem et vir eius cir-
cuiens querebat aliquem ho-
minem dignum deo qui posset
precibus effectum desiderii
sui perficere. et ita ambulavit
in quoddam monasterium in quo
eo quod monasterii pater ma-
gnus esse dicebatur apud deum
illic ingressus et multam
pecuniam offerens multam fi-
duciam ab abbate et ab omnibus
fratribus consecutus est. Post multum
vero temporis indicat abbati
causam desiderii sui. Senex com-
paciens illi postulat a domino
dari illi fructum ventris. Et
amborum orationes exaudiens
deus largitus est unam filiam.
Videns autem pafnutius abbatis
consolationem nunquam a monasterio
recedebat unde et coniugem suam intro-
duxit ut benediceretur ab abbate
et a fratribus. Tulerunt autem infan-
tulam alacres effecti annorum septem
baptizata est et imposuit ei illi
nomen Eufrosina. Gaudebat
quippe illa parentes eius quia
erat acceptum deo et pulcra facie
effecta. Cum autem xii annorum mater eius
migravit de hoc seculo. Remansit
quippe pater eius erudiens eam libris
et lectionibus ceterisque huiusmodi.
Tantam sapientiam puella non tantum acce-
pit disciplinam ut miraretur
pater eius prudentiam. Opinio
autem eius pervagavit civitatem
totam de sapientia eius doctrina.
Et quia erat pulcra nimis et de-
cora voluntaria multos pro-
vocavit ad accipiendum eam filiis

fuisset. Et multis deferentibus cum patre eius pervenire ad finem non potuerunt. Si ipse tamen dicebat: Domini voluntas fiat. Unus autem ex primis omnibus in honore et divitiis accessit ad patrem eius et postulabat ab eo ut daret filiam eius filio suo in matrimonium. Et concessus fuit consuete desponsalium arre. Post multum vero temporis accipiens eam Pafnutius cum esset annorum decem et octo abiit in monasterium cum ea in quo consueverat ambulare ultimoque iterum peccuniam largitus est ad necessaria fratrum. Dixit abbati: Fructum orationum tuarum adduxi tibi ut ores pro ea quia iam ad nupcias eam dare volo. Iussit autem abbas eam introduci in xenodochium monasterii locutusque est cum ea de castitate et humilitate et pacientia timoris dei. Effacientes autem ibi tres dies audire ponebat quotidie ad psalmos. Et videns singulorum conversationem et proprium tale propositum mirabatur eorum vitam dicens: Beati sunt viri isti qui et in hoc seculo similes sunt angelis et per hanc vitam eternam consequentur. Et cepit cor eius esse sollicitum zelo timoris dei. Post tres autem dies dixit Pafnutius ad abbatem: Veni pater ut salutet te ancilla tua et oret pro te quia ambulare volumus in civitatem. Cum autem venisset abbas procidit se puella ad pedes eius dicens: Obsecro pater ora pro me ut lucretur deus animam meam. Extendens quoque manum suam benedixit eam dicens: Deus qui cognoscis omnia antequam fiant, anime huius curam habere digneris ut mereatur portionem et consorcium habere in regno celorum. Et commendantes se sibi abierunt in civitatem. Pater vero illius si aliquem inveniret monachum hunc adducebat in domum suam petens ut oraret pro ea. Una autem die anniversario quo ordinatus est abbas monasterii desuper dicti misit abbas unum ex fratribus ad Pafnutium ut invitaret eum ad sollempnitatem abbatis. Et veniens ad domum eius requisivit eum. Pueri autem dixerunt: Processit. Audiens autem Eufrosina et advocans illum fratrem cepit interrogare eum dicens: Pro caritate dic mihi: Quanti fratres estis in monasterio? At ille dixit: Trecenti quinquaginta duo. Dixit ei puella: Si quis voluerit venire illuc ad conversationem suscipit illum abbas vester? Respondit ei frater: Etiam cum magno gaudio suscipit illum magis propter vocem domini qua dicit: Qui venit ad me non eiciam foras. Dixit Eufrosina: Omnes in ecclesia unum psallunt et equaliter ieiunant? Dixit ei monachus ille: Communiter psallimus. Ieiunat vero unusquisque quomodo vult aut quantum valet ut non fiat contrarius voluntati quin sit proprii arbitrii et spontanea voluntate. Dum ergo perscrutans mo-

chorum qui sacerdos dixit ad monachum
Volebam abire et prevenire ad
hanc inenarrabilem vitam
sed timeo inobediens patri
meo esse pro vana et caduca
huius seculi substancia cupit
me tradere viro. Dicit ei
monachus ille: Soror mea
non permittas ut polluat
homo corpus tuum et tradas
talem pulcritudinem pati obpro-
brium sed desponsa te christo qui
potest tibi pro omnibus transitoriis
dare regnum celorum et con-
sorcium angelorum. Occulte
autem exiens vade in monasterium
mutato habitu seculari in-
duta veste monachili ut
possis evadere. Que cum au-
disset placuit ei. Et dixit ad
eum: Et quis habet me tondere
Nolebat enim a laico tonderi
qui non servat fidem. Dicit ei
monachus: Ecce pater tuus
veniet mecum in monasterium et
faciet ibi tres dies uel quattuor.
Tu autem adhuc unum de mo-
nachis et quem volens accersiret
tibi cum magno gaudio hec
et huius similia illo dicente
ad Eufrosinam venit pafnu-
cius. Et videns monachum
interrogavit eum dicens: Quid
ad nos fastigium sumpsisti
domine. Et dixit: Ad nos anni-
versarii dies in monasterio misit
me abbas ut venias et acci-
pias benedictionem. Gavisus
est autem pafnucius vehementer
et cum eo in navicula abiit
in monasterium. Cum autem esset ibi
misit Eufrosina unum fi-
delissimum famulum dicens: Vade
in monasterium Theodosii in-
gredere et quemcumque monachum que

ibi inveneris adduc tecum huc.
Misericordia autem dei ecce quidam
monachus veniebat de monasterio
et videns eum puer rogavit
ut veniret ad Eufrosinam.
Tunc cum venisset videns
eum puella surrexit et salutavit
eum dicens: Ora pro me pater.
et orans benedixit eam et
sedit. Dixit autem ei Eufrosina:
Domine mi habeo patrem christianum
et servum dei possidentem substan-
tiam multam nimis habuit et uxorem
que me genuit que iam transivit
de hac luce. Vult autem pater meus
pro omnibus rebus suis tradere
me seculo huic iniquo. et
ego nolo inquinari in eo.
sed timeo inobediens esse patri
meo. et quid faciam nescio.
Tota enim nocte absque sompno
pertransivi postulans a deo
ut ostenderet anime mee misericordiam
suam. Et mane facto placuit
mihi mittere in ecclesiam et adducere
unum fratrem ut ab ipso audirem
verbum salutis et quid facere debeam
Postulo autem a te frater propter dominum
ne taceas. scio enim quod a deo missus
es docere me que dei sunt. Dicit
ei senior: Dominus dicit: Si quis
non abrenunciaverit patri et
matri et filios. insuper et animam
suam non potest meus esse discipulus
Ego tibi plus dicere nescio
Tamen si potes ferre tem-
ptamenta carnis relinque
omnia et fuge. Facultates enim
patris tui multos invenient
heredes. Ecce Cepechia et
herothomia. xenodochia
monasteria. vidue. pupilli. peregrini
captivi. ubi placuit et voluit
pater tuus relinque. tu solum ne
perdas animam tuam. Et ei puella
Confido in domino et orationibus
tuis quod laborare habeo pro

anima mea deo auxiliante dicit ei
senex Talia desideria a voluntate
tua non recedant ad hoc enim tempus
et tunc dixit ei Eufrosina Et ideo
te fatigavi ut impleas desiderium
meum Et facta oratione benedicas
me et abscidas comam capitis
mei Et surgens senex facta
oratione abscidit comam capitis
eius induitque eam tunicam sce-
matis et orans pro ea dixit
deus qui liberavit omnes sanctos
suos ipse te custodiat ab omni
malo Et hoc dicens senex discessit
ab ea et ambulavit in viam suam
gaudens Eufrosina vero
cogitans in semetipsa dixit
Si ambulavero in monasterium
puellarum pater meus requirens
inveniet me et violenter tollet
me inde propter sponsum Primum de-
pergam ad monasterium virorum ubi
me nullus suspicetur esse
Et hoc dicens proiecit vestem
muliebrem induitque virilem
Et sero facto exivit de domo
sua accipiens secum quingentos
solidos et abscondit in quodam
loco per totam noctem Mane autem
facto venit pater eius in civitatem
volente autem deo statim in ecclesiam
ambulavit Eufrosina vero per-
venit ad monasterium illud ubi
et pater eius erat notissimus
et nuntiavit per hostiarium ab-
bati dicens Eunuchus quidam
dives veniens de palatio ante
hostium stat cupiens loqui
tecum Egressus autem abbas
proiecit se in terram Et facta
oratione sederunt dixit ei senex
Quid est quod venisti fili dixit
ei Eufrosina Ego quidem eram
de palatio et sum eunuchus et
desiderium habui propter administrationem
monachorum sed civitatis nostre non

est hoc studium quia [illegible] conversatio
factum est in ea de bonis virorum conversa-
tione et cupio habitare vobiscum
si placuerit vobis habeo enim possessiones
multas et pater dedit mihi dum re-
quirit in hunc locum adductus eras
huc dixit ei senex ille Bene
venisti fili Ecce monasterium si
placet tibi habita nobiscum dixit ei
quod est nomen tuum dixit ei Smara-
gdus dixit ei senex Iuvenis es
non potes solus sedere opus est
te habere magistrum ut discas re-
gulam conversationis monachorum Tunc
dixit abbati Sicut iubes domine mi
pater sic faciam Et protulit quingentos
solidos in manum abbatis dicens
Accipe pater interim istos et si videro
quod possum sufficere huc veniet et
illud reliquum Vocavit igitur abbas unum
fratrem nomine Agapitum virum sanctum
et irreprehensibilem et tradidit in manus
eius Smaragdum et dixit ei Amodo
hic filius tuus et discipulus talis erit
super [illegible] ut excedat magistrum Et fle-
xis genibus facta oratione [illegible]
gnavit eum Et valedicentibus omnibus
Amen suscepit eum Agapitus
in cellam suam Et prohibebat vultum
decorem Smaragdi eum veniret in
ecclesiam ad orationem diabolus multos
decipiens concitabat adversus decorem
vultus illius per multas multis
cogitationibus ita ut molestiam esset
abbati qui talem pulchritudinem
monachum duxisset in monasterium Audiens hoc
abbas vocavit Smaragdum
et dicit ei frater pulcher est
et facies tua fit ruina infirmis
fratribus volo autem ut sedeas so-
lus in cella tua et psallere te
ibi et ibi manducare non tamen
egrediaris te inde alicubi Et
precepit Agapito ut prepararet
cellam solitariam ut in ea degeret
Smaragdus Perficit enim omnia
Agapitus que sibi a patre fuerit

impacta et introduxit eam in monasterium
in cella solitaria. Et erat ibi va-
cans orationibus ieiuniisque et
vigiliis nocte et die operam da-
bat serviens domino in simplicitate
cordis ita ut miraretur pre-
dictus frater qui eam susceperat.
Et omnibus fratribus retulit eius
conversationem. Et omnes collauda-
bant deum qui in infirmo tali
operatur. Pafnucius autem pater
illius cum reversus esset domum
festinus ingrediebatur cubiculum
in quo filia eius manere consue-
verat. Et non inventa filia
tristis in merore est effectus.
Cepit perquirere anxius per
servos et ancillas quid de
Eufrosina factum fuisset. Pue-
ri autem dicebant: heri nocte
videbamus eam, mane autem non
comparuit et putavimus quod pater
illius invenimus qui eam desponsaverat
venit et tulerit eam.
Misit servos suos ad domum
illius et non invenit illam. Au-
diens sponsus illius et pater eius
contristati sunt valde. Et venien-
tes ad Pafnucium invenerunt
illum velud afflictum iacen-
tem in terra et dixerunt forsitam
aliquis seduxit eam et fugit cum illo.
Et statim servi eius cum equis
per totam Alexandriam et egiptum
missi sunt. Erat ibi et naves
intrantes et exeuntes in eas ingre-
bat perquirens. Tunc solitudines
monasteria puellarum heremi et
speluncas per domus amicorum
et vicinorum et nusquam invenientes
tamquam mortuam lugebant eam.
Socrus vero maritum suum, sponsus
sponsam flebat, pater filiam lugens
dicebat: Heu heu filia dulcis-
sima, lumen oculorum meorum,
consolacio vite mee. Quis meam
rapuit facultatem, quis meam

vineam secuit, quis meam lucernam
extinxit, quis meam spem fraudavit,
quis pulchritudinem filie mee violavit,
quis sponsus lupus meam agnam dis-
sipavit? Qualis locus talem vultum
tegit, quis eam captivam
ducit? Illam impudicam fecit? Illa
que portus consolationis, illa malorum
consolatio, illa laborum requies,
gemitumque partus dat. Terra
terra non celes sanguinem meum
donec videam quid Eufrosine
filie mee contigit. Hec dicens
flebat Pafnucius. Pre quo et fle-
verunt omnes qui aderant voce
flebili ita ut omnis civitas
lamentaretur eam. Vero sufferens
autem Pafnucius nec inveniens
consolacionem perrexit ad monasterium
sese proiciens super divinum et pro-
cidens ad pedes eius dixit: Peto
ne cesses orare ut inveniam
laborem orationum tuarum. Nescio
enim quid acciderit filie mee.
Audiens autem venerabilis
senex contristatus est valde
et misit ad se omnes fratres
et dixit eis: Ostendite cari-
tatem fratres et postulemus a domino
ut dignetur nobis ostendere
quid factum sit de filia amici
nostri Pafnucii. Et ieiunantibus
omnibus et orantibus per totam ebdo-
madam nichil revelatum est
de Eufrosina sicut solebat
frequenter aliud rogantibus deum.
Oratio enim Eufrosine erat
apud deum die noctuque ut
manifestam eam non
faceret in vita sua. Cum
autem nec seni nec
alteri fratri revelatum
esset, abbas cepit conso-
lari Pafnucium dicens:
Fili, noli deficere a disciplina
domini, quia quem dili-
git dominus corripit. Et hec scias

anime sue voluntate dei nec
passus unus cadit. Ita quod tu
magis filie tue absque illius nutu
nichil provenit. Scio enim quia
bonam partem elegit, propterea nobis
nichil de ea revelatum est. Si enim
quod absit in malis operibus incidisset
nunquam deus propalasset tantum
laborem fratrum. Habeo enim fiduciam
in domino quod in hac vita ostendet
tibi dominus eam. Audiens hec Pasfin-
cius recepit consolacionem gracias
agens deo et orans quotidie bonis
operibus et elemosinis intentus
erat. Post aliquos vero dies instabat
monasterium et mediabat se orationibus
fratrum. Una autem die veniens
ad abbatem proiecit se ad pedes
eius dicens: Ora pro me pater quia
non possum sufferre dolorem filie
mee, sed magis ac magis de die
in diem renovatur et crescit vulnus
meum et tribulatur anima mea. Videns
autem senex nimis afflictum dixit
ad eum: Vis habere colloquium cum uno
fratre spirituali qui venit de palacio
Theodosii, ignorans quod ipsa esset
filia eius. Dicit ei Pasfincius:
Volo. Et vocavit abbas Aga-
pitum dixitque ei: Tolle Pasfincium
et induc eum in cellam Smaragdi.
Et introduxit eum in cellam, nichil
ei ante innotescens. Cum autem
vidisset patrem suum agnoscens
eum subito lacrimis tota repleta
est. Pasfincius autem putabat esse
compunctionem. Non enim cognovit
eam quia propter multam eius emar-
cuit per nimiam abstinentiam et vigi-
lias et lacrimas de cuculla autem
operuit faciem suam ne aliquo modo
cognosceret eam. Facta autem oratione
sederunt. Cepit autem loqui ei
de futura regni beatitudine et gloria
sempiterna quod per elemosinam et
castitatem et sacram humilitatem et
caritatem ad eam quis possit
pertingere et quod tempus seculi
non diligendum esse filios suos

plus quam deum. Hec pater super eum
qui omnia perfecisset factorem
apostolicam scripturam interpretans
quod paciam tribulacio operatur,
paciencia autem probacionem. Videns
autem patrem suum in gravi me
tore et merore conpaciebatur
ei. Sed timens ne agnosceret
eam et impedimentum ei faceret
volens autem consolari eum
dixit ei: Crede michi quia non de-
spiciat deus te et sic in perdicione
anime sue esset filia tua, ma-
nifestaret eam tibi ut nec
illa retenta a diabolo inferret
tibi et sibi luctum perpetuum. Sed
credo dominum quod bonum consilium
elegit sicut iam dixi secundum
vocem evangelii quod dicit: Qui
diligit patrem aut matrem
super me non est me dignus.
Et qui non abrenunciaverit
omnibus que possidet non potest
meus esse discipulus. Potens
est autem deus eam tibi manife-
stare tibi. Sed iam sine quod
te ipsum inficiet et constando sed
age gracias deo nichil de pristinus.
Ita Agapitus magister meus
videns me nimis tristis
dicebat michi quod venit quidam
nomine Pasfincius operibus
bonis intentus qui filiam
suam tanquam mortuam luget
nesciens quid ei contigerit
et nimia afflictione affligitur
maxime quia unica erat
illi, et cum lacrimis proiecit se
ad pedes abbatis ut per orationes
fratrum possit invenire et
conpaciens dicebat michi
Scimus omnes fratres. Ita
et tu roga deum pro eo. Et ego
quamvis indignus et meorum
conscius malorum operum deum
deprecatus sum pro te ut
dignetur tibi tribuere sufferen-
ciam et longanimitatem quod ex-
pedit impleat tamen de te

quoniam de filia tua appetens hoc et frequenter te videre volui et colloqui tecum ut aliquam consolationem per me haberes forsitan enim invenires ut autem non cognosceret. Post multa colloquia dixit ad Pafmitium: Vade domine mi. Et cum vellet recedere Pafmitius animus eius conpatiebatur illi. Facies enim eius pallebat et replebatur lacrimis. Pre nimia autem diuturna inedia sanguinem evomebat. Multum igitur confortatus Pafmitius in admiratione eius discessit. Abeat et dixit ad abbatem: Edificata est anima mea ab illo fratre; ita sum letus effectus in gratia dei in consolatione eius quasi invenissem filiam meam. Commendans se orationibus abbatis et omnium fratrum recipiens in domum suam magnificans deum. Completis autem Smaragdus in cella solitaria triginta et octo annis incidit in infirmitatem qua et mortuus est. Audiens autem die secundum consuetudinem venit Pafmitius videre monasterium et post orationem et salutationem fratrum dixit senex: Si iubes permitte me Smaragdum videre quia valde eum desiderat anima mea. Vocatoque Agapito precepit ei ducere Pafmitium ad visitandum Smaragdum. Introiens autem Pafmitius in cellam ubi eger iacebat cepit enim consolari lacrimas dicens: Heu heu me ubi sunt promissiones tue; ubi sunt verba dulcia que in videndam promittebas meis oculis filiam meam. Ecce non solum illam non video sed et te in quo consolationem non modicam habebam derelinquis me. Heu heu quis consolabitur senectutem meam; ad quem ibo quis non erit adiutor. Duplex malum quod lugeo modo. Triginta et octo anni sunt quod perdidi filiam meam et nihil mihi actum est per diem noctemque orabam pro ea et nec simile illius inveni. Detinet me incomparabilis

dolor. Unde sperare amodo quid ubi consolationem inveniam. Tamen de secundo lugens et infirmum videns. Videns autem Smaragdus vehementer plorantem et ululantem nec consolationem recipientem ait ei: Quid turbaris et temetipsum interficis; numquid est in valida manu domini aut deo difficile quicquam est. Iam depone finem tristicie. Recordare quomodo patriarche Iacob vivum restituit deus Ioseph quem quasi mortuum lugebat. Et nunc obsecro domine ut per tres dies me non deseras neque derelinquas me. Hoc sustinens autem pater metipsum per triduum dixit forsitan aliquid ei deus revelavit de me. Tercio autem die dixit ad Smaragdum: Expectavi sicut me rogasti frater et non discessi aliquo. Post tres dies cognoscens Eufrosina quia instabat dies dormitionis eius vocavit Pafmitium et dixit ad eum: [illegible] deus disposuit mecum et adimplevit desiderium meum quod usque ad finem viriliter certando perduxit non mea virtute sed eius adiutorio qui me custodivit ab insidiis inimici. Pacto cursu superest non iam in tristicia. Noli ergo iam esse sollicitus pro filia tua. Ego sum enim illa misera et tu es pater meus. Ecce vidisti me et satisfactum est tibi. Sed ne permittas ab alio corpus meum nudari et lavari per temet hoc facias. Et quia promisi abbati huic me possessiones in [illegible] potuisse sustinere et [illegible] loco isto adduce eas. Hunc imple quod promisi quia venerabilis est locus iste et ora pro me. Hec dicens tradidit spiritum. Cum audisset Pafmitius talia verba et vidisset quod obdormivit commota sunt omnia viscera eius; cecidit quoque in terram confractus et velut mortuus. Currens autem Agapitus videns quod defunctus esset Smaragdus et Pafmitium iacentem semivivum iactavit aquam super faciem eius et relevavit

cum diceret Quid habes domine
mi pater sinceriter ait ad eum dimitte
me ut hic moriar vidi enim mi-
rabilia hodie Surgens autem irruit
in faciem eius et multitudine lacri-
mas effundens clamabat dicens heu
me filia mea dulcissima quare
ante non manifestasti mihi ut
et ego quoque commorarer tecum
spontanea voluntate Sicut me
sponso latuisti Ecce nunc pertransisti in-
sidias adversariorum et nequicias
spirituales tenebrarum vite huius
et introisti in vitam eternam Hec Aga-
pitus audiens et cognoscens tam
mirabilem causam stupefactus est
et accurrens nunciavit abbati
omnia Veniens autem abbas ceci-
dit super ora eius et eiulans dicebat
Eufrosina sponsa christi et filia
sanctorum ne oblivisceris servorum tuorum
et fratrum tuorum qui fuerunt in monasterio
suo sed ora pro nobis ad dominum
Ihesum christum ut faciat nos vili-
cando premineri ad portum salutis
et portionem habere secum cum sanctis
suis Et iussit ut congregarentur
omnes fratres cum honore
debito sanctum corpus illius se-
pulture traderet Cum autem omnes
congregati adessent et vidissent
tam stupendum miraculum glorifi-
cabant deum qui eciam in sexu
femineo et fragili tanta mira-
cula operatur Et unus quoque frater unum
habens oculum osculatus est vultum
eius cum lacrimis statimque ut eam
tetigit oculus eius restitutus est
Et videntes omnes fratres qui ad-
erant quod factum est benedixerunt
deum gracias agentes ei tunc sunt
omnia que bona sunt Multique con-
fortati et edificati sepelierunt
eam in monumento patrum Pater vero
eius cunctaque habuit in ecclesias et
xenodochia et monasteria offerens
conversus est in eodem monasterio
et plurimam partem substancie
sue ibidem offerens in eadem cella
demoratus est in eadem psiatia
dormiens in qua Eufrosina

Vixit autem in sancto proposito an-
nos decem et migravit ad dominum
ac iuxta filiam suam sepultus est
Abbas autem glorificat deum cum
omni congregacione et hic migra-
cionis corpus celebrant ibidem
in eodem monasterio usque in presentem diem
glorificantes deum patrem qui vivit
et regnat in secula seculorum Amen

De profectu
De Quiete
De Compunctione
De Continencia
De fornicacione
De paciencia
De Nichil ad videndum fieri
De Nemine iudicare
De Discrecione
De Sobrietate
De Orare
De hospitalitate
De obediencia
De humilitate
De Caritate
De providencia
De Signis
De Conversacione

Nunciata est cuidam monacho V, 1, 5
mors patris sui Ille
autem ad eum qui nunciavit
dixit Desine inquit blasphe-
mare meus inquit pater
inmortalis est Frater quidam interro- 13
gavit abbatem dicens Quid habet
homo commissa Respondit ei
senex Videmus danielem quia
non est inventa accusacio eius
nisi de servicio quod exhibebat
deo suo Narravit abbas 10
Cassianus de quodam abbate
Iohanne qui primus congregacionis
erat magnus quia fuit in vita
sua hic ait cum moriturus esset
et discessurus cum hylaritate
proposito mentis ad dominum susti-
tenit cum fratres rogarent verbum

V, i, aliquod compendiosum et salutare lo-
co hereditatis sibi ab eadem dere-
linqui quo posset ascendere ad
perfectionem que est in christo. Ille autem
ingemiscens ait. Nunquam feci
propriam voluntatem nec aliquem
docui quidquam quod prius ego
17 ipse non fecissem. ¶ Dixit abbas
Ysaias. Esto contemptibilis
et voluntates tuas post tergum
tuum proiice. Esto liber et securus
a secularibus curis et habebis re-
19 quiem. ¶ Interrogavit quidam senem
quomodo venit timor dei in animam. Et
dixit ei senex. Si habet homo humilitatem
et paupertatem et non iudicet alium sic
21 veniet in eum timor dei. ¶ Dicebat
quoque quidam senum. Quicquid odio ha-
bes alii non facias. Si odis qui
tibi male loquatur neque tu ma-
le loquaris de aliquo. Si odis
qui calumpniam facit neque tu
facias alicui calumpniam. Si
odio habes qui te in contemptu
ducit aut iniuriis appetit
aut aufert quod tuum est vel aliquid
tale facit nichil horum facias
cuiquam. Quicumque custodire hoc
verbum potest sufficit ei ad salutem.
V, i, 3 Dixit sanctus Gregorius quod
hec tria exigit deus ab omni homine
qui est baptismum consecutus id est
fidem rectam ex tota anima et veri-
tatem lingue continentiam et casti-
V, i, 16 tatem corporis. ¶ Narraverunt de
abbate Pambo quod veniens in ipsa
hora qua discedebat ex hac vita
dixit assistentibus sibi viris sanctis
Ex quo veni in hunc locum
solitudinis et fabricavi mihi
cellam et habitavi preter laborem
manuum mearum non recolo
me comedisse panem neque
penituisse de sermone quem
locutus sum usque ad horam hanc
et sic vado ad dominum quasi nec quidem
initium fecerim serviendo deo.
6 ¶ Dixit abbas Macharius
abbati Zacharie. Dic mihi quod
est opus monachi. Dicit ei. Me
interrogas pater. Et dicit ei Za-
charias. Credo abba quod pre hoc
puto quisquis semetipsum nati-
tatibus subiecerit atque coegit ipse
est monachus. ¶ Dixit senex. Roga 23
deum ut det luctum in corde tuo et
humilitatem et respice semper in peccatis
tuis ut non iudices alios sed esto
subditus omnibus et non habeas
amiciciam cum muliere neque cum
puero neque cum hereticis et abscide
a te fiduciam et retine linguam tuam
et ventrem tuum abstine a vino
Et si aliquis loquitur tecum de quacumque
causa ne contendas cum eo de hiis
que locutus est et tunc erit mens
tua pacifica. De hominibus
Abbas Arsenius fugiendis V, ii, 3
cum adhuc esset in palacio
oravit ad dominum dicens Domine
dirige me ad salutem et venit ei
vox dicens Arseni fuge homines
et salvus eris. Item abbas Ar-
senius discedens ad monachilem
vitam rursus oravit deum dicens
Domine dirige me ad salutem. Et
audivit vocem dicentem sibi Ar-
seni fuge et tace et quiesce hec
enim sunt radices non peccandi.
¶ Venit aliquando abbas Arsenius
in quendam locum et erat ibi arundine-
tum et motum est a vento. Et dixit
senex ad fratres. Quis est motus
hic. Et dicunt ei Arundines sunt.
Et dicit eis senex. Vere quia si
quis sedet et audierit vocem avis
non habebit cor eius eandem quietem
quanto magis vos habentes sonum
harum arundinum. Item dicebant
de eo quia prope Scithim erat cella
eius longe in milia triginta
duo et non exibat cito sed alii fa-
ciebant ei ministeria. Cum autem vene-
rit in solitudinem redactus est locus
qui vocatur Scithi exiuit plo-
rans et dicens perdidit mundus
Romam et monachi Scithi. ¶ Dicebatur
de eodem abbate Arsenio aliquando
in tempore venit una matrona
de Roma virgo divis valde et
timens deum ut videret eum et

suscepit eam Theophilus episcopus
Alexandrie. Illa autem rogavit
eum ut ageret cum sene ut videret
eum. Et ille abiens ad eum rogavit
dicens Aliqua matrona venit de
Roma et vult te videre. Senex
non acquievit ut veniret
ad eum. Cumque hoc renunciatum fu-
isset matrone iussit sterni
animalia dicens Credo in deum quia
videbo illum. Non enim in civitate
nostra multi homines sunt ego autem
prophetam videre. Et cum pervenisset
ad cellam eius senex nutu dei
ordinatione inventus est ad por-
tam foris cellam suam. Et videns
eum supradicta matrona pro-
stravit se ad pedes eius. Ille
autem levavit eam cum indignatione
et intuitus eam dixit Si faciem
meam videre vis ecce vide. Illa
autem pre verecundia non conspexerunt
faciem eius. Et dicit ei senex
Non audisti opera mea hec enim
videre necesse est. Quomodo autem
presumpsisti tantam fatigacionem
assumere. Nescis quia mulier es
et non debes exire quoquam. Aut
vadas Romam et dicas aliis mu-
lieribus quia vidi Arsenium et fa-
ciunt mare viam mulierum venien-
cium ad me. Illa autem dixit Si
voluerit deus me reverti Romam
non permitto aliquam venire
huc. Sed ora pro me et memor
mei esto semper. Ille autem respondens
dixit ei Oro deum ut deleat memo-
riam tui de corde meo. Hec au-
diens egressa est turbata. Et
cum venisset in civitatem pre tristicia
febricitare cepit et nunciatum
est episcopo Theophilo quia infir-
maretur et venit consolari eam
et interrogavit eam quid haberet.
Illa autem dixit ei Utinam non
venissem huc. Dixi enim seni
Memor esto mei. Et dixit
mihi Oro deum ut deleat memoriam
tui de corde meo. Et ecce ego
ipsa pre tristicia morior. Et dixit
episcopus Nescis quia mulier es
et inimicus per mulieres sanctos
viros impugnat. Propter hoc
dixit senex. Nam pro anima
tua orat. Et ita curata est
a mente eius. Et discessit
cum gaudio in propria. Dicebat
aliquando Abraham discipulus abbatis
Sysoi ad eum Pater senuisti
camus parum iuxta mundum. Dicit
ei abbas Sysois Ubi non est
mulier ibi eamus. Dixit ei
discipulus eius Et ubi est
locus non habens mulieres
nisi forte solitudo. Et dixit
ei senex In solitudinem me
tolle. Narravit quidam
quod tres studiosi diligentes
se facti sunt monachi et unus
quidem ex eis elegit litigan-
tes in pace reducere iuxta
quod dictum est Beati pacifici.
Secundus vero visitare in-
firmos. Tercius vero abiit
quiescere in solitudine. Primus
ergo laborans propter lites
hominum non poterat omnes
sanare et tedio victus
veniebat ad eum qui ser-
viebat infirmis et in-
venit etiam ipsum animo de-
ficientem et non prevalebat
mandatum perficere. Et concorda-
tes hii duo abierunt videre
illum qui in heremo discesse-
rat et narraverunt ei tribu-
lationes suas et rogaverunt
ut diceret eis quid ipse pro-
fecerit. Et retinens paulu-
lum mittit aquam in cypho
et dixit eis Attendite in
aquam et erat turbulenta
et post modicum rursum dixit
Attendite modo quomodo lim-
pida facta est aqua. Et cum
viderent in aquam viderunt
utrique in ea sicut in speculo vultus

suos Et tunc dicit eis Hic
est qui in medio hominum con-
sistit a turba Vos omnes indicat
peccata sua Cum autem quieuerit
in mansione in solitudine tunc
delicta sua apparent ¶ Venit
aliquando beate memorie Theo-
philus archiepiscopus ad abbatem
Arsenium cum quodam iudice
Et interrogabat senem ar-
chiepiscopus volens ab eo au-
dire sermonem paululum
aut tacens senex postea
respondit ad eos dicens Et si di-
xero vobis custodietis
Illi autem promiserunt se cu-
stodire Dixit ergo senex
Ubicumque audieritis Arse-
nium appropinquare nolite
¶ Dixit abbas Anthonius
Sicut pisces si tardauerint
in sicco moriuntur ita et
monachi tardantes extra
cellam aut cum viris secularibus
immorantes a quietis proposito
resoluuntur Oportet ergo
sicut pisces in mari ita
et nos ad cellam venire ne
forte foris tardantes ob-
liuiscamur interioris custodie
¶ Dixit item ipse qui sedet
in solitudine et quiescit a
tribus bellis eripitur id est
auditu locutione visu
et contra unum tantum habebit
pugnam cordis ¶ Dicebat
abbas Nilus quod bonum
est fugere corporalia Vicinus
enim homo est eius corpora-
li bello assimilabitur
viro stanti super lacum
profundissimum ut quando hora
visum fuerit inimico eius
facile cum deiciet in profundum
Si autem corporalibus longe
fuerit assimilabitur viro lon-
ge posito ab eo ut vel si

traxerit cum inimicus proicere
deorsum deus cum violentia traxit
deus ei auxilium dirigeret

De monachis et de iudicio fu-
turo ante tribunal Christi

V, iii, 1

Frater quidam interrogauit
abbatem Ammonem dicens
Dic michi propter aliquid
verbum Dixit ei senex Vade
talem fac cogitationem tuam
qualem faciunt iniqui qui
sunt in carcere Illi enim interro-
gant homines ubi est iudex
et quando veniet et in ipsa expectati-
one penarum suarum plorant
Ita et monachus debet semper
suspectus esse et obiurgare
animam suam dicendo Ve michi
quomodo habeo stare ante tribunal
Christi et quomodo habeo ei actuum
meorum reddere rationem Si
ergo sic semper meditatus fueris
saluus esse poteris ¶ Dixit
abbas Helyas Ego tres
res timeo Unam quando egres-
sura est anima mea de cor-
pore meo Aliam quando occur-
surus sum deo Tertiam quando
aduersum me proferetur sententia
¶ Beate memorie Atha-
nasius episcopus Alexandrie
rogauit abbatem Pambo
ut descenderet de heremo
Alexandriam Et cum descen-
disset vidit mulierem thea-
tricam et lacrimatus est Interro-
gatus autem ab hiis qui ad-
erant quare fuisset lacrimatus
Due inquit res me mo-
uerunt Una perditio illius
Alia quod ego non habeo tale
studium placendi deo quale
habet ista ut hominibus pla-
ceat ¶ Abbas Siluanus
sedens aliquando cum fratribus
factus est in excessu mentis

et cecidit in faciem suam et per
multum surgens plorabat
et interrogaverunt eum fratres
dicentes Quid habes pater
Ille autem tacebat et flebat
Compellentibus autem eum dixit
eis Ego ad iudicium raptus
vidi multos de habitu nostro
euntes ad tormenta et mul-
tos seculares euntes ad regnum
celorum Et lugebat senex et
nolebat deinceps exire
de cella sua/ sed et si exire
cogebatur operiebat cuculla
faciem dicens Quid necesse est
videre lumen istud temporale
in quo nichil est utile
Dixit senex Si possibile
esset in adventu dei post re-
surrectionem pre timore exire
animas hominum omnis mundus
moreretur a terrore atque formi-
dine Quale est enim videre
celos scissos et deum revela-
tum cum ira et indignacione et
milicias innumerabiles angelorum
et totum simul hominum genus
intuendum propter quod debemus vivere
utpote qui de singulis mo-
tibus nostris racionem exigendi
sumus a deo Vidit senex
quendam ridentem et dixit ei Coram
celo et terra racionem tocius vite
reddituri sumus et rides Fratres
interrogaverunt alium senem dicentes
Quid facio pater Dicit ei se-
nex Flere debemus Contigit
enim quendam senem mori ali-
quando et post multas horas in se
metipsum iterum revertit et in-
terrogavimus eum dicentes Quid
vidisti ibi abba Et narravit
nobis plorans Audivi
ibi vocem lugubrem sine ces-
sacione dicentem ve michi
sed et nos semper dicere debemus
Sancte memorie Theo-
philus archiepiscopus cum moreretur
dixit Beatus es abba Ar-
seni qui semper hanc horam
ante oculos habuisti Dicebant
patres quod in adunantibus
aliquando fratribus in caritate resedit
unus frater ad mensam videns
abbas Johannes flevit dicens
Quid putas habet frater iste
in corde suo quod respexit eum de-
bui potius magis flere quia
caritatem comedit Dixit
abbas Evagrius Cum sedes
in cella tua collige sensum
tuum ad te et memor esto
diei mortis Et tunc videns
corporis tui mortificacionem
cogita cladem/ sed suscipe dolo-
rem horreat enim mundi istius
vanitas Esto modestus
et sollicitus ut possis semper
in eodem quietis proposito per-
manere et non infirmaberis
Recordare etiam eorum qui in
inferno sunt Cogita a-
pud temetipsum quomodo sunt
ibi anime in quam amaro
silencio aut in quam pessimo
gemitu vel in quali metu
atque angustia aut in
quali expectacione et do-
lore et sine mitigacione
infinitas lacrimas Sed et
diei resurrectionis memor
esto et illud divinum horren-
dum atque terribile et magnum
iudicium Adduc ad medium
reposita peccatoribus quomodo super
quam passuri sunt in conspectu
dei et christi eius coram
angelis et archangelis
et potestatibus et omnibus hominibus
et supplicia omnia et ignem
eternum vermem inmortalem tartarum

tenebras et super hec omnia
dentium stridorem timores
et tormenta. Adduc etiam et
bona que sunt iustis reposita
fiduciam ante deum patrem et
xpistum eius coram angelis
et archangelis et potestatibus
atque omni plebe regni ce-
lorum et dona eius gaudium
et requiem utrorumque horum eo-
rum memoriam retine et super iudicium
quidem peccatorum ingemisce
et plora veritus ne et tu ipse in
eum incurras. Super bona
vero iustis reposita gau-
de et exulta et letare et
hijs quidem frui festina
ab illis vero effici alienus.
Vide ne obliviscaris aliquando
sive intra cellam fueris sive
foris alicubi et memoria horum
ne abiciat mens tua
ut per hec saltem sordidas et
noxias cogitationes effu-
gias. Dixit abbas Iaco-
bus: quia sicut lucerna
obscurum cubiculum illuminat
ita et timor dei cum pervenerit
in cor hominis illuminat eum et
docet eum omnes virtutes et
mandata dei. Abierunt
aliquando senes de monte nitrie
ad abbatem Macharium ma-
iorem in Scithi rogantes
ut veniret ad eos aliquando
sciret omnem multitudinem
si ipse ad eos non veniret
ad se esse venturam quam
desiderarent videre eum
antequam migraret ad dominum.
Et cum venisset in montem
congregata est ad eum omnis
multitudo fratrum. Roga-
bant autem eum senes ut
faceret verbum ad fratres. Ille autem
lacrimans ait: ploremus fratres
et producant oculi nostri lacrimas
antequam eamus hinc ubi lacri-
me corpora nostra comburunt.
Et fleverunt omnes et ceci-
derunt pronis in terram in faciebus
suis dicentes: pater ora pro nobis.
Supplicaverunt fratres ad abbatem
Felicem habentes secum aliquos
seculares et rogaverunt eum
ut diceret eis sermonem. Senex
autem tacebat. Illis autem diutius
rogantibus dixit ad eos: ser-
monem vultis audire. Respon-
derunt: etiam pater. Dixit quoque senex:
Modo non est sermo. Dum
autem interrogabant seniores
et faciebant fratres que dicebant
eis tribuebat eis deus quomodo
loquerentur. Nunc autem quia
interrogant quidem non autem
faciunt que audiunt abstulit
deus gratiam a senibus et non
inveniunt quid loquantur
quoniam qui operetur non est. Quod
cum audissent fratres ingemuerunt
dicentes: ora pro nobis pater.
Dixit abbas Hyperichius: verbum
malum non proferat os tuum
quoniam vitis non affert spinas.

De beato Anthonio et alijs fratribus V,iv,1

Fratres quidam volentes
aliquando venire ad ab-
batem Anthonium de lo-
co Scithi ingressi sunt navim
ut irent ad eum et invenerunt
in ipsa navi senem qui ad An-
thonium ire volebat. Igno-
rabat autem fratres. Residentes
in navi loquebantur sermones
patrum de scripturis et rursus
de opere manuum suarum. Ille
autem senex semper tacebat.
Cum autem venissent ad portum

agnouit et ipsum senex presbiteri
ad abbatem Anthonium. Cum autem
venisset ad eum dixit eis abbas
Bonum comitatum itineris in-
venistis senis huius. Dixit
autem et seni Bonos fratres inveni-
stis tecum abba. Dixit ei senex
Boni sunt quidem sed habitaculum eorum
non habet ianuam quicumque vult
intrat stabulum et solvit asinum
Hoc autem dicebat quia quecumque asce-
debant in corde ipsorum hoc loquebantur
Dicebat abbas Daniel de ab-
2 bate Arsenio quia totam
noctem vigilans pertransiret
Tota autem nocte vigilabat
et cum volebat circa mane ex
ipsa natura dormire dice-
bat somno veni serve ma-
le et surripiebat parum somni
sedendo et statim surgebat
8 Aliquando iter agebat Agathon
abbas cum discipulis suis et
inveniens unus ex ipsis par-
vissimum fasciculum cicerculi
in via dixit seni Pater iubes
tollo illud? Intendit vero senex
et admirans dicit ei Tu illud
ibi posuisti? Respondit Non.
Et dixit senex Quomodo vis
tollere quod non posuisti?
9 Venit aliquando quidam senum
ad abbatem Achillam et vidit
eum iactantem sanguinem de ore
suo et interrogavit eum dicens
Quid est hoc pater? Et dixit senex
Sermo est fratris auditus qui me
contristavit et omnino conatus sum
conservare illud apud me et de-
precatus sum a me et factus
est sermo ille sanguis in
ore meo et proieci illud
et requievi dolore illius oblitus
15 sum. Aliquando Epymachius
episcopus Cyprius ad abbatem
Hylarionem rogavit enim
et dicens veni ut videam
nos antequam de corpore
exeamus. Cum autem venisset
gavisi sunt ad invicem
Manducantibus autem eis
allatum est de avibus eis
quoddam quod tenens episcopus
dedit abbati Hylarion. Et
dicit ei senex Ignosce mihi
pater quia ex quo accepi
habitum istum non manducavi
umquam quidquam occisum. Et dixit
ei Epymachius episcopus Ego
autem ex quo accepi habitum
istum non dimisi aliquem
dormire qui habebat
aliquid adversum me Nec
ego dormivi habens ad-
versus aliquem. Et dixit senex ei
Ignosce mihi quia tua conver-
satio maior est mea
Abbas Zenon ambulat 17
aliquando in Palestina cum
laborasset resedit ut man-
ducaret iuxta cucumerarium
Suadebat autem ei animus
suus dicens Tolle unum cucu-
merem et manduca quantum est
Deinde vidit cogitatum suum
et dixit Fures ad tormenta
vadunt proba ergo te ipsum in
hoc si potes ferre tormenta
Deinde consurgens stetit in cau-
mate quinque diebus et desiccatus
semetipsum in sole dicebat Quia
in animo suo Non possum ferre
tormenta. Dixit ergo animo suo Si
non potes ferre tormenta
ergo non rapias
Dixit Iohannes abbas 19
brevis staturae quia si voluerit
rex aliquis civitatem inimicorum
suorum tenere prius aquam tenet

et cessabo corpus quod est in castitate
et fame periclitantur et tunc
subveniet ei. Et ita cum passio
ventris sui in quinquennio et fame
suspectus homo unica eius quia solli-
citat animam ipsius infirmatur.
V, iv, 24 Narravit abbas Cassianus
de quodam abbate Iohanne qui fuit
apud abbatem Hesyum in solitudine
heremi habitans per annos xl^ta.
Et quia habebat circa ipsum multam
caritatem propter hanc caritatem
et fiduciam interrogatus est dicens
Tanto tempore sic remoratus
a nullo homine facile moles-
tia patiens dic nobis quid profeci-
sti. Et ille dixit Ex quo cepi
solitarius esse numquam me vi-
dit sol manducantem. Dixit autem
ei Iohannes nec me irascentem.
26 Dicebant de abbate Machario
quia sic vacabat inter fratres
ponebat sibi terminum ut si in-
veniebat vinum et propter fratres
bibebat et pro uno calice vini
die integro non bibebat a-
quam. Et fratres quidam volentes
eum recreare dabant ei vinum
sed et senex cum gaudio sume-
bat ut seipsum postea cruciaret.
Discipulus autem eius sciens cau-
sam dicebat fratribus propter deum
vos rogo ne detis ei quia
in cella postea cruciatu se
domat. Et non cognoscentes
fratres ultra ei vinum non dabant.
27 Abbas Macharius ma-
ior in Scythi dicebat
fratribus post missas ecclesie fratres
fugite. Et dixit ei unus
fratrum pater et ubi habemus
amplius fugere a solitudine
ista. Et ponebat digitum
suum in ore suo dicens istud est
quod fugiendum dico et sic intrabat
in cellam suam et claudens hostium
sedebat solus.
Narravit quidam seniorum de abbate 33
Pastore et fratribus suis quia habita-
bant in Egipto. Et cum desiderasset
mater eorum videre eos et non posset
observat una die venientibus illis
ad ecclesiam obtulit se illis. Illi
autem videntes eam gyraverunt se
et in cellam intrantes clauserunt ho-
stium ante faciem eius. Illa autem in hosti-
stans clamabat plorans cum nimia
miseratione. Audiens autem abbas
Anub intravit ad abbatem Pastorem dicens
Quid faciemus vetule isti ante hostium
flenti. Surgens autem abbas Pa-
stor venit ad hostium et intro
stans audivit eam plorantem miserabi-
liter nimis. Et dixit ei Quid sic cla-
mas vetula. Illa autem cum vo-
cem eius audisset multo magis
clamabat dicens Volo vos vi-
dere filii mei. Quid enim est si
video vos numquid non sum
mater vestra quae non ego vos lacta-
vi et tota iam sum canis plena.
Sed et audiens vocem tuam conturbata
sum. Dixit ei senex Hic nos vis
videre an in alio seculo. Et dicit
ei Et si non vos hic video
videbo vos illic filii. Dixit ei
Si potes equanimiter ferre
ut si nos hic non videas videbis
nos illic. Et ita discessit
mulier gaudens et dicens Si vero
visura sum vos illic nolo vos
videre hic.
Rogavit abbatem Sysoi discipulus 38
suus dicens Surge abba man-
ducemus. Ille autem dicebat quia adhuc
non manducavimus filii et ille dixit
= Non. Erat alius abbatis Silvani discipulus

= si non dixi manducavimus affer man-
ducemus

eius zacharias ad quoddam mo-
sterium et fecerunt eos gustare
modicum aliquantum ambulaverunt
Et euntibus eis invenit disci-
pulus eius aquam in via et vole-
bat bibere Et dicit ei abbas
Silvanus Zacharia ieiunium
est hodie Et ille respondit
Nam manducavimus pater Dicit ei
senex Illud manducare caritatis
fuit Nos autem teneamus ie-
iunium nostrum fili mi ¶ Venit
aliquando quidam senex ad alium
senem Ille autem dixit discipulo
suo Effice nobis modicum len-
ticule Et fecit Et infunde nobis
panem et infudit Et manserunt
usque ad alium diem hora sexta
loquentes de spiritualibus rebus
¶ Alius quidam senex venit ad
quendam patrem Ille autem coxit
modicum lenticule et dixit
Faciamus opus dei et gustemus
Et primus quidem eorum complevit
totum psalterium Alter vero ex
corde duos prophetas maiores
lectorum ordine recitavit Et
facto mane recessit senex
qui venerat et obliti sunt
sumere cibum Iterum dicit senex
discipulo suo Effice nobis mo-
dicum lenticule fili mi Et ille
respondit Ab hesterno feci Tunc
surgentes sumpserunt cibum
¶ Quidam frater esuriit a mane
et pugnavit cum animo suo ne man-
ducaret donec fieret hora tercia
Et facta hora tercia cogitavit a
se ut faceret sextam et sextam in-
fudit panem et sedit mandu-
care postea surrexit dicens
Manebo sic usque horam nonam
Hora autem nona fecit orationem
et vidit diabolicum opus sicut
fumum exeuntem a se et ita ces-
savit esuries eius Infirmatus

est quidam senex et non
posset sumere cibum multis
diebus rogabatur a discipulo
suo ut fieret ei aliquid et
reficeret Abiit autem et fecit
ei de farina lenticule et ipul-
las Erat autem ibi vasculum
pendens in quo erat modicum
mellis et aliud in quo erat
raphanellum id est oleum lini
et fetebat quod tamen ad lucernam
proficeret Erravit autem fra-
ter et de raphanellio pro melle
misit in pulmentum et obtulit
seni Et cum gustasset senex
nichil locutus est sed tacitus
manducavit Compellebat autem
eum iterum manducare et comprimens se
hic manducavit Et dabat ei
tercio et noluit manducare dicens
Vere non possum fili Discipulus
autem hortabatur eum et dicebat
Bonum est abba ecce ego mandu-
co tecum Et cum gustasset et co-
gnovisset quod fecerat cecidit
pronus in faciem suam dicens Ve
michi pater quia occidi te et tu
peccatum posuisti super me quia non
es locutus Dicit ei senex
Non contristeris fili Si vo-
luisset deus ut mel manducas-
sem mel habuisses mittere in
ipullas ¶ Frater abiit aliquando
visitare sororem suam in mona-
sterio egrotantem Erat autem
illa fidelissima et non acquie-
scens aliquem videre virum
ne occasionem daret fratri
suo ut propter illam veniret in
monasterium feminarum mandat
fratri suo dicens Vade et ora pro
me frater quia cum gratia Christi vide-
bo te in regno celorum ¶ Contin-
git aliquando patres in Alexan-
dria invitari a Theophilo episcopo
ut presentibus his facta oratione
templa destrueret paganorum
Et manducantibus eis cum archiepiscopo

ministrate sunt eis carnes in
tuli et manducavit nichil di-
iudicantes. Et accipiens episcopus
unum capud dedit seni iuxta
recumbenti sibi dicens Ecce istud
bonum est capud manduca
abba. Illi autem viderunt dicen-
tes Nos usque modo credebamus
quia olera manducaremus
Nam si carnes sunt non
manducamus. Et ultra nemo
ex eis acquievit gustare
¶ Frater quidam in cellam attulit
panes recentes et invitavit
ad mensam seniores et cum man-
ducassent singuli binos
paximates pausaverunt. Fra-
ter sciens laborem abstinentie
eorum cepit cum humilitate suppli-
care dicens propter deum manduca-
te hodie donec saturemini et
manducaverunt alios binos pa-
ximates. Ecce quantum expe-
diat manducaverunt propter deum
veri monachi et sic abstinen-
tes ¶ Egrotavit quidam senex
aliquando magna infirmitate ut
de visceribus eius sanguis e-
grederetur et attulit quidam fr-
nucas siccas et fecit pultes
et misit eas ibi et obtulit
seni. Et rogabat eum dicens
Comede quia forte expedit tibi
Intuens autem eum senex diu
tacens dixit vere dico quia vole-
bam ut me dimitteret deus in hac
infirmitate esse alios triginta
annos. Et nullo modo acquievit
senex in tali egritudine vel mo-
dicum sumere cibum ita ut tol-
leret frater quod portavit
et rediit ad cellam suam
¶ Alius senex sedebat longe
in heremo et contigit quendam
fratrem venire ad eum et in-
venit eum infirmantem. Cum
lavasset faciem eius fecit ei re-
fectionem ex hiis que attulerat
Quod cum vidisset senex
dixit Vere frater oblitus fueram quod

habent homines solacium de cibo
Obtulit ei etiam calicem vini. Ille
cum vidisset ploravit dicens Non
sperabam me usque ad mortem me
bibiturum vinum ¶ Statuit quidam
senex ut xl diebus non biberet
et si quando fiebat cauma ei leva-
bat surisculam et implebat eam
aqua et appendebat eam ante
oculos suos. Cum autem interro-
garetur a fratribus quare hoc fa-
ceret respondit dicens Ut cum
video quod desiderabam et non gu-
stavero maiorem mercedem
a domino consequar ¶ Frater quidam
iter agens habebat secum ma-
trem suam iam senem. Cum ve-
nisset ad quoddam flumen non
poterat vetula illa transire
Et tulit filius suus pallium suum
et voluit ex inde manus suas
ne aliquando contingeret corpus ma-
tris sue. Et ita portavit eam
trans flumen. Dixit autem ei mater
sua Ut quid sic operuisti manus
tuas fili. Ille autem dixit Quia
corpus mulieris ignis est. Et ex eo
ipso quod te contingebam veniebat
in memoriam aliarum feminarum
in animo ¶ Dicebat de abbate Helladio
quod sederat viginti annos in cella
et non levaverit oculos suos sur-
sum ut videret tectum ¶ Dixit senex
quia interrogavit frater abbatem
Pambo si bonum est laudare
proximum. Respondit ei Bonum est
magis tacere ¶ Facta est aliquando
celebracio missarum in monte
abbatis ~~Pesemi~~ Anthonii et
inventum est ibi metridum vini. Et
tollens unus de senibus parvum
calicem portavit ad abbatem
Sysoi et dedit ei et bibit semel
et secundo obtulit ei et tercio et non
accepit dicens Quiesce frater. Nunc
nescis quia est sathanas ¶ Dixit
abbas Sysois Castimoniam
in tribulacione homini abit et celibus cum
parchi coronabit ¶ Hortatur
oportet ancillas dei initium

quo dam quibus vicijs dimicit se gotam via. Similiter dixit abbatissa Si perfectus monachus esses non respexisses nos sic ut cognosceres quod femine eramus.

¶ Accedit aliquis presbiter de Scethi ad episcopum Alexandrinum et cum reuersus esset in Scethi interrogauerunt eum fratres Quomodo est ciuitas. Ille autem dixit eis Credite mihi fratres ego in facie cuiusquam hominis nullius vidi nisi tantum episcopi. Illi autem audientes mirati sunt et dixerunt Quomodo putas facta est omnis multitudo. Presbiter vero respondit hesitantes illos Coegi animo meo ne intuerer faciem hominis. Ex hac relatione profecerunt fratres ut custodiant se ab extollencia oculorum suorum.

¶ Dicebat de abbate petro cognomento pyonia qui erat in cellijs quia vinum non biberet. Cum autem senuit rogabat eum fratres ut sumeret modicum vini. Quod cum non acquiesceret tepefaciebat aquam et ita ei offerebat. Et dicebat Credite mihi fratres quia velut conditum illud accipio. Et adiudicauit quod se tepida aqua esse contentum.

¶ Dixit abbas Euagrius quia dixerit senex quidam propterea amputo a me delectaciones carnales ut etiam iracundie occasiones abscidam. Scio enim eam pro ipsis aduersum me pugnare et per delectaciones ut conturbaret mentem meam et intellectum meum expelleret.

¶ Frater quidam rogauit abbatem Epyfanium dicens Quomodo facio quia frequenter curro ad ecclesiam et frequenter fratres pro caritate ad cibum retinent me. Dixit ei senex Omnem operam eius. Dicit quidem Abraham discipulus eius Si occurrit in sabbato et dominica ad ecclesiam et biberit frater tres calices ne multum est. Dicit ei senex Si non esset sathanas non esset multum.

¶ Dixit abbas Beniamin qui erat presbiter in cellijs quod applicuissemus in Scethi ad quendam senem et voluissemus ei dare modicum olei. Et ille dixit ei Ecce ubi iacet illud paruum vasculum quod attulisti ante tres annos et quomodo posuisti illud sic remansit. Audientes nos admirati sumus conuersacionem eius.

¶ Dicebant de abbate Agathone quia per triennium lapidem in ore suo mittebat donec taciturnitatem disceret.

¶ Venit aliquando abbas Achillas in cellam abbatis Ysaie in Scethi et inuenit eum comedentem. Miserat enim in catino sal et aquam. Videns autem quia abscondit illud post plectas de palmis Dicit illi Dic mihi quid manducas. Ille respondit Ignosce mihi abba quia palmas incidebam et ascendi in caumate propter intinxi modicam buccellam in sale et misi in ore meo et exaruerunt fauces mee et panis non descendebat buccella quam in ore meo miseram propterea compulsus sum supponere modicum aque in sal ut uel sic glutire possim sed ignosce mihi. Et dicebat abbas Achillas Venite et videte Ysaiam iuscellum comedentem in Scethi. Si vis manducare iuscellum descende in egiptum.

¶ Dixit abbas Ysidorus Quadraginta annos esse quod sentiret quidem motum peccati in mente sua nunquam tamen consentiret neque cupiditati neque iracundie

Dixit abbas Macharius
Si aliquem increpare volueris
et ad iracundiam commoueris
propriam passionem imples
Non enim ut alium salues te
ipsum perdas. Ferebant de
abbate pastore quia dum
vocatus fuisset ad man
ducandum contra voluntatem
suam ibat lacrimando ne in
obediens esset fratribus
suis et contristaret eos. Factum
est aliquando festiuitas in
Scithi et dederunt seni i
calicem vini qui abiciens
dixit Tolle a me mortem
istam. Quod videntes alii
qui cum eo edebant nec ipsi bi
bebant. Alia vice allatum
est ibi vasculum vini de
primicijs ut daretur fratribus
ad singulos calices. et
introeunte quodam fratre
et vidente quod vinum acci
perent fugit in criptam et que
cripta cecidit mox. Et cum
audissent fratres currentes
inuenerunt seminecem
fratrem iacentem. Et cum au
dissent ceperunt abiurgare
eum dicentes. Bene tibi
contigit quia vanam gloriam
habuisti. Abbas autem
respondens eum dixit Dimitte
te filium meum bonum opus
fecit. Et viuit dominus quia
non reedificabitur cripta
temporibus meis ut cogno
scat mundus quia propter calicem
vini cecidit cripta in
Scithi. Interrogauit quidam
frater abbatem Ysidorum senem
dicens in Scithi dicens Quare sic
fortiter demones te timent
Dicit ei senex Ex quo factus
sum monachus studeo ne per
mittam iracundiam usque ad fau
ces meas ascendere. De quodam
a demone fornicacionis valde temptato

Fuit quidam omnino in con
uersacione sollicitus et
cum valde a fornicacionis
demone turbaretur venit
ad quendam senem et retulit
ei cogitaciones suas. Ille
autem audiens quod inexpertus erat
indignatus est et misera
bilem dicebat esse fratrem illum
et indignum monachi habitu qui ma
eiusmodi cogitaciones reciperet
Hic autem frater audiens desperans
se ipsum reliquit propriam cellam
et ad seculum redibat. Secundum
autem dispositionem dei occurrit
eius abbas Appollo et vi
dens eum perturbatum et nimis
tristem interrogauit eum dicens
Fili que est causa tristicie
tue. Ille autem pro multa con
fusione animi sui non respondit
quicquam prius. Cum vero cum multum
rogaretur a sene quid circa se
ageretur confessus est dicens
quod cogitaciones fornicacionis
continue inquietant me quod
confessus sum illi seni et
secundum verba eius non est spes
salutis desperans ergo inopinatus
ad seculum redeo. Hec autem pater
Appollo audiens velut sa
piens medicus multum re
gilabat et amonebat dicens
Noli timere fili neque de
speres te ipsum. Ego enim in

hac etate atque comisacione
valde ab huius cogitacionibus
inquietabar nec quoque deficias
huius ~~cogitacione~~ oracione
que non tantum humana calliditu-
dine quam inimici impugnacione cunct-
tum dona in hodie quod peto
revertere ad cellam tuam. Frater autem
fecit sic. Abbas autem Apollo
discedens ab eo pervenit ad
cellam senis illius qui ei de-
speracionem fecerat et stans
foris deprecatus est dominum cum
lacrimis dicens. Domine qui tem-
ptaciones utiles infers
converte bellum quod patitur fra-
ter hic in senem ut pro p. incitu
in senectute sua discat quod
tempore longo non didicit quam
compaciatur hiis qui huiusmodi
cogitacionibus perturbantur.
Finita cum oracione complevisset
vidit ethiopem stantem iuxta
cellam et sagittas immittentem
contra illum senem. Quibus ille
perforatus statim tamquam ebrius
a vino huc atque illuc ferebatur.
Et cum non posset tollerare
egressus de cella eadem via
qua ille iuvenis ad seculum re-
dibat. Abbas autem Apollo
intelligens quod factum fuerat
occurrit illi et accedens ad eum
dixit. Ubi vadis vel que causa
perturbacionis te obtinet te.
Ille autem senciens quia intelligeret
secretum mentis que ei evenerant pre
verecundia nichil dicebat. Dice-
bat autem Apollo. Revertere ad
cellam tuam et de cetero agnosce
infirmitatem tuam et habe temet
ipsum quia ignoratus es a
diabolo vel usque modo a contemptus

quia nec meruisti saltem in-
ter virtutum viros contra diabolum habere
luctamentum. Hic autem diem
luctamentum qui nec uno
die aggressionem eius por-
tare potuisti. Hoc autem tibi
contigit quia iuvenem illum
a communi adversario impugnatum
suscepisti cum debuisses con-
solari etiam eum consolacione
verbis non nocendo desperacione
posuisti. Non cogitasti illud
sapientissimum preceptum quo iube-
mur. Erue eos qui ducuntur
ad mortem vel non negligas
redimere occidendos. Sed
neque parabolam salvatoris
nostri dicentis. Arundinem quas-
satam non debere confringi
et linum fumigans non ex-
tingui. Nemo enim poterit
ferre insidias diaboli neque
bulliencium nature ignem ex-
tinguere vel retinere nisi dei
gratia conservet infirmitatem
humanam. Completa itaque in
nobis salutari dispensacione
cunctis oracionibus dominum depre-
cemur ut adversum te demis-
sum flagellum auferat. Qui in-
misit dolorem facit et iterum
saluti restituit. Percutit
et manus ipsius sanant. Humi-
liat et exaltat. Mortificat
et vivificat. Deducit ad in-
feros et reducit. Hec dicens
oracionem implet et statim ab
illato sibi bello senex ille
liberatus est. Denique commonuit
abbas Apollo ut peteret
sibi dari a deo linguam erudi-
tam ut sciret tempus quo
oporteat loqui sermonem

Narraverunt de abbatissa
Sara quia manserit tredecim
annis fortiter a fornicationis
demone inpugnata et numquam
oravit ut recederet ab ea
hec pugna sed solum hoc di-
cebat Deus da mihi fortitudinem.
Dixerunt iterum de ea
quia infestiores ei fuerunt
aliquando immittentes fortius
fornicationis demones
mittentes in cogitationes
eius seculi vanitates. Illa
vero non relaxans animum a
timore dei et proposito ab-
stinentie ascendit semel
super lectum suum orare et
apparuit ei corporaliter
spiritus fornicationis et
dixit ei Tu me vicisti
Sara. Illa autem respondit
Ego te non vici sed dominus
meus Ihesus Christus. Frater
quidam cum a fornicationis
spiritu teneretur profectus est ad quen-
dam senem magnum et roga-
bat eum dicens Ostende cari-
tatem et ora pro me quia a
fornicatione sollicitor.
Senex autem deprecatus est
deum pro eo. Et iterum secundo
veniens ad senem eundem sermonem
dixit. Similiter non neglexit
orare deum dicens Domine re-
vela mihi unde hoc frater
operatio ista diaboli quia deprecatus
sum te et requiem non dum
invenit. Et revelavit deus
que agebantur erga fratrem
illum. Et vidit eum sedentem
et spiritum fornicationis
iuxta illum et ipsum ludentem cum
eo et angelus stabat missus
in adiutorium eius et indignabatur
adversus fratrem illum quia se non
prosternebat deo sed quasi delectabatur
in cogitationibus suis totam
mentem suam ad hoc declinans.
Et agnovit senex quia causa
magis ab eodem fratre esset. Et
nuntiavit ei dicens Tu consentis
cogitationibus tuis et docuit eum
quomodo talibus cogitationibus de-
beret obsistere. Et respirans
frater doctrina senis illius et
oratione invenit requiem a tem-
ptatione sua. Dicebant de
quodam sene qui descendit in
Scithi et habebat filium adhuc
sugentem lac qui cum in mona-
sterio nutritus esset nesciebat
quid esset mulier. Cum autem factus
fuisset vir ostendebant ei
demones nocte habitum mulierum
et nuntiavit patri suo et mi-
rabatur. Aliquando autem ascendit
cum patre suo in Egiptum et
videns mulieres dicit patri
suo Abba ecce isti qui ve-
niebant ad me nocte in
Scithi. Et ille dixit ei Isti
quos vides monachi sunt de
seculo fili alio habitu utuntur
isti et heremite alio. Et miratus
est senex quomodo in Scithi os-
tenderunt ei demones yma-
gines mulierum et statim reversi
sunt in cellam suam. Fuit
aliquando quidam in Scithi ut frater
monachus qui accepit filium
suum parvum ablactatum. Cum
autem factus fuisset iuvenis ce-
perunt impugnatores demones
sollicitare eum et dixit patri
suo Vado ad seculum quia non
valeo carnales concupiscentias

sustinere. pater autem eius consolabatur eum dixit quoniam iuvenis ille. Iam sustinere non valeo ~~carnalibus temptacionibus~~ pater dimitte me redire ad seculum dicit ei pater suus Audi me fili adhuc semel et tolle tibi quadraginta panes et folia palmarum dierum quadraginta et vade in heremum interiorem et esto ibi quadraginta diebus et voluntas domini fiet. Qui obediens patri suo surrexit et abiit in heremum interiorem et mansit ibi laborans et faciens flectus de palmis et panem siccum comedens. et cum ibi diebus viginti quievisset eccem vidit opus quoddam dyaboli venire super se et stetit coram ipso velut mulier ethiopissa fetida et turpis aspectu ita ut fetorem eius sufferre non posset et abiciebat eam a se Et illa dicebat ei Ego sum que in cordibus hominum dulcis appareo sed propter obedienciam tuam et laborem quem sustines non permisit me deus seducere te sed innotui tibi fetorem meum. Ille autem surrexit et gracias agens deo venit ad patrem suum et dixit ei Iam nolo ire ad seculum vidi enim operacionem dyaboli et fetorem eius Cognoverat autem pater eius de hac re et dicit ei Si mansisses quadraginta dies et custodisses usque ad finem mandatum meum maiorem huius vidisses

¶ Senex quidam sedebat in longinquo heremo qui habebat unum parentem et desiderabat eum post multos annos videre et quesivit in quo loco habitaret Surrexit et venit in via heremi illius et invenit camelarios et accepit pellicias et ingressus in heremum cum eis. Ille autem habebat discipulum. Venit cum venisset ad unum senis cepit signis sciscitari indicare dicens Ego sum ille parens tuus et mansit apud eum. Erat alius monachus sedens in inferiori parte heremi qui implebat sibi ursiculam aque et horam quam manducare voluisset subito invenit ursiculam aque et effundebat aquam. Cum inspirante deo dixit in semetipso Ingredior in heremum et video hoc quod non evenit de aqua senioris. Et surgens abiit. Et cum sero factum esset dormivit in templo quodam ydolorum ipse monachus et audivit demones dicentes Ista nocte precipitavimus illum monachum in fornicacionem. Quod cum audisset contristatus est et veniens ad senem invenit eum tristem et dicit ei Quid faciam abba quia impleo non vasculum aque et hora manducandi effundi. Et dixit ei senex Tu venisti ad me interrogare quare urciola tua recipitur ego quid faciam quia hac nocte cecidi in fornicacionem Cui videt Et ego cognovi Dixit ei Unde scis Et dicit ei dormiebam in templo et audivi demones loquentes de te Et dixit senex Ego vado ad seculum Ille autem rogabat eum dicens Noli pater sed permane in loco tuo mulierem vero dimitte hic hoc enim ex inimici evenit. Et non audivit senex

sustinuit ꝓ tenebris et aggrauans
conuersacioem suam cum lacrimis donec
rediret in priore ordinem suum
Narrat quidam interrogauit
senem dicens Si contigat hominem
in temptacionem cadere quid fit
propter eos qui scandalizantur
in eo Et narrauit senex de
Dyaconus quidam erat nimis
in monasterio egypti Quidam autem quidam
curialis iudicis in persecucionem
patitur et venit cum omni domo
sua ad monasterium et co[n]operante
iniquo incurrit dyaconus in
mulierem eius Et factum est
omnibus fratribus confusio Ille
autem abiit ad quendam senem et
indicauit ei rem Senex vero
habebat occultam cellulam interiorem
Quam cum vidisset dyaconus ille
dixit Sepeli me hic viuum
et non indices cuiquam Et in-
trauit in obscuritatem celle illius
et egit illic penitenciam ꝓ veritate
Contigit autem ut post ali-
quantulum temporis non ascenderet
aqua in flumine Nili Et cum omnes
letanias facerent reuelatum
est cuidam sanctorum quod nisi ve-
niret dyaconus qui absconsus
est apud illum talem monachum non
ascendet fluminis aqua Et
cum audissent admirati sunt
et venientes eiecerunt eum
de loco in quo erat Et orauit et
ascendit aqua Et qui aliquando
scandalizati fuerant ipso edi-
ficati sunt et propter eius penitenciam glori-
ficauerunt deum Duo fratres impugnati
a fornicacione abierunt et
acceperunt vxores postea dixerunt
ad inuicem Quid lucrati sumus
quod dimisimus angelicum ordinem
et venimus in immundiciam hanc
et post hec in ignem tormenti venturi
sumus Videamus ergo iterum adhe[re]m

et agimus de hijs que fecimus
penitenciam Et venientes ad heremum
rogauerunt patres et susceperunt
eos penitentes Et confitentes
ea que gesserant reclauserunt eos
senes annum integrum et am-
bobus equaliter ad pensum dabat
panes et ad mensuram aquam
Erant autem visione consimiles
Et cum completum fuisset tempus
penitencie exierunt et viderunt patres
vnum pallidum et tristem nimis
alium rubicundum et clarum et
mirati sunt quoniam et cibum et
potum equaliter acceperant Et
interrogauerunt eum qui tristis
et afflictus erat dicentes Quid
operabaris cum cogitacionibus tuis
in cella tua Et ille dixit pro malis
que feci penas in quas venturus
eram in animo meo reuoluebam
a timore adheserunt ossa mea
carni mee Interrogauerunt autem
et alium dicentes Et tu quid cogitabas
in cella tua Et ille respondit deo gracias
referebam quod eruit me de inquina-
mento mundi huius et de futuri secu-
li penis et reuocauit me ad hanc
conuersacionem angelicam et reminiscens
dei mei letabar Et dixerunt
senes Equalis est amborum penitencia
apud deum Senex quidam erat
in Scithi qui cum incurrisset egritudinem
magnam seruierunt ei fratres
Et videns senex quod laborarent
dixit vado in egiptum ut non solum
fratres istos Et dixit ei abbas
Moyses Non vadas quod in forni-
cacionem incursurus es Ille
autem contristatus dicebat mortuum
est corpus meum et tu mihi ista dicis
Surgens abiit in egiptum Quod
cum audissent homines circumquaque
munera offerebant ei multa
Venit eciam quedam virgo fidelis
volens obsequium suum sem-

infirmitati impendere. Et post
aliquantum temporis cum paululum
de egritudine qua tenebatur me
lius habuisset incurrit in eam et
illa concepit. Interrogata autem
a vicinis loci unde concepit
respondit de hoc seniore. Illi autem
non credebant. Senex vero di
cebat hoc ego feci sed custodite
infantem que paritura est. Et cum
genuisset puerum et ablactatus
fuisset tulit senex infantem
in humeros suos et descendit quando erat
festivitas in Scithi occurrit
ibi et intravit ecclesiam coram
multitudine fratrum. Illi autem
videntes eum fleverunt. Senex dixit
fratribus videtis infantem hunc filius
est inobedientie. Cavete ergo vos
fratres quia in senectute hec feci
et orate pro me. Et pergens in
cellam suam ad initium prime conversa
tionis sue reversus est. Duo fra
tres processerunt ad amicitiam et
venerunt quod fuerunt operati
zelias (?) in amicitate fuissent
dimissus incurrit unus fornicationem
veniens autem frater eius post ea dixit
ei. Veni tecum in cellam nostram frater.
Ille vero dixit. Non venio. Et in
terrogavit eum ille dicendo. Quare
frater. Et ille dixit. Quia cum
discessisses a me incurri in
temptacionem fornicationis. Ille
autem volens lucrari eum cepit dicere
Ecce et ego sic contigit cum separatus
sum a te incurri et ego in for
nicationem. Eamus hic ut simul
penitentiam agamus cum omni labore
et dignoscet nobis peccatum
Cum advenisset in cellam re
tulerunt senibus quod eis contigerat
dederunt eis illi mandata qualiter
penitentiam agerent. Ille autem unus
non pro se sed pro illo alio fratre
penitentiam agebat tanquam si ipse peccasset

videns autem deus laborem
et caritatem eius in paucis
diebus manifestavit uni
de senibus quod pro multa cari
tate illius fratris qui non pec
caverat indulsit illi qui
fornicatus est et vere hic est ponere
animam pro fratre suo. Interrogat
frater seniorem quid agam quia cuncti
motus mei pro labore vincunt
me. Dicit ei senex. Nos enim
nunquam Ioseph cum esset puer
in egipto in terra alienigena vendi
ta quemadmodum temptationes
pertulit. Et deus glo
rificavit eum usque in fine videlicet
et Iacob quia se non relaxavit
timens deum unum cum apperitione dei
nullius movere prevalent
Solitarius quidam erat in
inferioribus egipti partibus hic
erat nominatissimus quia solus
in cella sedebat in deserto loco
et ecce instinctu (?) operacione sathane
mulier quedam inhonesta audiens
de eo dicebat iuvenibus. Quid
vultis mihi dare et deponam istum
solitarium virum. Illi autem con
stituerunt ei quid daturos
se ei. Et ipsa egressa vespere
venit in cellam eius velut
errans et cum pulsasset cellam
egressus est ille et videns eam
turbatus est dicens. Unde huc
venisti. Illa autem quasi plorans
dicebat. Errando huc veni
Cum ei misericordie visceribus
pulsaretur introduxit eam
in atriolum cellule sue et ipse
intravit intrinsecus in cellam
suam et clausit. Et ecce infelix
illa clamavit dicens. Abba
fere comederunt me. Ille autem
iterum turbatus est timens et
iudicium dei dicebat Unde mihi
venit ira hec. Et aperiens ho
stium introduxit eam intro

Cepit autem diabolus velut sagittis
stimulare cor eius in eam Dein-
de cum intellexisset diabolus esse stimu-
los dicebat intra semetipsum
Vie inimica tenebre sunt filiis
autem dei lux Surgens ergo
incendit lucernam Et cum inflam-
maretur desiderio dicebat Qui
qui talia agunt in tormenta va-
dunt proba ergo teipsum ex hoc
si potes sustinere eternum
ignem et mittebat digitum suum in
lucernam Quem cum incendisset non
sentiebat propter nimiam flammam
concupiscentie carnalis et ita faciens
usque mane incendit omnes
digitos suos Illa autem infelix
videns quod faciebat a timore
velut lapidea facta est Et venien-
tes mane invenerunt qui eam
miserant ad monachum illum dice-
bat Venit huc mulier sero
Ille autem dixit Etiam Ecce ubi
dormit Et intrantes invenerunt
eam mortuam Et dicunt Abba
mortua est Tunc ille revolvens
palliolum quod super quo utebantur
ostendit eis manus suas dicens
Ecce quod fecit mihi ista filia
diaboli perdidit omnes digitos
meos Et narravit eis quod factum
fuerat dicebat Scriptum est Non
reddes malum pro malo Et fa-
ciens orationem suscitavit eam
Et ne commissa ea se ~~[illegible]~~ infugit
residuum temporis vite sue Quam
multa impugnabatur a fornicatione
Contigit autem ei ut veniret
in vicum quendam egipti Et videns
filiam sacerdotis paganorum ada-
mavit eam Et dixit patri eius Da
mihi eam in uxorem Ille
autem videns dixit ei Non possum
dare eam tibi nisi prius interroga-
vero deum meum Et abiens ad
demonem quem colebat dixit ei
Ecce monachus quidam venit
volens accipere filiam meam Do
eam ei Et respondens demon dixit ei

Si negat deum suum et baptismum
et propositum monachi interroga eum Et
veniens dixit ei Nega deum tuum
et baptismum et propositum monachi
et dabo tibi filiam meam. Ille
vero consensit Et statim vidit
velut columbam exire de ore suo
et volare ad celum Pergens autem
sacerdos ad demonem dixit ei Ecce
promisit se tria illa facturum
Tunc videns diabolus dixit ei
Non des ei filiam tuam in uxorem
quia deus eius non recessit ab
eo sed adhuc adiuvat eum Et
veniens sacerdos dixit ei Abi frater
Non possum tibi dare eam quia
deus tuus adhuc adiuvat te
et non recessit a te Hec audiens frater
dixit in semetipso Si tantam
bonitatem ostendit in me deus
cum ego infelix negaverim eum
et baptismum et propositum monachi
bonus autem deus etiam sic mali
adiuvat nunc usque me cur ego
recedam ab eo Et in semetipsum
reversus recepit sobrietatem mentis
Et venit in heremum ad magnum
quendam senem et narravit ei rem
que acta fuerat Et respondit ei
senex Sede mecum in spelunca
et ieiuna tres ebdomadas con-
tinuas et ego deprecabor dominum pro
te Et laboravit senex pro fratre
et deprecatus est deum dicens Obsecro te
domine dona mihi animam hanc et suscipe
penitentiam eius Et audivit
deus orationem eius Et cum completa
fuisset prima ebdomada venit
senex ad illum fratrem et interrogavit
dicens Aliquid vidisti Et respondens
frater dixit Etiam vidi columbam sur-
sum in altitudine celi contra caput
meum volantem Et videns senex
dixit ei Attende tibimetipsi et
deprecare deum attente Secunda vero
venit iterum senex ad fratrem et interro-
gavit eum dicens Vidisti aliquid Vidit
Vidi columbam venientem iuxta
caput meum Et precepit ei senex dicens

Sobrius esto mente et orans Et com-
pleta tercia ebdomada venit iterum
senex et interrogavit eum dicens Nec
aliquid plus vidisti Et ille respondit
Vidi columbam que venit et stetit
super caput meum et extendi manum
meam tenere eam Illa autem sur-
gens intravit in os meum Et
gratias agens deo senex dixit fratri
Ecce suscepit deus penitentiam tuam
de cetero attende tibimet ipsi et esto
sollicitus Et respondens frater dixit
Ecce amodo ero tecum donec mo-
riar ¶ Dicebat quidam de thebeis
senioribus quod ipse esset filius sacerdotis
ydolorum Et cum parvulus sederet in
templo et vidisset patrem meum fre-
quenter ingredi sacrificia offerre
ydolo et post semel occulte post illum
intraverim et viderim sathanam
sedentem et omnem miliciam eius asta-
ntem ei Et ecce unus de principibus
eius veniens adoravit eum Cui
dyabolus dixit Unde venis tu Et
ille respondit In illa provincia eram
et suscitavi illic bella et perturba-
ciones plurimas et effusiones
sanguinis faciens veni nunciare
tibi Et dyabolus iussit eum fla-
gellare dicendo Tanto tempore
hoc fecisti solum Et ecce alius veniens
adoravit eum Et ipse dixit Unde
venis tu Et ille demon respondit
In mari eram et suscitavi commo-
ciones et dimersi naves et mul-
tos homines occidens veni ut
nunciarem tibi Et dixit ei dyabolus
Quanto tempore hoc fecisti Et ille
respondit Infra dies viginti
Et hunc iussit similiter flagellari
dicens Quare in tantis diebus hoc solum
fecisti Et tercius venit et adoravit
eum dixit autem huic Et tu unde venis
Et respondit In illa civitate fui et
dum ibi fierent nupcie commovi li-
tes et multas effusiones sanguinis
feci et insuper ipsum sponsum occidi
et veni nunciare tibi Et dixit ei
In quantis diebus hoc fecisti Respondit
Decem Iussit autem et hunc tamquam mo-
ratus fuerit flagellari Venit autem

et alius adorare eum et dixit ei
Unde venis Et respondit In here-
mo eram ecce quadraginta anni sunt
quod impugno monachum quendam
et vix nocte ista prevalui
ut facerem illum fornicari Et
dyabolus audiens consurgens osculatus est eum
et tollens coronam quam ipse ha-
bebat posuit in capite eius
et fecit sibi in una sede consedere
dicens Magnam rem et fortem
egisti Et hoc loco ego au-
disse dixi intra meipsum val-
de magnus est ordo monachorum
Et ita placuit deo donec in meam
salutem egressus sum et
factus sum monachus ¶ Quidam
frater stimulatus est a fornicacione
et surgens de nocte perrexit ad
senem et dixit ei cogitaciones suas
et consolatus est eum senex et ipse
consolacione proficiens reversus est
in cellam suam Et ecce iterum stimulus
fornicacionis temptavit eum
Ille autem iterum abiit ad senem
Et hoc frequenter ei contigit Senex
vero non contristavit eum sed loquebatur
ei que ad utilitatem eius pertinent
dicens Non cedas dyabolo neque laxes
animum tuum sed magis quociens mo-
lestus est tibi demon veni ad
me et increpatus et ita increpatus
discedit Nichil enim sic contri-
stat ipsum demonem fornicacionis
quam si revelentur stimulaciones
eius Et nichil ei sic letifi-
cat quam si abscondantur cogi-
taciones Venit ergo frater undecies
ad senem accusans cogitaciones
suas Postea autem dixit frater seni
Ostende caritatem abba et dic
michi verbum Dicit ei senex Crede
fili quia si permitteret deus cogita-
ciones meas quibus stimulatur
animus meus in te transferri non eas
portabis sed omnino corrueres deor-
sum Hec autem dicente sene propter
nimiam humilitatem eius quievit
stimulus fornicacionis a fratre
¶ Venit aliquando frater ad quendam
senem Dicit ei Abba meus solet

me egredientes huc atque illuc
et propter hoc ego affligor. Et
rogauit eum senex dicens: Co-
minus porta fili, et deus videns
laborem sustentacionis tue
reuocat eum a te. Neque enim
possibile est ut cum duricia et
austeritate fratrem ab intencione
sua aliquis reuocet, sed nec
demon compellit demanere, sed
magis benignitate reuocari eum
a te. Cum enim et duo in conpla-
do hominis ad se venit et narrat
ei dicens: Et mea fuit in Thebaida
duo fratres cum omni intrinsecus
fornicacione dixit ad alium: Re-
uertar ad seculum. Alter vero plorabat
dicens: Non te dimitto frater discedere
et perdere laborem tuum et virginitatem.
Ille vero non acquiescebat dicens:
Non hic sedebo, sed vado. Aut veni
mecum et iterum sedebo tecum, aut
certe permitte me ut permaneam
in seculo. Vadens autem frater
nunciauit hoc cuidam seni ma-
gno. Dixit autem senex: Vade cum
ipso et deus non permittet corruere
illum per laborem tuum. Et mox consur-
gens abiit cum eo ad seculum. Et
cum peruenisset ad quendam vicum,
videns deus laborem illius quia
pro caritate et pro necessitate fratris
sui compellebatur, abstulit concupiscentiam
a fratre suo. Et dixit frater eius:
Eamus iterum ad heremum frater.
Ecce puta quia iam peccaui
cum muliere, quid lucratus sum
per hec? Et reuersi sunt illesi in cellam
suam. Monachus quidam solitarius
antiquus et virtutibus perfectus
sedebat in monte in parte Anthi-
nij sicut audiuimus a notis
monachis eius, vbi et actu
multis proficiebat. Et cum talis
esset, inuidiatus est dyabolus, ad
inuidiam commotus sicut contra
omnes virtutum viros, et immittit
in animo eius tale cogitatum
ut ei qui in tali conuersacione
esset non deberet seruiri
ab alio aut ministerium exhiberi

sed magis ipsum debere aliis mi-
nistrare. Cum si aliis non exhiberet
ministerium, saltem sibi ipsi faceret.
Dixit: Vende te in ciuitatem sportel-
las tuas quas facis et emere
que opus sunt et reuertere ad locum
illum et nulli sis onerosus. Hoc
autem suggerebat dyabolus inuidens
quieti eius et optime vacacioni
ad deum et vtilitati multorum. Vndi-
que enim inimicus venari eum et
capere festinabat. Ille vero tamquam
bone cogitacioni acquiescens
descendit a monasterio suo et qui
erat omnibus admirabilis, ignotus
tamen huiusmodi insidiarum astucie
notus et famosus omnibus agentibus
videbatur. Conueniens autem cum non per
longum tempus mulierem vidisset, pro
incautela sua supplantatus est
et ingressus est cum ea. Et veniens in
desertum locum propinque dyabolo vesti-
gia eius cadit iuxta flumen, et
cogitans quod gaudium esset inimico
de ruina eius voluit se ipsum
desperare quia spem domini magnum
contristauerat et sanctos angelos
et venerabiles patres quorum multi
etiam in ciuitatibus habitantes superauerunt
dyabolum, et cum nulli se horum similem
facere posset, contristabatur valde. Et non
recordabatur quod deus est qui tribuit
virtutem hiis qui ad eum deuotissime
conuertuntur. Cecus et non videns pecca-
tum sui curare voluit se in flumen illud
iactare ut perfectum gaudium faceret
inimico. De multo enim animi
dolore infirmatus est corpore,
et nisi postea misericors deus
auxilium prestitisset, ei ad perfectum
gaudium inimici sine penitentia mo-
reretur. Reuersus autem in se ipsum
cogitauit maiorem laborem in
afflictione penitencie demonstrare
et supplicare deo in fletu et luctu.
Inde redijt iterum ad monasterium suum
et claudens hostium celle sue sicut
solet super mortuum ita flebat
supplicans deo. Ieiunabat autem et

vigilanti cum omni anxietate
consumavit corpus suum. nec
sic satisfactum putabat deo suo
quin congrue permansisset fratribus
aut sepe venientibus ad eum sue
utilitatis causa et pulsantibus
hostium ipse dicebat non se posse
aperire dicens Sacramento me con-
strinxi unum annum devote penitentiam
agere et orare pro me. Hec non
tremebat quod fratres conspice-
rent quamvis illi scandalizabantur
audientes ideo quia erat apud
illos honorabilis et valde magnus
monachus. Perfecit totum annum
ieiunans intente et devote penitentiam
agens. Die autem pasche nocte
ipsa resurrectionis dominice tol-
lens lucernam novam et faciens
eam posuit in cancellis novam et ac-
cipiens de conceptulo aperto sur-
rexit ad orationem dicens Misericors
et miserator deus qui omnes vis
salvare et ad veritatis agni-
tionem venire ad te confugi fi-
lius salvator miserere mei
quia plurimum te exacerbavi
et inimicum gaudere feci et ecce
mortuus sum obediens ei. Tu
domine et impiis et iniustis qui sic
sine misericordia misereris sed
et proximis iubes impendi
precipis misereri humilitati
mee apud te enim impossibile
nichil est quoniam sicut in inferno dis-
sipatus est sicut pulvis anima mea
Sic iam quia benignus es et mi-
sericors figmento tuo qui et
corpora que non sunt in die resur-
rectionis resuscitabis. Exau-
di me domine quia defecit spiritus
meus et infelix anima mea ta-
befacta est. ecce corpus meum quod
coinquinavi et iam vivens non
valeo prorsus quod non credidi. Igno-
scit patrum propriam duplex habite
patrum comparatione vivifica me
contritum et igne tuo precipe
hanc lucernam accendi ut et ego
accipiens latam fiduciam mi-

et indulgentie tue residuum
tempus vite quod non donavis
mandata tua custodiam et a
timore tuo non recedam sed
devote serviam tibi amplius quam
primo. Et hec in nocte ipsa resur-
rectionis cum multis lacrimis
dicens surrexit ut videret
si accensa esset lucerna in di-
stinctis cancellis et vidit quia
non esset accensa et cecidit
iterum in faciem suam rogans dominum
et dicens Scio domine quia
certamen factum est ut coronarer
et non steti in pedibus meis eli-
gens magis propter carnis
delectacionem impiorum tormenta.
Parce domine iam enim
iterum confiteor bonitati
tue turpitudinem et meam coram
angelis meis tuis et coram
iustis omnibus et nisi scanda-
lizari possent coram omnibus
hominibus confiterer. Deus mi-
serere mei ut alios eru-
diam. Dum vivifica me. Et hec in
tribus vicibus orans completis
in die surgens invenit lucernam
clare ardentem exultans in
spe et certatus est in gaudio
cordis admirans de gratia dei
quia et peccatis eius indulsit
et satisfecit iuxta peticionem
eius animo ipsius et dicebat
Gracias tibi ago domine quia et
vite seculi humus indigno mi-
sertus es in magno et bona
signo hoc fiduciam tribuens per
omnibus misericordiis quas tu
creasti. Et ea autem perseverante
et in confessione illuxit dies
et letabatur in domino oblitus
cibum corporalem. Igne autem lucerne
illius toto tempore vite sue
servavit oleum subinde super-
fundens et faciens desuper
quominus non extingueretur et
ita mansit divinus spiritus
habitavit in eo et factus est apud

omnibus insignis humilitatem ex-
hibens in confessione et in
actione gratias deo cum benedictione
cum esset ante aliquot dies
mortis sue revelatum est de
transitu suo. ¶ Frater temptatus a
demone profectus est ad quendam
senem dicens quia illi duo fratres
simul sunt et male vivunt. Co-
gnovit autem senex quod a demone
illuderetur et mittens vocavit
eos ad se. Et cum factum esset
vespere posuit mattam duobus
illis fratribus et cooperuit eos in
uno stratu dicens filii dei sancti
sunt. Dixit autem discipulo suo
hunc fratrem claude in cella seor-
sum. Ipse enim passiones quas
illis obicit habet in se. ¶ Frater quidam
temptatus est pessime a demone
fornicationis. Contingit enim de-
mones in specie pulcrarum feminarum
transformati quatuor continuis diebus
pervenerunt pugnantes ad-
versus eum ut traherent eum
ad turpem commixtionem. Ille vero
viriliter reluctatus est et illum
superatum deus aspiciens bonum
eius certamen donavit ei ut
ultra nullum calorem carnis
corporis pateretur. ¶ Temptatus
est aliquis discipulus senis ma-
gni a fornicatione. Senex
vero cum vidisset eum laborantem
dicit ei vis rogo deum ut sub-
levet a te istam molestiam. Ille
autem dixit video abba quia la-
boro pondus laboris huius
fructificat in me. Sed hic magis
roga deum in orationibus tuis ut
det mihi tollerantiam perquam susti-
neam. Dicit ei abbas suus. In
hoc cognovi quia in magno pro-
fectu es fili et supergrederis
me. ¶ Frater quidam stimulatus
est a fornicatione cepit decerta-
re et contendere abstinentia
sua per quatuordecim annos et a
cogitationibus suis custodiebat
ne consentiret concupiscentie. Sed
postea vero veniens ad ecclesiam
manifestavit omni multitudini

quod patiebatur. Et datum est man-
datum et omnes afflixerunt se pro
eo ebdomadam integram una ora-
tes dominum et quievit stimulus eius.
¶ Frater dixit seni. Ecce modo frequen-
ter occidit me sordida cogitacio.
Dicit ei senex. Quia mulier quando vult
ablactare infantem suum amarum
aliquid superungit uberibus suis
et cum venerit infans ex consue-
tudine sugere lac sentiens ama-
ritudinem refugit. Mitte ergo
et tu in cogitatione tua ama-
ritudinem. Dicit ei frater. Que est
amaritudo quam debeo mittere.
Dicit ei senex. Cogitacionem
mortis et tormentorum que in
futuro seculo peccatoribus preparantur.
Dixit quidam senex. Si ascendit
in cogitatione tua fornicatio
esto sicut qui transit in platea
per tabernam et sentit odorem coquine
adorem aut alicuius assature et
qui vult ingreditur et manducat
qui autem non vult odoratur
est tantum et preterit. Ita et tu abice ex-
cute fetorem. Surge et ora dicens
domine fili dei adiuva me. Hoc
autem fac adversus alias cogi-
tationes. Neque enim eradicatores
sumus cogitationum sed luctatores
adversus easdem cogitationes. ¶ Narrabat
de quodam patre quia scholasticus fuisset
et postea quam conversus fuisset
de concupiscentia uxoris sue frequenter
stimulabatur et narrabat hoc
patribus. Illi cum vidissent quia
operarius esset et manibus faceret
opus plus quam ei dicebatur impone-
bant quedam ut debilitaretur
corpus eius ita ut nec surgere
posset. Dei autem dispensatione
venit quidam pater ut applicaret
in Scithi. Et cum venisset ad
cellam eius vidit eam apertam et
pertransiit admirans quomodo
nemo egressus est in occursum
eius. Et reversus pulsavit ho-
stium celle dicens ne forte frater qui
in ea habitat infirmetur. Et cum
pulsasset intravit et invenit

cum minus infirmum. Et dicit ei: Quid habes pater? Et narravit ei dicens: Ego de seculari vita sum et sollicitat me mens mea nimium in uxorem meam, et narravit patribus, et imposuerunt ei quadraginta onera diversa, et cum obedientiam implere vellet, ecce defecit, tamen stimulus crescit. Audiens hoc senex contristatus est et dicit: Et quid patres ut potentes viri bene imposuerunt onera quibus gravaris? Sed si me paululum audies, iacta ante haec, et sume tibi panem cibi in tempore suo et recollige vires tuas et fac aliquantulum opus dei, et iacta in dominum curam tuam, quia tuo labore hanc rem non pateris superare. Corpus enim nostrum velut vestimentum est. Si igitur diligenter illud tractamus, stabit; si autem neglexerimus, putrescit. Cum autem audisset eum, fecit ita et intra paucos dies recessit ab eo stimulus.

De abbate Daniele et abbate Arsenio

Narravit abbas Daniel de abbate Arsenio quod venit aliquando Magistrianus deferens ei testamentum cuiusdam senatoris parentis eius qui reliquerat ei hereditatem magnam valde. Et accipiens testamentum voluit illud scindere. Magistrianus autem cecidit ad pedes eius dicens: Deprecor te ne scindas illud, quia incidetur mihi caput. Dicit ei abbas Arsenius: Ego quidem prius mortuus sum quam ille. Ipse autem modo mortuus est, et quid me fecit heredem? Remisit testamentum et nichil accipiens.

Narravit quidam patrum de abbate Iohanne persice quod multis virtutibus fuit ad perveniendum simplicitate

[Addition at the top of the right column, underlined in red:] sicca in vestimentis quod vivere reddidit et cum gaudio dedit. Et alter veniens rogabat eum ut daret ei aliquantulum lini ut texeret.

et innocentia venit. Hic autem manebat in arabia vicina egypti et mutuavit aliquando a fratre solidum unum et emit linum ut operaretur. Et venit frater rogans eum et dicens: Dona michi abba aliquantulum lini ut tegmine tu sibi faceret. Et dedit ei. Et multis aliis petentibus dabat cum gaudio simpliciter. Postea venit dominus solidi quem acceperat volens recipere quod mutuaverat. Et dicit ei senex: Ego offero tibi eum. Cum non haberet unde redderet, abiit ad abbatem Iacobum dispensatorem ut rogaret eum ut daret ei solidum quem redderet fratri. Cum autem veniret, invenit solidum in terra iacentem et non contigit eum, sed fecit orationem et reversus est in cellam suam. Et venit iterum frater ille et cepit ei molestus esse. Et dixit senex: Ego reddam tibi. Abiit iterum senex et invenit iterum solidum in terra ut prius erat. Et rursus facta oratione reversus est. Et ecce iterum frater cepit ei molestus esse. Et dixit senex: Adhuc semel me exspecta et affero tibi solidum tuum. Et surgens venit ad locum illum et invenit solidum ipsum ibi, et facta oratione tulit eum et venit ad abbatem Iacobum et dicit: Abba, cum venirem ad te, inveni hunc solidum in via. Ostende ergo caritatem et predica in vico ne quis perdiderit eum. Et predicavit abbas, et nemo inventus est qui perdidisset solidum illum. Tunc dixit senex

abbati Iacobo Cui ille Nemo
eum perdidit Dabo eum illi fra-
tri quia ipsi debeo solidos Et cum
venire ad te ut michi solidos
prestares et redderem debitum
meum cum mea Et minatus
est abbas Iacobus quod compulsus
pro debito venisset et non
statim suscepisset eum et reddi-
dit solidos fratri illi Et hoc
erat mirabile de ipso Etenim
si veniebat quis mutuum
aliquid petere non per se ipsum
dabat sed dicebat fratri mutuum
postulanti Vade tolle tu
ipse quantum opus habes et
cum revocabat quod mutuum
accepisset dicebat ei Re-
pone illud iterum in loco unde
tulisti Si autem nichil re-
vocabat ille qui mutuum
acceperat senex nichil ei requi-
rebat ¶ Quidam rogavit senem
quendam ut acciperet pauca
sibi utilitatibus profutura
Ille autem nolebat ut pote
qui opere manuum suarum
esset sibi sufficiens Et dum
ille persisteret obsecrando
ut saltem pro indigentium neces-
sitate susciperet Respondit
senex dicens Duplex michi
obprobrium est quia cum non in-
digeam accipio et aliena tri-
buens vanam gloriam colligo
¶ Venerunt aliquando quidam gre-
corum ut darent elemosinam
in civitate Ostracini et assump-
serunt sibi yconomos ecclesie
ut ostenderent eis qui neces-
sitatem maiorem haberent Illi
autem duxerunt eos ad quendam
leprosum et dederunt ei Ille
vero noluit accipere dicens Ecce
modicas palmas habeo

quas operor et facio plectas
et comedo inde panem Et iterum
duxerunt eos ad cellam unius
vidue que erat cum filiis suis
Et cum pulsarent hostium cucurrit
filia eius nuda ad hostium
Mater autem eius abierat ad
quoddam opus erat enim can-
didatrix et dabant filie eius
vestimentum et nummos Illa
autem nolebat accipere dicens
venisse matrem suam et dixisse
sibi Confide quia voluit deus
et inveni opus quod faciam hodie
unde habeamus victum hodie Et
cum venisset mater eius roga-
bant eam ut acciperet et noluit
dicens Ego habeo procuratorem
meum deum et vos cum vultis
tollere a me hodie Illi autem
agnoscentes fidem eius glori-
ficaverunt deum ¶ Venit vir ma-
gnus ignotus portans secum
aurum in Scithi et rogabat
presbiterum heremi ut eroga-
retur fratribus Dixit autem ei
presbiter Non opus habent fratres
Et cum nimis esset vehemens
et non ei acquiesceret posuit
sportam cum solidis in ingressu
ecclesie et dixit presbiter
Qui opus habet tollat et nemo
tetigit Quidam autem nec aspe-
~~xerunt~~ xerunt Et dicit ei
senex Suscepit deus oblationem
tuam vade et da illud pauperibus
Et valde edificatus discessit
¶ Obtulit quidam seni pecunias
dicens Habe ad expensas tuas
quia senuisti et infirmus es
erat enim leprosus Ille autem
videns dixit Post sexaginta
annos venisti auferre me
nutritorem meum Ecce tantum

temporis habens in infirmitate mea nihil indigui deo tribuente et pascente me et non acquievit accipere.

Narravit senex de quodam hortulano qui laboraret et omnem laborem suum expenderet in elemosinam et tantum sibi retineret quantum sibi sufficeret ad victum. Postea vero immisit sathanas in cor eius dicens: Collige tibi aliquantam pecuniam ne cum senueris aut egrotaveris opus habeas ad expensas. Et collegit et implevit lagenam de nummis. Contigit autem eum infirmari et putrescere pedem eius et expendit quod collectum fuerat in medicos et nihil ei prodesse potuit. Postea vero venit quidam de expertis medicis et dicit ei: Nisi incideris pedem tuum totum corpus tuum putrescet. Et constituerunt ut inciderent ei pedem. Ille autem nocte rediens in semetipsum et penitentiam agens de his que gesserat ingemuit et flevit dicens: Memor esto domine operum meorum priorum que faciebam cum laborem in orto meo et pauperibus ministrabam. Et hec cum dixisset stetit angelus domini et dixit ei: Ubi sunt nummi quos collegisti et ubi est spes de qua tractasti? Tunc intelligens dixit: Peccavi domine ignosce mihi et amodo ultra hoc non faciam. Tunc angelus domini tetigit pedem eius et sanatus est statim et surgens mane abiit in agrum operari. Venit ergo medicus secundum constitutum cum ferramentis ut precideret pedem eius. Et dicunt ei: Exiit mane operari in agro. Tunc admiratus medicus perrexit in agrum ubi operabatur et ille videns eum fodientem terram glorificavit deum qui reddidit sanitatem.

Frater autem interrogavit senem dicens: Vis teneo mihi duos solidos propter infirmitatem corporis? Videns autem senex cogitationem eius quod vellet tenere dixit: Tene. Et vadens frater in cellam suam contendebat cogitationibus suis dicens: Putas verum mihi dixit senex an non? Et surgens iterum venit ad senem agens penitentiam et rogavit ac dicens: Propter deum dic mihi veritatem quia affligor cogitationibus meis propter duos solidos. Dixit ei senex: Quia vidi te hanc voluntatem tenendi eos, dixi tibi ut teneres eos. Verum tamen non est bonum tenere plus quam opus est corpori. Si ergo duos solidos retinueris in ipsis inveniet spes tua. Et si contigit ut pereant nunquid deus non cogitat de nobis? Cogitemus ergo in eum iactemus in dominum quoniam ipsi cura est de nobis.

end of V, vi

Interrogatus est quidam senex a fratre quid faciat ut salvus esset. Ille autem expolians se vestimentis suis et accingens lumbos suos atque extendens manus suas dixit: Sic debet monachus esse nudus ab omni materia seculi et crucifigi se adversus temptaciones

atque retinaculum mundi. Frater
renuncians seculo et dans que
habebat pauperibus retinens
autem pauca in sua racione
venit ad abbatem Anthonium.
Quod cum cognovisset senex
dixit ei. Si vis monachus fieri
vade in illum vicum et eme
carnes et impone corpori
tuo nudo et sic veni huc.
Et cum sic fecisset frater ille
canes et aves corpus eius
lacerabant. Cumque premisisset
autem ad senem interrogavit si
fecisset quod ei dixerat.
Illo autem ostendente corpus
suum laceratum dixit sanctus
Anthonius. Qui renunciant
seculo et volunt habere pecunias
ita impugnati a demonibus
discerpuntur. Dixit abbas
Cassianus quia Sincleticus
aliquis nomine renunciasset
seculo et facultates suas
pauperibus divisisset aliqua sibi
retinuisset ad proprium usum no-
lens perfecte renunciacionis
humilitatem cum omnibus vite sus-
cipere regulam ad quem sancte
memorie Basilius hec dixisse.
Et senatorem esse perdidisti et
monachum te non fecisti. Frater
interrogavit abbatem Serapionem
dicens. Dic mihi unum verbum. Dicit
ei senex. Quid tibi habeo dicere
quia tulisti ea que erant
viduarum et orphanorum et
posuisti in fenestra. Viderat
enim eam codicibus plenam.
Erat quidam sanctorum
Philagrius nomine hic
habitabat in Jerosolimis et labo-
rabat operando ut potuisset
sibi ad panem sufficere et
cum staret in platea volens

vendere quod manibus suis
fuisset operatus contigit cuidam
cadere sacellum cum solidis
mille et inveniens eum senex
stetit in eodem loco dicens. Neces-
se est modo eum qui perdidit
huc venire. Et ecce venie-
bat qui perdiderat plorans
et tulit eum seorsum et reddidit
ei sacellum suum. Ille vero ro-
gabat ut acciperet aliquam
partem ex eo sed senex nulla-
tenus acquievit. Tunc ille
cepit clamare et dicere. Venite
et videte hominem dei quid fecit.
Senex autem occulte fugiens
exiit de civitate ne agnosceret
eum quod fecerat et honorarent
eum. De abbate Anthonio et cogi-
Anctius tacionibus eius — beginning of V, vii

Anthonius cum sederet aliquando
in heremo animus eius in tedium
et confusionem cogitacionum in-
currit et dicebat ad dominum. Domine
volo salvus fieri et non permittunt
cogitaciones mee. Quid
faciam in hac tribulacione quomodo
salvus ero. Et modicum
surgens cepit foras exire.
Et vidit quendam tamquam seipsum
sedentem atque operantem deinde
surgentem ab opere et orantem
et iterum sedentem et plectam de
palmis facientem inde rursus
ad oracionem surgentem. Erat
autem angelus domini missus
ad correpcionem et cautelam
sancti Anthonii. Et audivit
vocem angeli dicentis. Sic fac
et salvus eris. Ille autem hoc
audito magnum gaudium suscepit
atque fiduciam. Descendit aliquando
abbas Macharius de Scithi
ad locum qui dicitur Terenuthin to
et intravit dormire in monu-

ubi erant antiquitus sepulcra
paganorum. et traxit unum cor-
pus sub caput suum tanquam
plumacium de stipo. Demones
autem videntes fiduciam eius
invidi sunt et volentes terre-
re eum vocabant quasi quandam mu-
lierem dicentes. Domina illa
veni nobiscum ad balneum. Et
alter demon de sub ipso tanquam
ex mortuo illo reddidit dicens.
Peregrinum quendam habeo super
me et non possum venire. Senex
vero non expavit sed confidenter
tundebat corpus illud dicens.
Surge et vade si potes. Quod
cum audisset demones clama-
verunt voce magna dicentes. Vicisti
nos. et fugierunt confusi.
Narraverunt de abbate Milido
quod cum habitaret aliquando cum duobus
discipulis suis in finibus persarum
exierunt duo filii Imperatoris
secundum consuetudinem ad venandum
et miserunt rethe in longum
per milia quadraginta ut quicquid inter
retia invenirent venantes
occiderent. Inventus est autem
senex cum duobus discipulis suis
intra rethe. Et cum vidissent
eum pilosum atque terribilem aspectu
admirati sunt et dixerunt ei.
Homo es aut spiritus aliquis dic
nobis. Et dixit eis homo peccator
sum et exivi flere peccata
mea. et adoro Ihesum Christum
filium dei vivi. Illi autem dixerunt
ei Non est alius deus nisi sol
et ignis et aqua quos adora
et sacrifica eis. Et ille reddit
Isti creatura sunt et vos erratis
sed obsecro convertimini et agnoscite
verum deum qui ista creavit
et cetera omnia. Illi autem deriden-
tes dixerunt Condempnatum
et crucifixum dicis esse verum

Illi autem tenuerunt ipsum cum fratribus
qui cum eo convenerant in diversis
tormentis cogebant eos sac-
rificare et duos quidem fratres
post plurima tormenta de-
capitaverunt. senem autem diebus
multis torquebant. postea vero
statuerunt eum in quendam locum
et sagittabant in ipsum quasi
ad signum unus a dorso
et unus a pectore. Senex
autem dixit eis. Quoniam consensistis
in sanguine innocentis crastino
in momento hac hora quo modo
est sine filiis remanebit
mater vestra et privabit af-
fectu vestro. Et ipsius sagittis
sanguinem vestrum effundetis
invicem. Illi autem contempnentes
verba eius exierunt in crastino
ut venarentur. Et contigit
ut evaderet de rethe cer-
vus unus currens rapide
equos et currebant ut com-
prehenderent eum. Unus cum
iecisset sagittas post ipsum
invicem sibi in corde dederunt
et mortui sunt iuxta verbum
quod predixerat senex. Dixit
senex. Si venerit homini
temptatio undique multipli-
cantur ei tribulationes et pusillanimis
fiet ut murmuret. Et nar-
ravit senex iste fratri quendam
erat in loco qui vocatur Cellia
et venit super eum temptatio
ut si quis eum videbat non
salutare eum volebat neque
in cellam recipere et si opus
habebat panem nemo mu-
tuabat ei et si de messe ve-
niebat nemo in ecclesiam eum
sicut erat consuetudo ut re-
ficeret invitabat. Venit autem
semel de messe [illegible]

et non panes hebat i cella
sua et i hijs omnibus quibus
agebat deo. videbat aut deus
pacienciam eius abstulit bellum
temptacionis ab eo. Et ecce
quidam pulsabat hostium eius pul-
sabat trahens camelum o-
nustum panibus ab egypto.
Et quod cum vidisset frater ille
cepit flere dicens. Domine
non sum dignus vel modice.
Et cum transisset temptacio
eius tenebat cum fratres
i cellis suis et i ecclesia
reparabat eum. ¶ Senex
quidam sedebat i heremo
qui longe hebat aquam
a cella sua duodecim milia
ubi dum semel iret haurire
aquam defecit et dixit. Qui
necesse est ut hunc laborem
paciar. Veniam et habito circa
aquam hanc. Et cum hoc dixisset
conversus est et vidit quendam se-
quentem se et numerantem vestigia
sua. Interrogavit aut eum
dicens. Quis es tu. Et ille
dixit. Angelus domini sum
et missus sum numerare ve-
stigia tua et dare tibi mercedem.
Quod cum audisset senex
promptior autem factus est et am-
plior et adhuc longius posuit
cellam suam. ¶ Frater quidam erat
i congregacione inquietus
et frequenter movebatur ad
iram. Dixit ergo i semetipso
vadam et solus alicubi habi-
tabo non habuero cum quo
dicam vel audiam ero quietus
et quiescet a me passio
ire. Egrediens ergo manebat
i spelunca solus. Una aut
die implevit sibi surisc.
cellam aqua et posuit illud i terra
Contigit aut ut subito ver-

teretur. Ille vero implevit eum secun-
do et iterum versatum est. Et deinde tercio im-
plens posuit eum et rursus versatum
est. Et iratus furore te-
nuit vasculum ipsum et fregit illud.
Reversus aut ad se cognovit
quia ab eo a demone iracundie
fuit illusus. Et dixit ecce solus
sum et vicit me. Revertar ergo
i congregacionem quia ubique labore
et paciencie opus est et maxime
adiutorio et surgens reversus est
et i locum suum. ¶ Frater quidam novem
annis impulsus i pugnis a cogita-
cionibus suis ut exiret de con-
gregacione fratrum et cotidie
tollebat pelliculam suam i qua
iacere solitus erat ut exiret.
Et cum fiebat vespera dicebat i co-
gitacione sua. Crastino hinc
discedo. Et mane dicebat i semet
ipso. Forte tamen nobis stare
hic hodie propter deum. Et cum im-
plesset novem annos hoc dicens
dicens ita faciens abstulit dominus
ab eo omnem temptacionem eius.
¶ Dixit senex quia frater quidam aliquando
stimulabatur a cogitacionibus suis
per annos novem ita ut metu
ipso desperaret de salute sua et
adiudicavit semetipsum dicens
perdidi animam meam. Nam quia
perdidi vado ad seculum. Et cum iam
abiret venit ei vox i via dicens
temptaciones quas novem annis
sustinuisti corone tue erunt.
Revertere ergo i locum tuum et
sublevabo a te cogitaciones
malas. Unde cognoscitur quia non
est bonum desperare aliquem pro-
pter has que ei i cogitacione veniunt
hec enim cogitaciones magis
coronas nobis providerit
si bene eas exigimus. ¶ Senex
quidam erat in Thebaida sedens
i spelunca et habuit discipulum
quendam probatum. Consuetudo aut

erat ut senex vespere doceret
discipulum et commoneret que
erant ad profectum eius et cum o-
rationem faciebat ordine et di-
mittebat eum dormire. Contigit
autem laycos quosdam religio-
sos scientes multam absti-
nenciam senis venire ad eum
et cum consolati fuissent eos dis-
cesserunt. Sedit iterum senex
vespere post ministrationes secundum con-
suetudinem ammonens illum
fratrem et instruens eum. Et cum
loqueretur gravatus est sompno. Frater
autem sustinebat donec suscita-
retur senex et faceret ei iuxta
consuetudinem orationem. Cum ergo non
evigilante sene diu discipulus
ipse sederet compulsus est cogi-
tacionum suarum molestia ut
recederet et dormiret. Sed
contrarius sibi restitit cogi-
tationi et resedit. Iterum autem
compellebatur sompno et non abiit.
Similiter factum est usque septies
et restitit proprio animo suo. Post
hec iam media nocte transacta
evigilavit senex et invenit
eum assidentem sibi et dicit ei:
Usque modo non discessisti? Et
ille dixit: Non, quia non dimiseras
me pater. Et senex dixit: Et quare
me non excitasti? Et respondit:
Non presumpsi pulsare ne te
contribularem. Surgentes autem
ceperunt agere matutinas
et post matutinarum finem di-
misit senex discipulum. Cum-
que sederet solus factus est
in excessu mentis. Ecce quidam
ostendebat ei locum gloriosum et sedem
in eo et super sedem septem coronas.
Interrogabat autem illum qui ei
hec ostendebat dicens: Cuius sunt hec? Et
ille dixit: Discipuli tui. Locum quidem

et sedem pro custodia sui
donavit ei Deus. Has autem
septem coronas nocte ista pro-
meruit. Hec audiens senex
miratus est et tremefactus
vocavit discipulum et dixit
ei: Dic mihi quid fecisti ista
nocte. Et ille dixit: Ignosce
michi pater quia nichil feci. Senex
autem existimans quod humiliando
se non confiteretur dixit ei:
Credo non quiescam nisi dixeris
mihi quid fecisti et quid cogi-
tasti nocte hac. Frater autem
nichil conscius sibi quod egisset
non inveniebat quid diceret.
Dicebat autem seni: Ignosce
michi pater, nichil feci nisi tantum
hoc quod compulsus sum multum
cogitacionum mearum ut disce-
derem dormire septies et
quia dimisisti secundum consuetudinem
non feci, non recessi. Audiens
autem hec senex intellexit statim
quod quotiens quis restitit
cogitationi sue totiens coro-
natur a Deo. Et fratri quidem nichil
horum dixit causa utilitatis
eius, sed aliis hec enarravit spiritualibus
fratribus ut discamus quia et pro
parvis cogitationibus sordi-
dis nobis coronas tribuit
Deus. Bonum ergo est ut contineat se
ipsum homo in omni re propter Deum.
Item sicut scriptum est regnum
celorum vim patitur et violenti
diripiunt illud. ¶ Narraverunt
aliqui senes quendam qui in solitudine
habitabat et non habens qui ei ser-
viret surgebat quandocumque
venisset in cella sua man-
ducabat. Et cum pauci dies
ista fierent nemo veniebat
ad visitacionem eius. Transactis
autem triginta diebus nullo veniente

adeum. misit dominus angelum
suum qui ministraret ei. Et cum
fecisset septem dies recor-
dati sunt patres et dixerunt
ad invicem. Eamus et videamus
ne forte infirmetur ille se-
nex. Cum autem venissent et pul-
sassent discessit angelus
ab eo. Senex autem de intus
clamabat. Discedite hinc
fratres. Illi autem levantes
a cardine hostium intraverunt
et interrogaverunt eum quare
clamaverit. Et ille dixit. Quia
triginta habui dies laborans
in infirmitate mea. et
nemo me visitavit. Ecce
septem dies sunt ex quo dominus
angelum suum misit ministrare
michi. quia cum venissetis re-
cessit a me. Et hec dicens
dormivit in pace. Fratres autem
mirati sunt et glorificaverunt deum
dicentes. Quia non derelinquet
dominus sperantes in se. ¶ Dice-
bat de abbate Gelasio quia
habuit codicem in membranis
valentem solidos decem et octo
continebat enim vetus et no-
vum testamentum. Et positus
erat codex [illegible] in
ecclesia ut qui vellet de
fratribus legeret. Superveniens
autem quidam frater peregrinus
applicuit ad senem. et cum vidit
codicem illum concupivit eum
et furatus est eum et exivit
atque discessit. Senex autem
non est secutus post eum ut com-
prehenderet eum utpote qui
intellexerat quod fecisset.
Ille autem pergens in civitate
querebat cui venderet eum.
Et cum invenisset qui emere
volebat cepit
tredecim solidos pretium eius

postulare. Ille vero volens
comparare eum dixit ei. Da mi-
chi primo ut ostendam eum et sic tibi
pretium dabo. Dedit ergo illi codicem
ad ostendendum. Quem accipiens
ille qui emere cupiebat at-
tulit eum ad abbatem Gelasium
ut probaret si bonus codex
esset aut si tantum valeret.
Dixerat enim ei quantitatem
quam venditor postulabat.
Et dixit ei senex. Eme illum quia
bonus est codex et pretium quod dixit
tibi. Ille autem veniens dixit ven-
ditori aliter non sicut audierat
a sene dicens. Ecce ostendi eum
abbati Gelasio et dixit mihi quia
multum est et non valet quantum
dixisti. Ille autem audiens dixit
ei. Nichil aliud dixit tibi senex.
Et ille dixit. Nichil. Tunc dixit ei.
Iam nolo vendere codicem istum.
Compunctus autem venit ad senem
penitentiam agens et rogabat eum
ut reciperet codicem. Senex autem
nolebat recipere eum. Tunc dixit
ei frater. Quia si non recipis
eum non possum securus esse.
Et dixit ei senex. Si non
potes securus esse nisi reci-
piam et ecce recipio eum. Et re-
mansit frater ille apud eum usque
ad exitum suum proficiens de prima
senis. ¶ Sedente aliquando abbate
Iohanne brevi ante ecclesiam
circumsederunt eum fratres et
requirebant ab eo singuli de
cogitationibus suis. Et unus
autem senex videns hoc accensus
in invidia dixit. Urceola tua
abba Iohannes veneno plena
est. Et vidit abbas Iohannes.
Ita est abba. hoc autem dixisti
quia ea que foris sunt tantummodo vides.
Si autem videres ea que intus
quid eras dicturus. ¶ Dicebant
de Iohanne minore de thebaida

qui fuit discipulus abbatis Ammon quia duodecim annos fecerat in ministerio serviendo seni in infirmitate eius et propter hoc sedebat super mattam senex non consolabatur eum. Et dum multum laborasset cum ipso numquam dixit ei salvus esto. Cum autem moriturus erat residentibus senibus tenuit manum eius dixitque salvus esto salvus esto et tradidit eum patribus dicens hic angelus est et non homo.

¶ Dicebant de abbate Ysidoro qui erat presbiter in Scithi quia si quis habuisset fratrem infirmum aut pusillanimem aut iniuriosum et voluisset eum expellere foris ille dicebat: Adducite eum ad me. Et apprehendens eum paciencia sua curabat animam fratris illius. ¶ Abbas Macharius in Egypto postquam invenit hominem qui adduxerat animal et rapiebat que habebat ipse vero ut peregrinus astitit furi et adiuvabat eum ad animal onerandum et cum omni quiete deduxit eum dicens in semetipsum: Nichil intulimus in hunc mundum. Dominus dedit sicut voluit ipse ita et factum est benedictus in omnibus deus.

¶ Facta aliquando congregacione fratrum in Scithi cum voluissent seniores probare abbatem Moysen contempserunt eum dicentes: Ut quid iste ethiops venit in medio nostrum. Ille autem audiens tacuit. Cumque dimissi fuissent conventus dixerunt ei qui iniuriose eum tractaverant: Nec modo non es conturbatus. Et ille respondit: Turbatus sum et non sum locutus. ¶ Quidam frater lesus ab alio fratre venit ad abbatem Sysoi Thebeum dicit ei: Lesus sum a quodam fratre et volo ego me vindicare. Senex autem rogabat eum dicens: Noli fili sed dimitte deo vindictam. Ille autem dicebat: Non quiescam donec me ipsum vindicavero. Dixit autem senex: Oremus fratres. Et surgens dixit senex: Deus iam non opus habemus cogitare de nobis quia nos ipsi in vindictam nostram facimus. Hec autem audiens frater cecidit ad pedes senis illius dicens: Iam non contendo cum fratre illo sed rogo ignosce michi.

¶ Venerunt aliquando latrones in monasterium cuiusdam senis et dixerunt ad eum: Omnia que in cella tua sunt tollere venimus. Et dixit ille: Quantum vobis videtur filii mei tollite. Tulerunt ergo quodcumque invenerunt in cella et abierunt. Obliti sunt autem saccellum ibi quod erat absconsum in cella. Senex vero tollens eum secutus est post eos clamans et dicens: Filii tollite quod obliti estis in cella. Illi vero admirantes pacienciam senis revocaverunt et restituerunt omnia in cellam ipsius et penitenciam egerunt omnes ad invicem dicentes: Hic vere homo dei est.

¶ Fratres quidam venerunt ad quendam senem sanctum in deserto loco sedentem et invenerunt foris monasterium eius puerulos pascentes pecora et loquentes verba que non decebant. Postquam vero viderunt senem et indicaverunt cogitaciones suas de repugnacione eius proficere se senserat dicunt ei: Abba quomodo accipis hos tales puerulos et non precipis eis ne hij strepant. Et dixit senex: Credite michi fratres plurimos dies habeo quod ego volo eis precipere et arguo me ipsum dicens: Si parum hoc non portavero quomodo maiorem temptacionem si permiserit michi deus inferri portare possim. Propterea nichil eis dico ut

fiat consuetudo portandi et
tollendi que superuenerint.
¶ Narrauerunt de quodam sene
qui habuit puerulum coha-
bitantem secum, et uidens eum
quod fecerit opus quod non
expediebat dixit ei semel:
Non facias hanc rem. Ille autem
non obediuit ei. Hoc autem
uidens senex abiecit de cogi-
tacione sua curam illius. Et inclusit
quidem in cella super ipsum puer-
um, clausit hostium celle per
tres dies in quo erant panes
et dimisit eum ieiunum. Et non
dixit senex ubi est aut quid
fiat foras. Habebat autem
uicinum senex, qui cum cogno-
uisset quod tardaret puer ille,
fecit modicum pulmentum et
dabat ei per parietem et rogabat
ut gustaret. Dicebat senex:
Quid tardat frater ille foris?
Senex non dicebat. Unde ei
uacuum fuerint remuneretur.
¶ Senex quidam erat habens
probatum discipulum qui aliquando
foris consistunt. Ille vero
discipulus expectabat foris
sedens et aperiens hostium se-
nex inuenit eum et cum intrassent egit
apud eum senex dicens: Tu es
pater meus quia humilitas et
pacientia tua uicit pusillanimitatem
animi mei. Non intus ...
enim tu senex et pater, ego enim
iuuenis et discipulus, qui
opere tuo superasti senectutem
meam. ¶ Dicebat quidam senum
quod audierat ab aliquibus uiris
sanctis esse iuuenes qui
ducatum prebebant senibus
in uita hac, et narrauerunt de eis.
Erat quidam ebriosus
senex et operabatur unam mattam
in die et uendebat eam in uicino
uico et bibebat quod accipie-
bat de precio eius. Postea uero uenit
ad eum unus frater et mane-
bat cum ipso, qui similiter operabatur,
et ipse mattam unam. Tollebat
autem unam senex et uendebat
et ambarum mattarum precium
expendebat in uino. Ille autem
frater afferebat tamen modicum
panis ad senem. Et cum hec tamdiu
iugiter fecit nichil locutus est
frater ille. Post hec uero dixit frater
ille in semetipso: Ecce nudus
sum et panem in egestate comedo.
Surgam ergo et discedam hinc. Iterum
autem cogitauit in semetipso dicens:
Ubi habeo ire? Sedeo hic, ego enim
propter deum sedeo in hac uita quam
... Et statim apparuit ei angelus
domini dicens: Nusquam discedas. Ue-
niemus enim cras ad te. Et rogauit
frater ille senem illum dicens: Non
discedas hinc alicubi quia uenient
hodie mei tollere me. Cum ergo
facta fuisset hora qua solebat
senex descendere ad uicum, dixit
ei: Non uenient hodie fili, iam
enim tarde est. Et dixit ei ille: Ue-
nient omnino quia uenient. Et dum
cum eo loqueretur dormiuit in pace.
Senex uero flebat dicens: Heu me
fili, quia multis annis sub negli-
gencia uixi, tu autem in paruo tempore
saluasti animam tuam per pacienciam tuam.
Et ex illo die factus est senex
sobrius et probatus. ¶ Dicebant
de quodam fratre qui senem quendam
magnum uicinum erat, quia
ingrederetur et rapiebat quod
habebat senex in cella. Uidebat
autem eum senex et non arguebat
eum, sed contrahebat sibi plus
solito manibus operari dicens:
Credo opus habet frater iste. Et
coangebat se maiore solito
labore et astringebat uentrem
suum ut cum indigencia comme-
deret panem suum. Cum autem more-

cepisset senex ille cum steterunt eum fratres Et respiciens in eum qui sanabatur dicit ei Iunge te huc ad me Et venit cum et osculatus est manus eius dicens Gratias ago istis manibus frater quia propter ipsas vado ad regnum celorum Ille autem correptus et per macerationes fratres in occasione probatus monachus eorum summus de actibus magni senis illius Narravit quidam frater dicens Cum ego essem in Oxirincho venit ibi pauperes in vespere sabbati ut acciperent agapem Et dormientibus eis erat ibi quidam habens tantummodo mattam cuius medietatem cooperiebatur Erat enim ibi valde frigus Et cum exissem ad primam audivi eum murmurantem et gementem de frigore et consolabatur semetipsum dicens Gratias tibi ago domine quanti sunt modo divites in custodia qui etiam in ferro sedent aut pedes habent in ligno constrictos quod mingere urinam suam libere faciant Ego autem sicut velut imperator extendens pedes meos et ubi volo ambulo Hoc illo dicente ego stabam audiens verba eius Et ingrediens autem narravi fratribus et audientes multum edificati sunt Senex quidam erat qui frequenter egrotabat Contigit autem eum uno anno non egrotare quod affligebat et gravius complorabat dicens Dereliquit me deus et non visitavit me Frater quidam dum sollicitaretur a cogitationibus suis ut exiret a monasterio indicavit hoc ipsum cuidam abbati Ille autem dixit ei Vade sede in cella tua et da parieti celle tue pro pignore corpus tuum et non exeas inde Cogitationem autem illud dimitte cogitet quod vult tantum ne deicias de cella tua corpus tuum Dixit senex Cella monachi est caminus ille babilonis ubi tres pueri

dei filium invenerunt sed et columpna nubis ex qua deus locutus est moysi Frater quidam sic interrogavit senem dicens Ecce quid faciam quia cogitationes mee non dimittunt me una hora sedere in cella mea Et dixit ei senex Fili revertere sede in cella tua et labora manibus tuis et ora deum incessanter et iacta cogitatum tuum in domino et ne te quis seducat exire Et dicebat quod erat quidam adolescens secularis habens patrem et desiderabat fieri monachus Et dum multum supplicaret patri suo ut dimitteret eum contradixit non acquievit Postmodum autem rogatus a fidelibus amicis vix acquievit Et egressus frater ille adolescens introivit in monasterium et factus est monachus cepit omne opus monasterii perfecte perficere et ieiunare quotidie Cepit etiam et biduanis abstinere Similiter autem semel in ebdomada reficere Videbat autem abbas eius et mirabatur et benedicebat deum in abstinentia et labore eius Contigit quod post aliquot tempus cepit frater ipse supplicare abbati suo dicens Rogo te abba ut dimittas me ut vadam ad heremum Et ei abbas Noli cogitare hoc fili non potes sufferre talem laborem propter temptationes dyaboli et versutias eius Et si contigit tibi temptatio non invenies ibi qui te consoletur a perturbatione inimici que tibi illata fuerit Ille autem cepit amplius rogare ut eum permitteret abire Videns autem abbas eius quod eum retinere non poterat facta oratione dimisit eum Postmodum dicit abbati suo Rogo te abba ut concedas qui ostendat mihi iter quod agere debeam et ordinavit cum eo duos monachos monasterii

et abierunt cum eo. Ambulantibus
eis per heremum una die et alteram
defecerunt penitus et proicientes
se in terram iacebant. Et seponit
modicum sompno ecce aquila
venit percuciensque eos alis
suis precessit procul et sedit
in terra. Evigilantes viderunt
aquilam. Et dixerunt ei: Ecce an-
gelus tuus surge et sequere
eum. Et surgens valedicens
fratribus sequebatur eam et venit usque
ad unum stadium et iterum sedit. Et ve-
niens sequebatur eam frater ille et illa
iterum volavit et sedit non longe
et factum est vel hoc per horas tres.
Postmodum autem dum sequitur eam
dimittit aquila ipsa inventum
post se sequitur se et non comparuit.
Frater autem ille nichilominus sequebatur.
Et respiciens vidit tres arbo-
res palmarum et fontem aque
et preelmam et dixit: Ecce est
locus quem michi dominus preparavit.
Et ingressus cepit sedere in
ea sumens dactilorum cibum
et de fonte aque bibens. Et
fecit ibidem annos sex neminem
videns. Et ecce una die venit
ad eum dyabolus in similitudine cuiusdam
abbatis senioris habitus valde
terribilem. Videns autem eum frater
ille timuit et procidens in
oracione surrexit. Et dixit ei dyabolus:
Oremus iterum frater. Et surgentibus
dixit dyabolus: Quantum temporis
habes hic? Et ille: Habeo
annos sex. Dicit ei demon:
Ecce vicinum habui te et non
potui cognoscere nisi quatuor
dies quod hic habitares. Et ego
non longe a te habeo mona-
sterium et ecce anni xi quod non
non egressus sum de monasterio nisi
hodie quia cognovi quod in
vicino habitares et cogitavi
mecum dicens: Vadam ad hominem
dei istum et conferam cum eo quod

sit prodesse anime saluti. Et hoc
dico frater quod nichil proficimus se-
dentes in cellis nostris quia corpus
et sanguinem christi non percipimus
et timeo ne efficiamur extranei
ab eo si nos ab huiusmodi misterio elon-
gaverimus. Sed dico tibi frater ecce
hinc tria miliaria est monasterium habens
presbiterum. Eamus quacumque dominica die
post duas septimanas et accipiamus
corpus et sanguinem christi et red-
eamus ad cellas nostras. Placuit
frater illi sermo dyabolicus et
veniente die dominico ecce dyabolus
venit et dicit ei: Veniamus quia
hora est. Et exeuntes pervenerunt
ad predictum monasterium ubi ille presbiter
erat. Et ingressus in ecclesiam
misit se in oracione. Et consur-
gens frater ille ab oracione respi-
ciens non invenit qui eum ad-
duxerat ibi. Et dixit: Ubi putas
perrexit? Numquid ad opus necessarium
speravit? Et cum diu sustineret
non invenit. Postmodum autem egressus
foras requirebat eum et cum
non repperisset dixit ad fratres loci
illius interrogans eos: Ubi est
abbas ille senex qui mecum in
ecclesiam ingressus est? Et dicunt
ei: Nos neminem vidimus alium
nisi te tantum. Et cognovit frater ille
quod demon fuisset. Et dixit: Vide-
te qua arte dyabolus eiecit me
de cella mea. Sed tamen non me peni-
tet quia ad bonum opus veni per-
cipere corpus et sanguinem christi et
sic revertar in cellam meam. Et post
factas missas in ecclesia volunt
reverti frater ille ad cellam suam
retinuit eum abbas monasterii
illius dicens: Nisi refeceris nobis-
cum non te dimittimus. Et revertit. Et
cum percepisset cibum et ille sur-
rexit ut reverteretur in cellam suam
ecce iterum dyabolus venit in similitudine
cuiusdam iuvenis secularis et cepit

cum respiceret a summo capite usque
ad pedes dicens Ipse est iste
Non est hic Et cepit eum compellare
Et dixit ei frater Veni sic respicis
At ille ait Puto non me cognoscis
Tamen post tantum tempus quod
habes me cognoscere Ego sum
vicinus patris tui filius illius
Quod non est pater tuus sic dictus
et mater tua tale nomen non
habuit et soror tua non est sic
dicta et tu sic non vocaris Et
mancipia illa et illa non sunt
sic dicta Mater vero tua et soror
tua ante tres annos defuncte
sunt pater vero tuus nunc defunctus
est et te fecit heredem dicens Cum
habeo dimittere substantiam meam
nisi filio meo viro sancto qui re-
liquit seculum et abiit post deum
ipsi dimitto omnia bona mea Quo-
do autem quis scit deum et scit ubi
est dicat ut veniens distrahat
et eroget ea pauperibus pro anima
mea et sua Et preterit multi
requirentes te et nunc inveni
Ego autem veniens pro occasione
quoddam opus hic cognovi
te unde ne facias moram sed
veni et vende omnia et fac secundum
voluntatem patris tui Audiens
frater ille dixit Non necesse habeo
venire ad seculum Dixit ei demon Si non
veneris et deperierit substantia
illa in conspectu dei tu rationem
reddes rationem Quid enim mali
tibi dico ut venias et eroges
ea pauperibus et egenis quod bonus
dispensator ut non a meretricibus
et male viventibus consumatur
quod pauperibus dimissum est Aut
quid onerosum est ut venias
et facias elemosinas secundum volun-
tatem patris tui pro anima tua
et revertaris in cellam tuam Et quid
ultra Suadens fratrem deposuit
ad seculum Et veniens cum eo usque
ad civitatem reliquit eum Vo-
luit autem frater ille ingredi in
domum patris sui tamquam iam
defuncto eo et ecce ipse pater eius
vivus egrediebatur et videns
eum non cognovit et ait ad eum
Quis es tu Ille vero turbatus
nichil poterat respondere et
cepit eum iteratis vicibus pater
eius interrogare unde esset
Tunc confusus dixit ei Ego sum
filius tuus Et ait ei Ut quid
reversus es Qui erubescens
dicere quod verum erat dixit Cari-
tas tua fecit me venire quia
desiderabam te et remansit ibi
Et post aliquantum temporis incurrit
in fornicationem et multis suppliciis
afflictus a patre suo infelix
ipse non egit penitentiam sed remansit
in seculo Ideo obsecro fratres quia
monachus nunquam debet quomodolibet
suasus ab aliquo egredi de cella
sua ¶ Dixit sancta Syncletica
Hii in seculo aliquid criminis commiserint
etiam nolentes mittuntur in car-
cerem Et nos propter peccata nostra re-
cludamus nosmetipsos in custo-
dia ut voluntaria mentis
nostre vindicta futuras a nobis
penas amoveat Si ieiunas
non est in ieiunas occasione dicendi
quod es egrotatus in egritudine in-
cidere quia ieiunii non ieiunant
simile egritudines incurrunt
Inchoasti aliquid boni ne
revoceris propter impedimenta
inimici quia ipse inimicus
patientia tua destruitur Etenim
qui navigare ceperunt primo
tendentes vela prosperum
ventum invenerunt postea autem
contrarius eis ventus occurrit
sed naute non mox propter in-
cursum contrarii [illegible]
aut deserunt navem sed paululum
sustinentes aut pugnantes ad-
versus procellam iterum rectum

cursu invenit. Ita ergo nos contrarium spiritum incurrentes crucem pro velo erigamus et sine periculo seculi istius navigium compleamus. Dixit quidam frater abbati Arsenio: Quid faciam quia affligunt me cogitationes mee dicentes: Non potes ieiunare neque laborare vel infirmos visitare quod etiam mercedis est. Videns autem senex dyabolicas immissiones dicit ei: Vade et manduca bibe dormi tantum de cella tua non recedas sciens quod perseverantia celle perducit monachum in ordinem suum. Et cum fecisset tres dies contediatus est et inveniens palmas paucas scindit eas et iterum in crastino cepit flectam facere complens. Et cum esuriret dixit intra se: Ecce alie pauce sunt palmule complico eas et manduco. Et cum complevisset eas dixit iterum lego parum et sic manduco. Et cum legisset dixit: Dico aliquantos psalmos etiam securius manduco. Et ita paulatim proficiebat deo cooperante donec veniret ad ordinem suum. Et cum accepisset fiduciam adversus cogitaciones malas vicit eas. Dicebatur de abbate Theodoro et abbate Lucio de Ennoto Alexandrie quod fecerunt quinquaginta annos seducentes animas suas et dicentes: Transacta hyeme migrabimus hinc. Et iterum quando fiebat estus dicebant: quia transacto estivo tempore discedimus hinc. Et sic fecerunt toto tempore quo erant memorandi patres. Venit abbas Macharius maior ad abbatem Anthonium in monte et cum pulsaret ad hostium exivit ad eum et dixit ei: Tu quis es? Et ille ait: Ego sum Macharius.

Et claudens hostium introivit et dimisit eum foris. Et cum vidisset pacienciam eius aperuit ei. Et gaudens dicebat ei: Multum tempus est ex quo desideravi audiens de te. Et exhibens ei hospitalitatem refecit eum. Erat enim fessus de multo labore. Vespere autem facto infundit sibi abbas Anthonius modicas palmas. Et dicit ei abbas Macharius: Da mihi ut ego infundo quod operer. Ille autem dixit ei: Non habeo plus. Et faciens fasciculum maiorem infudit eum et sedentes a sero et colloquentes de utilitate animarum faciebat flectam. Et ipsa flecta per fenestram descendebat in speluncam. Et ingrediens mane sanctus Anthonius vidit collectionem flectarum abbatis Macharii et admiratus est et osculatus manus eius dicebat: Multa virtus de manibus istis egreditur. Abbas Ammon de loco Nitrie venit ad abbatem Anthonium et dixit ei: Video quia maiorem laborem ego quam tu sustineo et quare nomen tuum magnificatum est in omnibus super me. Et dixit ei abbas Anthonius: Quia ego diligo plus quam tu. Narraverunt aliqui quod philosophi quidam aliquando voluerunt probare monachos et venit unus monachus transiens stola indutus et bene vestitus. Et dixit ei philosophi: Tu veni huc. Ille vero cursim venit et ceperunt ei alapas dare. Ille vero convertit et aliam maxillam. Statim vero philosophi surrexerunt et adoraverunt eum dicentes: Vere iste monachus. Et fecerunt eum sedere in medio sui et interrogaverunt eum dicentes

Et quid est quod facitis plus nobis
in solitudine ista? Ieiunatis
et nos ieiunamus. Castigatis
corpora vestra et nos castigamus
sed et quidquid facitis et nos facimus.
Quid ergo plus facitis a nobis
sedentibus in heremo? Respondit
eis senex: In gratia dei speramus
nos et mentem nostram custo-
dimus. Et illi dixerunt ei: Nos
hoc custodire non possumus. Et
edificati dimiserunt eum. Qui-
dam frater abbatis pastoris
habuit affectum cum quodam
monacho extra cellam suam. Abbas
autem pastor nolebat hoc. Et ex-
surgens fugit ad abbatem Ammo-
nem et dicit ei: Frater meus Paisius
habet cum quibusdam affectum quod
ego non libenter fero. Dicit ei
abbas Ammonas: Abba pastor
adhuc vivis? Vade et sede in
cella tua et pone in corde tuo
quia iam annum habeas in sepulcro.
Frater interrogavit abbatem Aga-
thonem dicens: Mandatum mihi venit
et est mihi pugna gravis in
loco ubi est ipsum mandatum.
Pergere illuc et pavesco bellum.
Dicit ei senex: Sic erat Aga-
thon implens mandatum et
vincebat bellum. Dixit abbas
Bessarion quia xl^ta noctes ad
nimium mansi inter spinas
istas et non dormivi. Dice-
bant de abbate [illegible] vir-
ginem sacram que super alveum
fluminis sexaginta annos
habitavit et numquam inclinavit
se ut flumen aspiceret. Venit
quidam frater in heremo ad senem
quendam magnum et dixit ei:
Non contentus es hic abba
et sustines laborem hunc? Et
dixit eis senex: Totus labor
temporis mei quem hic su-
stineo non est comparandus
ad unum diem tormentorum que
in futuro seculo peccatoribus parantur.
Frater interrogavit senem dicens:
Quid faciam pater quia nihil
operor monachile sed in negligentia
quadam sum manducans et
bibens et dormiens et in super-
fluis cogitationibus turpibus et
multa perturbatione sum
transiens ab opere ad opus
et a cogitationibus in cogita-
tiones. Dixit autem senex:
Tu sede in cella tua et fac
quod potes sine perturbatione.
Puto enim modicum parum quod facis
modo sic esse quomodo abbas Antonius
magna et plurima in heremo fa-
ciebat. Credo enim in deo quia
quicumque sedet in cella sua
propter nomen eius et custodit
conscientiam suam invenit et ipse
in Anthonii loco. Frater
interrogavit quendam senem di-
cens: Si aliquo loco nati mihi fuerint
tribulationes et non habuero cui
me committam et indicem illi
passionem animi mei, quid
faciam? Dicit ei senex: Credo
in deo quia mittet gratiam suam et
ipsa erit consolatio si in veritate
rogamus eum. Et addidit senex
dicens: Audivi quia in Scythi
tale aliquid est factum. Erat
enim ibi quidam qui sustinebat
temptationes et non habens
fiduciam in aliquo cui confiteretur
parabat accipere meloten
suam ut discederet. Et
ecce in ipsa nocte apparuit
ei gratia domini in specie virginis
et rogabat eum dicens: Nusquam

vadas iste sed dic ei nichil enim
mali sit quod ea que audisti.
Et ille credens verbis eius
sedit et statim cor ipsius
sanatum est. Dixit abbas Pa-
stor de abbate Johanne brevis
stature quod rogavit deum
et abstulit omnes passiones
et effectus est securus. Et
veniens dixit cuidam seni
video me quietum et nullam
habentem pugnam. Et dixit ei
senex vade et roga deum ut
iubeat tibi commoveri pugnam
quoniam pugnando proficit anima.
Et cum redisset in eum pugna
ulterius non oravit ut auf-
ferretur ab eo pugna sed dice-
bat Domine da michi tole-
rantiam sustinendi has pu-
gnas. Dixit quoque supradictus abbas
Pastor quod abbas Isidorus
presbiter de Scithi allocutus
sit aliquando plebem fratrum dicens
Fratres nunquid non ad laborandum
venimus in hoc locum et nunc
video quod nullus hic labor est.
Ego ergo collecta plebe
mea vado ubi labor est
et ibi invenio requiem.
Frater quidam incidens in
temptationem tribulando per-
didit regulam monachi. Et
cum iterum vellet observantie
regularis dare principium
a tribulatione impediebatur.
Et dicebat in semetipso Quando
habeo me ita invenire
sicut aliquando eram et deficiens
animo non prevalebat vel in-
choare monachi opus. Ve-
niens autem ad aliquem seniorem
narravit ei que agebantur
super eum. Senex autem

audiens que ea de quibus affli-
gebatur adhibuit ei tale
exemplum dicens homo quidam habuit
possessionem et de negligentia
eius in sentes reducta est
et repleta est tribulis et
spinis. Visum est autem postea
ut excoleret eam et dixit
filio suo vade et purga a-
grum possessionis illius.
Et venit filius illius ut
purgaret. Et in eum respexis-
set vidit multitudinem tri-
bulorum et spinarum in mente sua
et deficiens animo dixit in
semetipso Quando habeo ego hec
omnia eradicare et purgare.
Et proiciens se in terram cepit
dormire. Hoc autem fecit multis
diebus. Postea venit pater eius
ut videret quid fecerit et in-
venit eum nichil operantem
et dixit ei Quare usque modo
nichil fecisti. Et dixit ille
iuvenis patri suo Quoniam ut
veniebam operari pater cum
vidissem multitudinem harum
tribulorum et spinarum revo-
cabar ab opere propter laborem
et a tribulatione proiciebam
me in terram et dormiebam.
Tunc dicit ei pater suus Fili
ad mensuram quantum latitudinis
iacens terram occupas per dies
singulos operare et ita pau-
latim proficiet opus tuum
et tu pusillanimis non effi-
cieris. Quod cum audisset
iuvenis fecit sic et in parvo
tempore purgata et exculta
est possessio. Sic ergo et tu
frater paulatim operare et non
deficias et deus per gratiam

sua restituet te iterum priori
ordini tuo. Hoc audito frater
ille abiit et cum omni paciencia
sedens faciebat sicut edoctus
fuerat a sene. Et sic in remotis
regionibus promovebatur per domini
gratiam. ¶ Quendam senem rogabant
fratres ut quiesceret a gravi
labore. Ille autem respondit: Cre-
dite mihi o filioli quia Abraham
penitebit cum viderit magna
et preclara dona dei cur non
fuit amplius decertatus. ¶ Dicebant
patres: Si tibi contigit temptatio
in loco in quo habitas, non deseras
locum in tempore temptationis,
quia si deserueris quocumque
perrexeris, in te invenies
quod fugiebas. Sed paciens
esto donec temptatio pertran-
seat, ne discessio tua aliis
scandalum faciat, ne forte
aliis qui circa ipsum locum ha-
bitant tribulacionem generat
discessio tua. ¶ Dixit quidam senex:
Si occupaverit te infirmitas
corporis, noli pusillanimis
fieri. Quia si te dominus deus vult
corpore debilem fieri, quis es
tu ut moleste suscipias?
Nonne ipse pro te cogitat de
omnibus? Numquid sine ipso vi-
vis? Paciens ergo fer et
roga eum ut donet tibi que
expediunt. Hoc est ut quod voluntatis
ipsius est facias et sede cum paciencia
manducans quod habes in cari-
tate. ¶ Quidam videns quendam
religiosum portantem mortuum
in lecto dicit ei: Mortuos por-
tas? Vade vivos porta. De

frater abbate Theodoro
quidam interrogavit et
abbate Theodoro quidam frater

dicens: Vis aliquantis diebus
non manducare panem. Et dixit
senex: Bene facis. Verum et
ego sic feci. Et dixit ei fra-
ter: Volo portare modium acer-
ad pistrinum et facere inde
farinam. Et dixit ei abbas
Theodorus: Iam si ad pistri-
num vadis, fac et panem; quid
opus est ista adiectione? ¶ Alius
frater interrogavit eundem abbatem
Theodorum et cepit loqui et
requirebat de rebus quas
nondum fecerat operatus. Et dixit
ei senex: Adhuc non es navim
invenisti nec vasa tua in ea
posuisti nec navigare ce-
pisti, et iam in illa civitate
ubi disponis pervenisti.
Cum ergo prius operatus fueris
rem de qua michi asseris,
cum ipsa re loquere. ¶ Audiens
aliquando iudex provincie de
abbate Moyse et perrexit
in Scithi ut videret eum, et
nunciaverunt quidam seni de ad-
ventu eius et surrexit ut
fugeret in paludem et occurrit ei
ille iudex cum suis et interro-
gavit eum dicens: Dic nobis
senex ubi est cella abbatis
Moysi? Et dicit eis: Quid
vultis eum inquirere? Ho-
fatuus est et hereticus. Et ve-
niens iudex ad ecclesiam
dixit clericis: Ego audiens de
abbate Moyse veni ut vi-
derem eum et ecce occurrit nobis
senex pergens in egyptum et
interrogavimus eum ubi esset
cella abbatis Moysi, et dixit
nobis: Quid vultis eum querere?
fatuus est et hereticus. Audi-
entes autem clerici contristati
sunt dicentes: Qualis erat ille
qui hec de sancto homine locutus

est ad vos. Et illi dixerunt
Senex vetustissimus vesti-
mentis vetustis longus et niger.
Et illi dixerunt: Ipse est
abbas Moyses, et quia no-
luit videri a vobis, ideo
hoc vobis ipse de se dixit. Et
multum edificatus inde
discessit. ¶ Abbas Nesteros
maior ambulabat in
heremo cum quodam fratre, et
videntes draconem fugerunt.
Et dixit ei frater ille: Et
tu pater times? Respondit
senex et dixit: Non timeo,
fili, sed expedit quod draconem
fugi, quoniam non habui effugere
spiritum vane glorie. ¶ Frater quidam
abstinens a cibis et non man-
ducans panem venit ad
quendam senem. Contigit autem
et illuc etiam alios supervenire
peregrinos, et fecit senex mo-
dicum pulmentum propter eos. Et
cum sedissent manducare, frater
ille abstinens posuit sibi
soli cicer infusum et man-
ducavit. Et cum surrexissent
a mensa, tulit eum senex se-
crete et dixit ei: Frater,
si venis ad aliquem, noli
ostendere illi conversationem tuam.
Si autem conversationem tuam tene-
re vis, sede in cella tua et num-
quam exeas. Ille autem acqui-
escens verbis senis factus
est communis in id quod cum fratribus
inveniret. ¶ Audivit ali-
quando abbas Anthonius de quodam
iuvene monacho quod signum
quoddam huiusmodi fecerit in
via. Id est, cum vidisset quosdam
senes iter agere et labo-
rantes in ambulando

onagris iussit ut venirent
et portarent eos donec
pervenirent ad senem. Illi autem
senes indicaverunt hoc
abbati Anthonio. Dixit
autem abbas Anthonius: Videtur
mihi monachus iste similis esse
navi onerate omnibus bonis,
de qua incertum est an possit
pervenire ad portum. Et post
aliquantulum temporis cepit ab-
bas Anthonius flere et
trahere sibi capillos et
lugere. Quod cum vidissent disci-
puli eius dicunt ei: Quid
ploras abba? Et respondit
senex: Magna columpna ecclesie
cecidit modo. Dicebat autem
hoc de monacho illo iuvene. Et
addicit discipulis: Pergite et am-
bulate ad eum et videte quod
factum est. Perrexerunt autem discipuli
eius et invenerunt monachum
illum sedentem super mattam
et flentem peccatum quod fecerat.
Videns autem discipulos se-
nis ait eis: Dicite seni ut
obsecret deum ut decem tantum
dies det mihi inducias et
spero me satisfacturum
ei. Et infra quinque dies quinque
defunctus est. ¶ Venit aliquando
iudex provincie videre abba-
tem Symeonem, et ille tulit
lorum quo cingebatur et ascen-
dit in arborem palme ut pur-
garet eam. Illi autem venientes
dixerunt ei: Ubi est senex
qui hic in solitudine habitat?
Ille autem respondit: Non est in solitudine
hic solitarius aliquis. Et cum
dixissent, discessit inde. ¶ Alii

iteru(m) mic(h)i aliud iudex venit
videre cu(m) (et) p(re)cedit(ur) clerici
dixerunt ei abba pater esto
q(uia) iudex audiens te venit
ut benedicat(ur) a te Et ille
ait Certa ego me p(re)parabo Et
cooperiens se sacco suo et
tollens i(n) manu sua pane(m)
et caseu(m) sedit i(n) ingressu
celle sue (et) cepit manducare
Venit g(ra)d(u) iudex cu(m) officio suo
Et videntes eu(m) spreuerunt
dicentes hic e(st) monach(us)
solitarius de quo tanta au-
diebam(us) (et) statim recesserunt
et reversi sunt ad se ¶ Eulo-
gius quida(m) nomine discip(u)l(u)s
fuit Iohannis archiepi(scopi) qui
Eulogius p(re)sbit(er) erat (et) ab-
stinens (et) ieiunans iugiter
biduanas levando etia(m) aliq(uan)
(et) usq(ue) ad ebdomada(m) tenebat
ieiuniu(m) pane(m) t(ame)n modicu(m)
comedens (et) sal (et) p(ro)p(ter) h(oc) lauda-
bat(ur) ab o(mn)ib(us) Venit ad
abbate(m) Ioseph i(n) loco q(ui) vocat(ur)
Panefo credens se aliqua(m)
duriore(m) co(n)tinentia(m) i(n)venire
apud eu(m) Et suscipiens eu(m)
senex cu(m) gaudio q(uo)d habuit
hoc fecit p(ro) caritate parum
dixerunt aut(em) discip(u)li Eu-
logij Non comedit presbiter
nisi pane(m) (et) sal Abbas aut(em)
Ioseph tacitus manducabat
Cu(m) aut(em) cu(m) fecissent tres dies
no(n) audierunt eos psallentes
et orantes occultu(m) e(n)i(m) erat
opus eor(um) et exierunt nichil
edificati Deo aut(em) dispensante
facta e(st) caligo (et) errantes
de via reversi sunt ad sene(m)

Et p(ri)usq(uam) pulsaret hostiu(m)
audierunt eos psallentes
(et) diu expectantes ut audi-
rent postea pulsaverunt Et
suscepit eos senex iteru(m) cu(m)
gaudio Hi aut(em) qui cu(m) Eu-
logio erant p(ro)pt(er) cauma tule-
runt urceolu(m) dederunt ei
ut biberet Erat aut(em) aq(ua)
p(er)mixta de mari (et) flumi(n)e et
no(n) potuit bibere Cu(m) er-
go i(n) animo suo cogitaret ce-
pit rogare sene(m) ut diceret
institutio(n)es eius dicens Quid
e(st) hoc abba q(uia) p(ri)mu(m) no(n) psal-
lebatis s(ed) nu(n)c cepistis post-
qua(m) ut sum(us) egressi (et) q(ui)a
aqua(m) volui bibere i(n)veni
ea(m) salsa(m) Ait ei senex Fr(atr)
aliquis fatuus p(er) errore(m)
miscuit aqua(m) marina(m)
Eulogi(us) no(n) rogabat sene(m)
volens agnoscere veritate(m)
Et dixit ei senex Paruus
iste calix ad vinu(m) e(st) quod
caritas p(ro)vidit hic e(st) aut(em)
aqua qua(m) fr(atr)es assidue bibunt
Et hijs verbis docuit eu(m) h(ab)ere
discretione(m) quotidiana(m) et
abscidit ab eo o(mn)e(m) hu(m)anita(tem)
mu(n)dicia(m) me(n)tis ei(us) Et fuit
i(n) o(mn)ib(us) manducans de cetero
o(mn)ia q(ue) apposita fuissent
ei didicit etia(m) ipse i(n) secreto
op(er)ari Et dixit seni p(ro) (Christ)o
i(n) caritate sunt op(er)a v(est)ra Lau-
datus e(st) quida(m) fr(ate)r a monachis
apud abbate(m) Anthoniu(m)
Ille aut(em) cu(m) venisset ad eu(m)
temptauit si portaret
iniuria(m) Et cu(m) cognovisset
q(uia) no(n) posset ferre dixit ei
Similis es domui que a

facio quide ornatae de vetu
vo alatorum conpoliata dixit
abbas Cassianus q venit
frat quida ad abbate Serapio
ne et hortabat eu senex
ut sedm more orone faceret
Ille aut dicens se peccatore
et ipius monachi habitu indi
gnu no acquiescebat volu
luit eciā pedes eius lauare
et ipsem verbis iteru ipius
nulla ten acquieuit Fecit
aut illu gustare et gusta
uerunt cepit eu senex i cari
tate monere dicens Fili si vis
proficere pmane i cella tua
et attende tibi ipi et fac opera
manuu tuarum Non enim tibi
tantu procedere expedit
quantu sedere i cella tua Ille
aut hoc audiens ita contristabat
et vultu mutauit ut nec
latere posset sene Dixit g ei
abbas Serapion vsq modo
dicebas peccator sum accusabas
teipm tanqm indignus sis
eciā viuere et ego te i caritate
commonui ita contristaris de
buisti Si enim vis verus humi
lis esse q tibi ab alio iponit
disce humilit portare et no
ociosa vba infundere tibi ipi
Hoc audiens frat pniam gessit
Voluit aliqu iudex pro
vincie videre abbate pasto
rem et no acquiescebat senex
Iudex aut tenuit filiu so
roris eius velut malefacto
rem et redegit eu i carcerem
dicens Si veneris senex et
rogaueris pro eo no dimitta
eu Et venit mater pueri
ad fratre suu abbatem pastore
cepit plorare ad hostiu cel
Ille aut omnino no dedit ei
responsum Illa vero compulsa
dolore increpabat eu dicens
Si viscera ferrea habes et
nulla te conpassio mouet flectat
te saltem misericordia sanguinis tui
Ille aut mandauit ei Pastor
filios no generauit et ita dis
cessit Audiens aut hoc iudex
misit dicens vel verbo iubeat
et ego eu dimitto Senex aut
mandauit ei dicens Examina
causam sedm leges et si dignus
e morte moriatur si aut no
e fac quod vis Venit i initio
conuersacionis sue abbas Eva
grius ad quendam sene et dixit ei
Dic michi abba sermonem quo
saluus fiam Ille aut dixit ei
Si vis saluus fieri qn ad
aliquem vadis no prius loquaris
anqm ille te inquirat Eva
grius aut compunctus i hoc ser
mone pniam egit i conspectu
senis et satisfecit ei dicens
Crede m abba multos codi
ces legi et nusquam tale erudi
cione i veni et multipliciter
proficit Dixit abbas Agatho
iracundus si mortuum suscitet
no placet deo ppter iracundiam
sua Contigit quidem vena
cione faciens i silua agrestium
aialium et vidit abbatem Anthonium
gaudentem cu fribus et displicuit
ei Volens aut senex ostendere
ei q oportet aliqn condescendere
fribus dicit ei Pone sagittam tua
i arcu tuo et trahe et fecit sic
Et dicit ei iteru trahe et traxit
Et rursus dicit ei Trahe ad
huc Et traxit Et dicit ei ve
nator Si sup mensuram traxero
frangitur arcus Dixit ei abbas
Anthonius Sic et i opere dei
Si plus a mensura tendimus
fratres cito deficiunt Expedit
g vna et vna hora relaxare
rigorem eorum Hoc audiens venator

corripuit eos et multum proficiens
in sermone senis discessit et
fratres confirmati reversi sunt
ad locum suum ¶ Interrogavit abbas
Joseph abbatem pastorem dicens
Dic mihi quomodo monachus fiam. Et dixit
ei senex Si vis requiem in-
venire hic et in seculo futuro in
omni causa dic quis sum ego
et non iudices quemquam ¶ Contigit
aliquem fratrem congregationis abbatis
Helye temptacio et expulsus
inde abiit ad montem ad abbatem
Anthonium. Et cum mansisset
aliquantum temporis apud eum
remisit eum ad congregacionem
unde exierat. Illi autem viden-
tes eum iterum expulerunt qui
similiter perrexit ad abbatem An-
thonium dicens Voluit me susci-
pere pater. Misit ergo senex ad
eos dicens Navis naufra-
gium pertulit in pelago et perdidit
omnia quod portabat et cum
labore navis perducta est ad
terram. Vos autem liberatam navim
in terram vultis submergere. Illi
autem cognoscentes quia eum
abbas Anthonius remisit sta-
tim susceperunt eum ¶ Aliquando in
cellis festivitate celebrata
edebant fratres in ecclesia. Erat autem
ibi frater quidam qui dixit mi-
nistranti Ego non manduco
coctum aliquid sed sal. Et vocavit
minister alium fratrem coram multitudine
dicens Iste frater non comedit coctum
affer ei sal. Et surrexit quidam
senum et dixit ei Expediebat tibi
hodie in cella tua comedere car-
nes quam audiri hanc vocem
coram tantis fratribus ¶ Dixit abbas
Pastor Doce cor tuum servare
que docet alios lingua tua. Di-
xit iterum quia homines ad loquendum

perfecti videri volunt. Ad quod
loquuntur minores sunt ¶ Venit
aliquando abbas Adelfius qui fuit
episcopus Nilopoleos ad abbatem
Sisoi in monte abbatis An-
thonii. Et cum discessurus erat
fecit eum gustare mane.
Erat enim ieiunium. Et cum po-
nerent mensam ecce fratres pul-
saverunt. Dixit autem senex disci-
pulo Da eis modicum de pul-
te quia de labore sunt. Et dicit
ei abbas Adelfius Dimitte
interim ne dicant abbatem Sisoi
mane comedisse. Et intendit
in eum senex et dicit fratri Vade
tu da eis. Cumque vidissent
pultes dixerunt Ne peregrinos
aliquos habetis. Putasne et
senex vobiscum comedit. Et
dixit frater Etiam. Ceperunt ergo con-
tristari et dicere Ignoscat no-
bis deus quia senem permisistis
ista hora manducare. Aut
nescitis quia plurimos dies la-
boraturus est. Audiens hec
episcopus cepit coram sene penitentiam
agere dicens Ignosce michi
abba quia ego quidem humanum
aliquid cogitavi tu autem
quod dei est fecisti. Et dixit ei
abbas Sisois Nisi deus glori-
ficaverit hominem gloria hominis
nulla stat ¶ Quidam frater
peccaverat et misit eum
presbiter exire de ecclesia. Sur-
rexit autem abbas Bessarion
exiit cum eo dicens Et ego peccator
sum ¶ Venit abbas Ysaac
de Thebaide in congregationem
fratrum. Et vidit quendam de
fratribus culpabilem et iudicavit
eum. Cum autem exisset ad
heremum venit angelus domini
et stetit ante hostium celle eius dicens

Non te dimitto intrare. Il-
le autem rogabat dicens: Dic
que causa. Et videns angelus
dixit: Deus me misit ut
dicerem tibi. Iubet ut mit-
tas illum fratrem quem adduxi-
sti. Et statim abbas ypiac
penitenciam egit dicens: Peccavi, ig-
nosce mihi. Et dixit angelus:
Surge, ignovit tibi deus,
sed custodi de cetero ne ad
iudices quemquam prius quam
deus adiudicet eum. ¶ Of-
fendit aliquis in Scythi inventus
est culpabilis et fecerunt se-
niores conventum et miserunt
ad abbatem Moysen ut ve-
niret. Ille autem venire
noluit. Et misit ad eum
presbiter dicens: Veni, quia plebs
fratrum te expectat. Ille
surgens venit et tollens
antiquam sportam vetustam im-
plevit eam arena et portavit.
Illi autem exierunt obviam
ei dicentes: Quid est hoc pater?
Dixit autem eis senex: Peccata
mea sunt post me currentia
et non video ea, et veni ego
hodie aliena iudicare peccata.
Illi autem audientes nichil
locuti sunt fratri sed igno-
verunt ei. ¶ Interrogavit quidam
frater abbatem Pastorem dicens:
Si video culpam fratris mei
bonum est celare eam? Dicit ei
senex: In quacumque hora te-
gimus peccata fratris nostri tegit
etiam deus nostra. Et quacumque hora
prodidimus peccata fratrum et deus
nostra similiter prodit. ¶ Offen-
dit aliquis in congregatione.
Erat autem in ipsis locis quidam
solitarius qui iam longo
tempore foris non exibat.

Veniens autem de congregatione
illa ad eum indicavit ei de
fratre illo qui offenderat.
Et ille dixit: Expellite eum.
Expulsus autem de congrega-
cione abiit et misit se in
fossatum et flevit ibi. Con-
tigit autem ut alii fratres
euntes irent ad abbatem
Pastorem et viderent eum in
fossato plorantem. Venien de-
scendentes ad eum invenerunt
eum in magno dolore constitu-
tum. Et rogaverunt eum ut iret
ad senem illum solitarium. Et
non acquievit dicens: In hoc loco
moriar ego. Venientes autem
fratres ad abbatem Pastorem nar-
raverunt ei de eo. Et rogavit eos
ut irent ad eum dicentes: Abbas
Pastor vocat te ad se. Qui cum
ei dixissent, exivit ad eum et
videns eum senex afflictum
surrexit et osculatus est eum
et adgaudens ei rogavit
ut sumeret cibum. Misit autem
abbas Pastor unum de fratribus
suis ad illum solitarium dicens:
Audiens de te multis annis
sunt quod te desidero videre et
pro pigricia amborum non
potuimus nos invicem videre.
Modo autem deo volente et
occasione facta fatigare te
huc ut nos possimus videre.
Erat enim non egrediens de
cella sua. Qui cum audisset
dicebat: Nisi deus inspirasset
seni illi de me non misisset
ad me. Et surgens venit
ad eum et salutantes se invicem
cum gaudio sederunt. Dixit autem
ei abbas Pastor: Duo homines
erant in loco uno et ambo
habebant mortuos suos. Relict

aut unius mortuum suum et
cepit plorare mortuum illius
alius. Videns autem senex
quod compunctus est in sermone eius
et recordatus quod fecerat dixit
abbas pastor surrexit in celo
ego autem deorsum in terra. Factus
est aliquando conventus in Scythi
et loquebantur fratres de
quodam fratre culpabili. Ab-
bas autem Pyor tacebat. Postea
autem surgens egressus est
et tollens saccum implevit
eum arena et portabat super hu-
meros suos et mittens in sportella
modicum de eadem arena porta-
bat etiam ante se. Interro-
gatus autem a patribus quid hoc
esset ille respondit. Saccus ille
qui multam arenam habet peccata
mea sunt et quia multa sunt posui
ea super dorsum meum ne doleam
pro ipsis et plorem. Ista autem
arena modica peccata sunt fratris
istius et sunt ante faciem meam
et in ipsis exerceor iudicans
fratrem quod non ita fieri oportet
sed mea peccata potius ante me
esse deberent et de ipsis cogitare
et rogare deum ut ignoscat
michi. Audientes autem patres dixe-
runt vere hec est via salutis. Ad
quendam solitarium venit presbi-
ter quidam de biplice ut consecraret
ei oblacionem ad communicandum.
Veniens autem quidam ad ipsum
solitarium accusavit apud eum
eundem presbiterum. Cum ei ex consue-
tudine iterum venisset ad eum
ut consecraret oblacionem
scandalizatus est ille solitarius
et non aperuit ei presbitero autem hoc
viso discessit. Et ecce vox facta
est ad solitarium dicens. Tulerunt
sibi homines iudicium meum.
Et factus est velut in excessu

mentis et videbat quasi puteum
aureum et situlam auream et
funem aureum et aquam valde
bonam. Videbat quendam leprosum
haurientem et refundentem
in vas et cupiebat bibere et non
bibebat propter quod leprosus
erat ille qui hauriebat.
Et ecce vox venit iterum
ad eum dicens. Cur non bibis
ex aqua hac? Que causa est qui
implet? Qui implet enim solummodo
et infundit in vas. Tunc reversus
solitarius et presbiterum virtute
inspirationis vocavit presbiterum
et fecit sicut prius sacrificare
sibi oblacionem. Fuerunt duo
fratres magne vite in con-
gregacione et meruit singuli
videre graciam dei in alterutro.
Factum est autem aliquando ut unus
egrederetur in sexta feria extra
congregacionem et videret aliquem
mane comedentem et dixit
ei hac hora manducas in sexta
feria tamen ei dixit. Die autem postera
facta est celebratio missarum
secundum consuetudinem et ingressus
ecclesiam intuens videt fra-
trem eius graciam que dei ei fuerat
discessisse ab eo et contristatus
est. Cum ei venisset in cellam
dixit ei. Quid fecisti frater
quod non vidi sicut prius graciam
dei in te? Ille autem respondens
dixit. Ego nec in actu nec
in cogitacione conscius michi
sum alicuius mali. Dicit ei
frater eius. Nec sermone
aliquem alicuius locutus es?
Et recordatus dixit ei. Etiam
hesterna die vidi quendam
mane comedentem et dixi
ei hac hora comedis in sexta

sed hoc est peccatum meum. Et laboravimus duas ebdomadas. Vidit frater gratiam dei, et rogemus deum ut michi ignoscat. Et fecerunt sic. Et post duas ebdomadas vidit frater gratiam dei iterum super fratrem suum et exsultati sunt deo qui solus bonus est gratias referre. Vir quidam sanctus cum vidisset quendam peccantem flevit amare et dixit: Iste hodie et ego cras. Verumtamen qualitercumque peccet aliquis ante te ipsum non iudices eum sed iudica te magis esse peccatorem quam illum. Dixit senex: Non iudices fornicatorem si castus es tu quia similiter legem prevaricaris. Et enim qui dixit Non fornicaberis et dixit etiam non iudicabis.

Fratres quidam venerunt ad abbatem Anthonium ut nunciarent ei fantasias quas videbant et cognoscerent ab eo utrum vere essent an a demonibus illuderentur. Habebant autem asinum secum et mortuus est in via. Cum autem venissent ad senem preveniens eos dixit: Quomodo mortuus est asinus ille in via? Dicunt ei: Unde scis pater? Et ille dixit: Demones michi ostenderunt. Et dixerunt ei: Et nos propterea venimus interrogare te quia videmus fantasias et plerumque fiunt in veritate ne forte erremus. Et satisfecit eis senex sumpto exemplo de asino ostendens quia a demonibus ista sunt. Dixit quidam frater abbati Anthonio: Ora pro me. Et respondit ei senex: Nec ego tui misereor nec deus nisi tu ipse sollicitus fueris et postulaveris a deo. Dicebant de abbate Agathone quia abierunt quidam ad eum quia magne discretionis vir esset audientes et volentes eum probare si irasceretur dicunt ei: Tu es Agathon? Audimus de te quia fornicator es et superbus. Et ille respondit: Ego sum. Dicunt ei iterum: Tu es Agathon hereticus? Et respondit: Ego non sum hereticus. Et rogaverunt eum dicentes: Dic nobis cur nos tanta dicentibus iniuriam tuam pacienter tulisti, hunc autem sermonem quod diximus quia hereticus es non sustinuisti? Et ille respondens dixit eis: Illa prima in me ascribo, utilitatis enim anime mee est. Nam quod autem dixistis me esse hereticum non acquiesco quia separacio est a deo. Illi autem audientes admirati sunt de discrecione eius et edificati discesserunt. De eodem abbate Agathon cum factus fuisset conventus propter quandam causam in Scythi et fuisset causa ipsa ordinata postea venit et dicit eis: Non bene ordinastis causam. Illi autem dixerunt: Tu quis es qui sic loqueris? Et ille respondit: Filius hominis. Scriptum est enim: Si vere utique iusticiam loquimini recte iudicate filii hominum. Venerunt aliquando tres senes ad abbatem Achillam et unus ex eis habebat opinionem malam. Dixit autem ei unus de senibus: Abba fac michi unam sagenam ad piscandum. Et ille dixit: Non facio. Et alius dixit ~~Non facio~~ Fac nobis ut habeamus tui memoriam in monasterio. Et ille respondit: Non michi vacat. Dicit ei tercius qui habebat opinionem malam: Michi fac sagenam abba unde habeam de manibus tuis benedictionem. Et ille statim respondit: Ego tibi faciam

Dixerunt autem ei duo fratres se-
crete quibus non acquieuerat
Et non sicut quod nobis rogantibus
noluisti facere et huic dixisti
ego non facio. Respondit eis senex
Vobis ideo dixi non facio quia
nunc non vacat et non contristamini
hunc autem si non fecero dicturus
est quod de opinione mea que
mala est audiuit senex. Et de-
misit non facere sagenam et statim
incidere funem sed erexi animum
eius ne tristicia absorberetur
huiusmodi. ¶ Dicebat de quodam sene
quod fecit quinquaginta annos neque
panem comedens neque aquam
bibens et dicebat quod extinxi
fornicacionem et auariciam et vanam
gloriam. Et quod abbas Abraham
audiens quod hec dixisset venit
ad eum et dixit ei Tu dixisti
hunc sermonem. Ille respondit Etiam.
Et dixit ei abbas Abraham Ecce
intras in cellam tuam et invenis
super mattam tuam mulierem potes
non cogitare quod mulier est. Et dixit
Non sed repugno cogitacioni
mee ut non tangam mulierem
illam. Dicit ei abbas Abraham
Ecce ergo non occidisti fornicacionem
quod viuit passio ipsa
sed alligata est. Item si ambulas
in via et vides lapides et testas
vasorum et inter ipsas iacet aurum
potest mens tua aurum quod
videris velut lapides reputare.
Et respondit Non sed resisto cogitacioni
mee ne colligam illud.
Et dixit ei abbas Abraham Ecce
ergo viuit passio sed alligata
est. Et dicit ei iterum abbas Abra-
ham Si audieris de duobus fratribus
quod unus diligit te et bona de
te loquitur alius autem odit et de-
trahit tibi et venerint ad te utrumque
equaliter suscipies. Et dixit
Non sed compungor animo meo

ut satis bene faciam ei qui me
odit sicut illi qui me diligit
Et dicit ei abbas Abraham
Viuunt ergo passiones sed tantummodo
a sanctis viris quodammodo alligantur.
¶ Narrauit quidam patrum
quod senex aliquis erat in cella
studiose laborans et vestitus
matta. Veniens cum processisset ad
abbatem Ammonem vidit eum ab-
bas Ammonas utentem matta
Et dixit ei hoc tibi nichil pro-
dest. Et dixit ei senex ille
Tres cogitaciones me mo-
leste sunt una que me compellit
ut alicubi in heremo recedam
Alia ut peregre petam ubi me
nemo cognoscat. Tercia ut
includar ut nullum videam
per biduum comedam. Dixit ei abbas
Ammonas Nichil tibi horum trium
expedit facere sed magis sede
in cella tua et comede panem
cotidie habens semper in corde tuo
publicanum illum qui in ewange-
lio legitur sermonem et ita poteris sal-
uus esse. Temptauit aliquando
abbatem Effrem una prostituta
commissione cum decepit ei
blandiens cupiens eum si posset
ad turpem commixtionem inclina-
re vel si hoc non posset saltem ad
iracundiam prouocaret qui nunquam
eum vidit commotum in iracundia
vel litigantem. Ipse autem dixit
ad eam Sequere me. Cum autem
venisset in loco populoso dixit
ei Veni huc sicut voluisti
commisceri tibi. Illa autem videns
multitudinem dixit ei Quomodo possu-
mus hoc facere in tanta multitudine
hic astancium. Confundimur enim.
Ipse autem dixit ei Si homines
erubescis quanto magis debes
erubescere deum qui reuelat
occulta tenebrarum. Illa autem
confusa ... recessit absque

V, Z, 21

opere voluptatis sue ¶ Venerunt
aliqui ad abbatem zenonem quidam
fratres et interrogauerunt eum dicentes
Quid est illud quod scriptum est in
libro Iob Nec celum mundum esse
in conspectu dei Respondens autem
senex dixit Reliquerunt fratres
peccata sua et celestia scrutantur
Hec autem interpretacio est sermonis
huius requiris Vt quoniam solus
deus est mundus dictum est nec
celum mundum esse in conspectu
eius ¶ Dixit abbas Theodo-
rus Si habes amiciciam
cum aliquo et contigit eum in
temptacionem fornicacionis in-
currere si potes da ei manum
et trahe eum sursum Si autem
in errorem fidei inciderit et
non tibi acquieuerit relinque cito
inde amicicias eius abscide
ne forte remorans trahar-
is cum eo in profundum ¶ Dicebant de
abbate Iohanne breui sta-
ture quia qui dixit aliquando
fratri suo maiori volebam se-
curus esse sicut angeli securi
sunt nichil operantes sed sine
intermissione seruientes deo
Et mox expolians se quo ve-
stitus erat abiit in heremum
Et facta ibi ebdomada una
reuersus est ad fratrem suum Et dum
pulsaret hostium respondit ei
antequam aperiret dicens Quis es
tu Et respondit dicens Ego sum
Iohannes Et respondens frater eius
dixit Iohannes angelus est factus
et ultra inter homines non est
Ille autem pulsabat dicens Ego
sum et non aperuit ei sed di-
misit eum usque mane affligi
Postea aperiens dixit ei Si
homo es habes opus iterum operari
ut viuas Si autem angelus
es quid queris intrare in

cellam Et ille penitenciam agens dixit
Ignosce michi frater quia peccaui ¶ Dixit V, X, 30
abbas pastor venit aliquando in
heracleos inferiorem ad abbatem
Ioseph et habebat in monasterio suo
arborem storacis pulcram ni-
mis et dicebat michi abba mane
inde collige tibi et manduca Erat
autem feria sexta Ego autem non co-
medi propter ieiunium Et rogaui
eum dicens Dic michi propter deum vnde
hic venit quia dicebas michi vade et
manduca ego autem propter ieiunium
non abii sed erubescebam quia man-
datum tuum non feceram cogitans
quia sine racione hic michi non precipis
Ille autem respondit Patres seniores
non loquuntur ab inicio fratribus
recta sed magis distorta Et si
inuenerint eos ea torta facere
iam eis non loquuntur nisi quod
expedit agnoscentes eos in
omnibus obedientes esse ¶ Nar- V, X, 36
rauit de abbate Matoe qui fuit
discipulus abbatis Siluani quia
cum sederet in cella sua in monte
Synai mediocriter gubernabat
vitam suam de his que erant necessaria
corpori Cum autem fuisset episcopus
in pharan multum coartabat vitam
suam in duricia continencie Et dixit
ei discipulus suus Abba quando
eramus in heremo non te ita coarta-
bas Et dixit ei senex Fili illic
solitudo erat et quies et paupertas
et propterea volebam gubernare cor-
pusculum meum ne infirmaretur et
requirerem quod non haberem Hic
autem seculum est et occasiones sunt
prouidendi plurima et si infir-
mitati incidero sunt hic
qui curam gerant ne perdam propositum
Frater interro// interro- V, X, 37
gauit abbatem pastorem
dicens Perturbacio michi sit
et volo derelinquere locum istum Et

dixit ei senex Non sunt vera que audisti. Et ille dixit Certissime vera sunt. Nam frater qui dixit michi fidelis est. Et videns senex et dixit ei Non est fidelis qui dixit tibi. Nam si esset fidelis nequaquam diceret tibi talia. Deus enim audiens voces sodomorum non credidit nisi descenderet et videret oculis suis. Et ille dixit Ego vidi oculis meis. Hec audiens senex respexit in terram et tenuit parvam festucam et dixit ei Quid est hoc? Et ille respondit Festuca est. Et iterum intendit senex in trabem cellule et dixit ei Quid est hoc? Et ille dixit Materies maior est que portat tectum. Et dicit ei senex Pone in corde tuo quia peccata tua sic sunt sicut trabes hec, illius autem fratris de quo loqueris velut hec parva festuca. Audiens autem abbas Sisois hunc sermonem admiratus est et dixit In quo te beatum faciam abba pastor? Quoniam tamen velut preciosus lapis ita verba tua gratia et gloria plena sunt.

V, x, 39 Abiit quidam frater aliquando de monasterio abbatis pastoris peregre et applicuit ad quendam solitarium. Erat autem ille habens cum omnibus caritatem et multi veniebant ad eum. Nunciavit autem ei frater ille de abbate pastore. Iste enim audiens virtutes eius desiderabat videre eum. Cum autem reversus fuisset frater ille in egyptum post aliquantulum temporis surgens superdictus solitarius venit de peregrinis ad eundem fratrem in egyptum qui prius applicuerat apud ipsum. Dixerat enim ei ubi manet. Videns autem eum ille miratus est et valde gavisus. Dixit autem ei ille solitarius Ostende caritatem quam habes in me et duc me ad abbatem pastorem. Et tollens eum duxit ad senem et insinuavit ei de eo dicens Vir magnus hic est et multam caritatem habens et honorem plurimum in provincia sua venit desiderans te videre. Suscepit ergo eum cum gratulatione senex et salutantes se invicem resederunt. Cepit autem loqui peregrinus ille frater de scripturis sanctis et de rebus spiritualibus. Abbas autem Pastor avertit faciem suam et non dedit ei responsum. Videns autem ille quia non loqueretur cum eo contristatus exiit et dicit fratri illi qui eum adduxerat Inanem iter istud assumpsi. Veni enim ad senem et ecce nec loqui me dignatur. Intravit autem frater ad abbatem pastorem et dicit ei Abba propter te venit hic vir magnus habens tantam gloriam in loco suo quare non locutus es cum eo? Respondit ei senex Iste de sursum est et de celestibus loquitur. Ego autem de deorsum sum et de terrenis loquor. Si quidem locutus fuisset de passionibus anime ego utique responderem ei. Si autem de spiritualibus hec ignoro. Exiens ergo frater dixit illi Senex non cito de scripturis inquirit sed si quis ei loquitur de passionibus anime respondet ei. Tunc ille compunctus intravit ad senem et dixit ei Quid faciam abba quia passiones anime mee dominantur mei? Et intendit in eum senex cum gaudio

dixit ei Modo bene venisti
Vade aperiens os meum de thesauris
implebo illud bonis Ille autem
valde edificatus dicebat vere
hic est via caritatis Et quibus agonis
dixisse ista sanctum virum videre me-
ruit reliquus est in regione sua
¶ Frater interrogavit abbatem pastorem
dicens Feci peccatum grande et volo
triennio penitere Dixit autem
ei abbas pastor Multum est
Et dixit frater Iubes unum
annum Et dixit iterum senex
Multum est Qui autem presentes
erant dicebant usque xl ta
dies Senex iterum dixit Multum
est Et adiecit dicens Ego puto quia
si ex toto corde homo penitentiam
habuerit et non apposuerit facere
iterum unde peniteat etiam tri-
duanam penitentiam suscipiet deus
V,x,47 ¶ Frater quidam interrogavit abbatem
pastorem dicens Quid est hoc quod
scriptum est Qui irascitur fratri suo sine
causa Et ille dixit De omni re
qua te gravare voluerit frater tuus
si irasceris adversus eum donec
oculum tuum dextrum eiciat a te
et proicias sine causa irasceris
ei Si autem aliquis voluerit te
56 separare a deo propter hoc irascere Item
frater quidam interrogavit eum dicens
Dimisi meam hereditatem quid
faciam de ea Dicit ei abbas pa-
stor Vade et post tres dies
veni et dicam tibi Venit autem
sicut prefinivit Dixit ei senex
Quid dicam tibi frater Si dixero
tibi Da eam ecclesie illi presbyteri fa-
ciunt convivia Si vero dixero
Da eam pauperibus securus eris
Quod vis ergo vade fac
62 ego causam non habeo ¶ Interro-
gavit Abraham qui erat abbatis
Agathonis discipulus abbatem
pastorem dicens Quare sic demones

impugnant Et dicit ei abbas pastor
Te impugnant demones Non pu-
gnant nobiscum demones Cum autem
voluntates nostras faciamus demo-
nes facti sunt et hoc sunt que tribulant
nos ut faciamus eas Si autem vis
scire cum quibus sunt cum quibus demones
pugnant cum abbate Moyse et similibus
eius ¶ Frater quidam interrogavit abbatem V,x,66
pastorem dicens Quare me prohibet
spiritus quod facere bonum proximis
Dicit ei senex Non sic loquaris
alioquin deum mendacem facies
sed dic nichil omnino mihi facere
volo Pretermiserunt enim dixit Deus
dedi vobis potestatem calcandi super
serpentes et scorpiones et super
omnem virtutem inimici Cur ergo 68
immundos spiritus non conculcas Frater
dixit abbati Cypri quare a me
non recedunt passiones Et dixit
ei senex Arma vasa earundem
passionum intra te sunt sed da eis
pignus suum et discedunt ¶ Venit 69
quidam frater ad abbatem Silvanum in
monte Syna et vidit fratres operantes
et dixit seni Nolite operari cibum
qui perit Maria enim optimam partem
elegit Et dixit senex discipulo
suo Voca Zachariam et mitte
istum fratrem in cellam ubi nichil est
Et cum facta fuisset hora nona in-
tendebat ad hostium si mitterent
et vocarent eum ad manducandum Et cum
nemo loqueretur ei surgens venit
ad senem Dicit ei Abba hodie
fratres non comederunt Et dixit ei
frater ille Et quare me non vocasti
Et dixit senex Tu homo spiritualis
es et non indiges hoc cibo Nos
autem carnales sumus et volentes
manducare propterea operamur manibus
nostris Tu vero bonam partem elegi-
sti legens tota die et non vis sumere
carnalem cibum Qui cum hoc au-
disset penituit se ad penitentiam dicens
Ignosce abba Et dixit ei senex

puto apud opinionem sed Mariam
Martha. Per Martham enim Maria
laudatur. ¶ Dixit sancta Syncletica:
Bonum est quidem non irasci; si autem
venerit ad spacium unius diei huius
passionis concessum est. Dixit enim:
Non occidat sol super iracundiam
vestram. Tu autem expectas donec
vite tue tempus occidat? Nescis
dicere: Sufficit diei malicia sua?
Quare odio habes hominem
qui te nocuit sed qui dyabolus?
Odire quod abhorres egritudinem non
egrotum. ¶ Venit aliquis monachus
quidam ab urbe Roma qui in palla
cio magnum locum habuit et ha
bitabat in Scithi in civitate ecce.
Habebat autem secum de magnis
unum servum qui ministrabat
ei. Cum eum fecisset viginti quinque
annos in Scithi factus est vir con
templator providus et nominatus.
Audiens autem quidam de magnis
monachis egipciis opinionem eius
venit videre eum sperans conversacionem
corporalem plus apud eum arduam
invenire. Cum eum intrasset salu
tavit eum et facientes oracionem se
derunt. Videns egiptius mollibus
vestitum vestibus et mattam de papi
ro et pellem stratam sub ipso et mo
dicum capitale sub capite eius
sed et pedes eius mundos habentem
cum caligulis sandaliatos est
intra se scandalizatus quia in loco illo non
erat consuetudo talis conversandi
sed magis durior abstinencia habere
consueverunt. Senex autem ille Romanus
habens contemplacionis sive pro
videncie graciam intellexit quod scanda
lizatus fuerat egiptius mona
chus ideo. Et dicit ministro suo:
Fac nobis hodie propter abbatem
qui venit bonum diem. Et coxit
parum olerum que habebat. Et surgentes
hora competenti comederunt.
Habuit etiam et modicum vini propter

infirmitatem suam et illud bibe
runt. Et cum factum fuisset vespere
dixerunt duodecim psalmos et dormie
runt. Similiter autem et nocte.
Et surgens mane egiptius
dicit: Ora pro me. Et egressus
est non edificatus. Et cum
paululum discessisset, volens
eum senex ille Romanus sanare
misit post illum et revocavit
eum. Et cum venisset cum gaudio
suscepit eum iterum. Et interrogavit
eum dicens: De qua provincia
es? Et ille dixit: Egiptius sum.
Et dixit ei: De cuius civitatis? Et re
spondit: Ego omnino non fui in
civitate nec habitavi aliquando
in civitate sed in agro fui. Et dixit
ei: Ubi dormiebas? Respondit:
In agro. Et dixit: Habebas aliquid
stratum? Et ait: Ego in agro
unde poteram habere stramentum
in quo dormirem? Et dixit: Quid
manducabas in agro aut quale
vinum bibebas? Iterum respondit:
Que sunt hec? Esca autem qualis
potus in agro? Et dixit: Unde ergo
vivebas? Et ait: Manducabam
panem siccum et inveniebam aliquid
de salsamentis et bibebam aquam.
Et dixit senex: Grandis labor.
Et iterum dixit: Non sed in flumine
lavabar cum volebam. Et cum hec
omnia abbas senex prescrutatus
ipsius peregisset cognovisset
modum prioris vite eius atque
laboris, volens eum proficere
narrat ei suam vitam pristinam
quam habebat cum esset secularis dicens:
Me miserum quem vides de magna
civitate Roma sum habens in
palacio magnum locum apud im
peratorem. Cum audisset egiptius
inicia verborum eius compunctus
est et sollicite quod dicebatur audie
bat. Et ille adiecit: Dereliqui
ergo Romam et veni in solitudinem
istam. Et iterum dixit: Me quem vides

lectos vestitos quos antea habui habentes preciosissimas vestes, domos magnas et pecuniam multam, et tempore illo et non in ista parva cella, et pro his dedit mihi deus mattam hanc de papiro et hanc pellem. Et vestes mee inestimabilis precii digne erant et pro his utor his vilibus rebus. Et iterum dixit: In prandio meo multum aurum expendebatur et pro illo dedit mihi deus modicum olerum et parvulum caliculum vini. Erant autem et qui serviebant mihi plurimi servi, et ecce pro illis mihi deus compunxit ut ministraret mihi. Pro balneo autem perfundo modicam aquam pedes meos et caligulis utor propter infirmitatem meam. Et rursum pro cantibus et citharis vel alio musicorum opere quo delectabar in conviviis meis, dico mihi duodecim psalmos in die et duodecim in nocte. Et pro peccatis meis que ante faciebam modicam requiem quam habeo parvam et inutilem ministerium deo. Unde rogo abba ut non scandalizeris propter infirmitatem meam. Et hec audiens egyptius atque in semetipsum reversus dixit: Ve mihi quia ego de multa tribulatione et plurimo labore seculi magis ad pausandum in conversatione monachi veni, et quod non habebam nunc habeo cum multa delectatione seculi volui. Tu autem in tribulatione venisti ad humilitatem et paupertatem. Ergo multum proficiens discessit. Et factus est ei amicus et sepe veniebat ad eum pro sue utilitatis causa. Erat enim vir discretus et repletus odore spiritus sancti.

Frater quidam sedebat in cella sua quiescens et volebant demones seducere eum sub specie angelorum et excitabant eum ut iret ad collectam et luminaria ostendebant ei. Ille autem venit ad quendam senem et dicit ei: Abba veniunt angeli cum luminibus et excitant me ad collectam. Et dicit ei senex: Non audias eos fili, sed cum venerint excitare te tu dic: Ego quando volo surgo, vos autem non audio. Accipiens autem frater preceptum senis reversus est in cella sua. Et sequenti nocte venerunt iterum demones secundum consuetudinem et excitabant eum. Ille vero sicut preceptum ei fuerat respondebat eis dicens: Ego quando volo surgo, vos autem non audio. Et illi dixerunt ei: Malus senex ille falsator seduxit te. Ad quem frater venit volens mutuare pecuniam et cum haberet mentitus est dicens se non habere et non dedit ei. Ex hoc enim cognosce quia falsator est. Surgens ergo diluculo frater venit ad senem et nunciat ei hec ipsa. Senex vero dixit: Verum est quia habebam et quod venit ad me frater mutuare et non dedi ei. Videbam enim si darem ei dampnum pateretur anime. Cogitavi ergo unum mandatum preterire quam decem ex quibus ad tribulationem venire potuisset pro illo si a me pecuniam recepisset. Tu autem demones qui te seducere volunt non audias. Et multum confortatus de verbis senis abiit in cellam suam.

Venerunt aliquando tres fratres ad quendam senem etiam in Scithi et unus ex eis interrogat eum dicens: Abba commendavi vetus et novum testamentum memorie mee. Respondit senex: Replesti verbis aerem. Et secundus interrogat eum dicens: Ego vetus et novum testamentum scripsi mihi propria manu. Dixit autem et huic: Et tu replesti fenestras de cartis. Et tercius dixit: Mihi in focularibus herbe ascenderunt et evulsi eas. Et videns senex dixit: Et tu repulisti a te hospitalitatem.

Narraverunt quendam patrem de

quodam sene magno qui veniebat
aliquis dum interrogare eum si mi-
ne ille cum magna fiducia dicebat
Ecce ego suscipio personam dei et
sedeo in sede iudicij Quid me vis
ut faciam tibi Si dixeris Miserere
mei dicet tibi deus Si vis ut mi-
sereatur tui miserere et tu fra-
tribus tuis et ego miserebor tui
Si autem vis ut ignoscat tibi igno-
sce et tu proximo tuo Nunquid
aliquid est causa absit sed in nobis est
si volumus salvari ¶ Dicebat de
quodam sene in cellis qui erat
magnus laborator et semel
dum faceret opus suum contigit alium
quendam patrum virum venire ad
cellam eius et audivit de foris eum
litigantem cum cogitacionibus suis
dicentem Usque propter unum verbum
omnia illa amitto Ille autem foris
stans putabat quod cum aliquo alio
litigaret et pulsavit ut intra-
ret et pacificaret eos Ingressus
autem et videns quod nemo alius
erat intra habens fiduciam apud
eum Cum quo litigabas abba Et
ille respondit Cum cogitacionibus
meis quia xiiij libros memorie
mee commendavi et unum verbum
modicum audivi foris Et cum
missem facere opus dei omnia illa
perdidi et hoc solum quod audieram foris
venit in memoriam in hora
ministerij mei et propterea litigabam
cum cogitacione mea ¶ Fratres de
congregacione venerunt in heremum
et applicuerunt ad quendam heremitam
et suscepit eos cum gaudio Et
sicut est consuetudo heremitis
videns eos de labore positos
mensam posuit hora quod habuit
in cella apposuit eis et refecit
eos Et cum factum esset sero dixerunt
xij psalmos similiter et nocte
Cum autem senex evigilasset audit
eos inter se dicentes quia solitarij
viri plus refecti sunt in heremo
quam nos in congregacione Mane
autem facto cum ambularent esset

dallum vicinum eius dicit eis Salu-
tate eum pro me et dicite ei Noli
adaquare olera Ille autem cum
hoc audisset intellexit verbum et
tenuit eos usque sero labo-
rantes ieiunos Cum autem sero
factum fuisset facit prolixius
opus dei Et post ea dixit Cessemus
modicum propter vos quia de labore
estis Et dixit iterum Et non tridie
quidem manducare non solemus
sed propter vos gustemus modicum
et apposuit eis panem siccum et
sal dicens Celebremus propter vos festivitatem
hodie et misit parum
aceti in salibus illis Et surgen-
tes ceperunt psallere usque
mane Et dixit eis propter vos
adimplere non possumus regulam
nostram ut modicum reficiatis
quia peregrini estis Mane autem
facto volebant fugere Ille autem
rogabat eos dicens Manete aliquantulum
tempus nobiscum saltem
vel propter mandatum tres dies sed
consuetudinem heremi faciatis no-
biscum Illi autem videntes quod
non relaxaret eos fugerunt
occulte ¶ Frater quidam interrogat
quendam patrum dicens Si contingit
gravari me sompno et tran-
sierit hora ministerij mei anima
mea prae accidia iam non
prevalet implere opus suum Et
dixit senex Si contigerit te
usque mane dormire quando evi-
gilas surge claude hostium
et fenestras tuas et fac opus
tuum Scriptum est enim Tuus est
dies et tua est nox In omni enim
tempore glorificatur deus ¶ Frater aliquis
interrogat senem dicens Soror
mea paupercula est Si do ei elemo-
sinam non est sicut unus de pau-
peribus Et dixit senex Non Dixit
autem frater Quare abba Et ait
senex Quia sanguinis eius trahit

te mediat. ¶ Dixit quidam senex
Nos omnia condiamus placeat et
necesse omni sermoni consentias.
Tardius crede et quod verum
est citius dic. ¶ Fratres quidam
interrogaverunt parvulum monachum
dicens: Bonum est loqui an tacere?
Dicit ei puer ille: Si sunt verba
ociosa dimitte illa; si autem
bona sunt locum bonum et loquere
verum et si bona sunt verba non
diu protrahas sed cito incide
quod loqueris et quiesce. ¶ Ascen-
derunt aliqui monachi de egypto
in Scithi ut viderent seniores
loci illius et cum vidissent eos
ieiunantes fame et de nimia
abstinencia impacientes commedere
scandalizati sunt in eis. Hoc
autem presbiter agnoscens voluit
sanare eos et ita dimittere. Et
predicavit in ecclesia plebi dicens
Ieiunate et ostendite abstinen-
ciam vestram fratres. Volebant autem
egipcii qui illuc venerant
discedere et retinuit eos. Cum
autem ieiunassent post apponi (?)
sunt fecerat autem eos ieiunare
biduo continuato. In Scithi
habitantes ieiunaverunt ebdomadam.
Et facto sabbato ceperunt man-
ducare egipcii cum senibus.
Turbantibus autem se ad mandu-
candum egipciis unus de senibus
tenuit manum eorum dicens
Cum disciplina manducate quia
monachi. Unus autem ex egipciis
repulit manum eius dicens
Dimitte quia morior tota
ebdomada nichil coctum comme-
di. Et dicit ei senex: Si vos
biduano intervallo manducan-
tes ita defecistis quare in
fratribus scandalizati estis qui
semper ordine ebdomadam conti-
nuo abstinenciam servant. Illi autem
penitenciam egerunt coram eis
et edificati in abstinencia corpo-

abierunt cum gaudio. ¶ Frater quidam
renuncians seculo et accipiens
habitum monachi statim reclusit se
dicens: Solitarius esse volo. Au-
dientes autem vicini seniores
venerunt et eiecerunt eum et fecerunt
eum circuire cellas fratrum et penitenciam
coram singulis agere et dicere
Ignoscite michi quia non sum solitarius
sed adhuc initium monachi nunc
accepi. Dixerunt quidam senes
Si videris iuvenem voluntate
sua ascendere in celum tene pedes
eius et proice eum inde quia non
ita expedit ei. ¶ Dixit quidam
senex: Cum congregabamur in unum
et loquebamur aliquid quod utile esset
animabus omnes efficiebamur sursum
et sursum ascendebamus in celum. Nunc
autem congregamur et in obtrectacio-
nibus occupamur et unus alterum
trahimus in profundum. ¶ Dixit
abbas Anthonius: Quanto (?) se
approximat homo deo tantum
se peccatorem videt. Ysayas enim
propheta videns deum miserum
se et indignum dicebat. ¶ Dixit
quidam senex: Si contigit mit-
tere talem sermonem aliquos tristis
et negavit ille dicens: Non dixi
sermonem hunc ne litiges cum eo
dicens dixisti quia provocabitur
et dicit tibi: Etiam dixi. ¶ Venerunt
aliqui duo fratres ad abbatem Pam-
bonem et interrogat unus ex eis
dicens: Abba ego biduo ieiuno
duos paximatios commedo
putas salvo animam meam an
seducor. Et alter dixit: Ego cot-
idie de opere manuum mearum
duas siliquas (?) dinarias (?). Et
parum ex eis retineo ad victum
aliud autem expendo in elemosinas
putas salvus ero an seducor.
Et cum plurimum rogarent eum
non respondit eis. Post quatuor

aut dies cum discessuri essent
rogabant eos clerici dicentes
Nolite contristari fratres dominus nobis
prestat in eo dominum iste est consuetudo
senis huius quod raro loquitur
nisi deus ei dixerit quid dicat
Intrauerunt ergo ad senem dixerunt
ei Abba ora pro nobis Et ille
dixit eis Ambulare multis
dixerunt Ecia Et intuens eos
in semetipso accipiens opinionem
scribebat in terra dicebat pax
viuit dixit nos paruo maceramus
ducat putans in hoc eis indicium
Nec Et paululum recedens dixit
ad eos Bonum quidem est operari
sed si custodias conscienciam tuam
cum proximo tuo ita saluaberis
In hijs ergo edificati fratres cum
gaudio discesserunt ¶ Frater
dixit abbati pastori Si videro
rem aliquam vis ut dicam dixit
ei senex Scriptum est Qui respon-
derit verbum antequam audiat stul-
ticia est ei et obprobrium Si ergo
interrogatus fueris dic si non illis
tace ¶ Frater venit ad abbatem
pastorem et dicit ei Multe co-
gitaciones veniunt in anima
mea et periclitor in eis Et eiecit
eum senex sub nudo aere et dixit
ei Expande sinum tuum et appre-
hende ventos Et ille dixit
Non possum hoc facere Et dixit ei
senex Fili si hoc non potes fa-
cere nec cogitaciones prohibere
potes ne introeant sed tuum
est resistere eis ¶ Dixit abbas
pastor Si peccauerit homo et ne-
gauerit dicens Non peccaui ne in-
crepes eum quia frangis propositum
animi eius Si autem dixeris ei noli
contristari frater sed observa decetero
poteris animam eius ad penitenciam
¶ Interrogauit abbas Joseph ab-
batem pastorem dicens Quomodo oportet
ieiunare Et dixit ei ab-
bas pastor Ego volo ut qui
cotidie comedit manducans semper
paululum subtrahat sibi ne
saturetur Et dixit ei abbas
Joseph Ergo quando eras iuuenis
non ieiunabas biduanas
[illegible] Et dixit ei senex
Crede michi quia triduanas et
ebdomadas sed hec omnia probauerunt
senes ut magni et inuenerunt
quia bonum est cotidie manducare
et per singulos dies sibi parum sub-
trahere et ostenderunt nobis
viam hanc regalem que le-
vior est et facilis ¶ Venerunt
aliqui senes quondam in Scythi
Erat autem cum eis et abbas
Johannes paruus Et dum co-
mederent surrexit quidam
presbiter vir magnus ut daret
per singulos vasculum aque
paruulum ad bibendum et
nemo acquieuit accipe-
re ab eo nisi solus Johannes
breuis Admirati sunt autem
ceteri et dixerunt ei Quomodo tu
cum omnibus minor sis presumpsisti
ministerio viri senis et
magni Dicit eis Ego quando
surgo do aquam gaudeo omnibus
si bibant ut mercedem acquirat
Nunc ergo propterea ego suscepi
ut faciam eum qui surrexit
premium mercedis ne forte
eciam contristetur nullo suscipien-
te ab eo Hec cum dixisset ad-
mirati sunt de discrecione
eius ¶ Narrauit aliquis ab-
bas Daniel quia quantum vire-
scat corpus tantum anima [illegible]

et quantum sitatum fuit corpus
eius tantum vires sat. ¶ Dixit
aliquando abbas Evagrius ab-
bati Arsenio: Quomodo nos ex tanta
eruditione scientie nullas vir-
tutes habemus, hii autem rusti-
ci in egipto existentes tan-
tas virtutes possident?
Respondit abbas Arsenius:
Nos quia mundane eruditio-
nis disciplinis intenti
sumus nichil habemus; hii
autem rustici egiptii ex
propriis laboribus acquisierunt
virtutes. ¶ Dixit abbas Da-
niel quia cum moriturus fuisset
abbas Arsenius delegavit
nobis dicens: videte ne ve-
litis pro me agape facere,
quoniam si feci ego pro me
ipso inveniam. ¶ Venerunt
aliquando presbiteri regionis
illius ad monasteria vicina
in quibus erat cella abbatis
Pastor et intravit abbas
Anub et dixit ei: Rogemus
presbiteros istos hodie accipe-
hic in caritate domini dei.
Ille autem stans diu non
dedit ei responsum. Abbas
vero Anub contristatus exiit.
Dixerunt autem abbati Pa-
stori qui iuxta eum sedebat:
Quare non dedisti ei re-
sponsum? Et dixit eis abbas
Pastor: Ego causam non
habeo, iam mortuus sum.
Mortuus enim non loquitur.
Vos igitur reputatis quia ho-
mines vos sum. Dixit abbas
Pastor: Quis docet ali-
quid et non facit quod docet

similis est puteo qui omnes
ad se venientes saciat et
diluit sordes, se autem ipsum
purgare non potest, sed omnis
spurcicia et immundicia in eo
est. ¶ Venerunt aliquando duo
senes magni de partibus
Pelusii ad abbatissam Saram.
Et cum ambularent dicebant
ad invicem: humiliemus vetulam
istam. Et dicunt ei: Vide ne ex-
tollatur animus tuus et dicas
quia ecce solitarii isti veniunt ad
me que mulier sum venitis.
Et dixit eis abbatissa Sara:
Sexu quidem mulier sum, sed non
animo. ¶ Item dixit abbatissa
Sara: Si peposcero a deo
ut omnes homines edificentur
in me, invenio enim me ad ianuas
singulorum penitentiam agens, sed
magis oro ut cor meum
cum omnibus purum sit. ¶ Dixit
abbas Cyriacus Thebeus: Filii
sinus pueros huc non addu-
catis, quia propter pueros in Scithi
ecclesie heremum facte sunt.

De abbate Agathon V, XI, 2

Dixit abbas Agathon:
Non debet monachus
permittere conscientie sue
ut accuset eum in quacumque re.
Cum autem moriturus erat
moriturus abbas Agathon
tres dies immobilis mansit
apertos oculos tenens. Pul-
saverunt autem eum fratres dicen-
tes: Abba, ubi es? Et ille
respondit: In conspectu divini
iudicii assisto. Dicit ei: Et tu
times? Et dixit eis: Interim
laboravi virtute qua potui

in custodiendis mandatis dei
sed homo sum et nescio utrum pla-
ceant opera mea coram deo
Dicunt ei fratres Et non confidis
de operibus tuis que secundum deum sunt
Et dixit senex Non presumo
nisi venero ante deum aliter
enim sunt iudicia dei et aliter
hominum Cum autem vellet eum
adhuc interrogare alium sermo-
nem dixit eis Ostendite caritatem
et nolite mecum loqui quia
occupatus sum Et hoc dicto
statim emisit spiritum cum
gaudio videbat enim eum col-
ligentem spiritum quemadmodum
cum quis salutat amicos suos
dilectos Habuit autem custo-
diam magnam in omnibus et
dicebat quia sine custodia
ad nullam virtutem ascendit homo
Dixit abbas Iohannes
brevis quia similis sum homini
sedenti sub arbore magna
attendenti bestias multas
et plura serpentia ad se
venientia et cum se videt quod
non posset stare adversus ea
festinat ascendere in arborem
ut salvetur Ita ego ma-
lignas cogitationes super
me et cum non prevaleo adversus
eas confugio per orationem ad deum
et ita salvus efficior ab in-
sidiis inimici Senex quidam
erat in Scithi habens quidem
tolerantiam corporalem sed non
valde scrupulosus erat in re-
tinendis que audiebat abiit
ergo iste ad abbatem Iohannem bre-
vem ut interrogaret eum de ob-
livione sua audiens ab

eo sermonem rediit in cellam
suam et oblitus est quod ei Iohannes
abbas dixit iterum abiit
et interrogavit eum audiens
autem ab eo sermonem reversus
est Mox autem ut pervenit in
cellam suam oblitus est quod
audivit atque ita multotiens
vadens atque rediens domina-
batur ei oblivio postea vero
rursus occurrens seni
dixit Nosti abba quia obli-
tus sum iterum quod oblitus
sum dixisti michi sed ne mo-
lestus tibi essem ideo veni
Dixit autem ei abbas Iohannes
vade incende lucernam et in-
cendit Et dixit ei Affer
alias lucernas et incende
ex ea et fecit sic Et dixit
abbas Iohannes seni Numquid ali-
quid lesa est lucerna quia ex
ea alias incendisti Et dixit
Non Ita et Iohannes non
leditur si toti in Scithi ve-
nirent ad me non impediunt
me a caritate dei Veni ergo
quotiens vis veni michil hesitans
Et ita per patientiam utrorumque
abstulit deus oblivionem
a sene Hoc enim erat opus
habitantium in Scithi ut acu-
erent eos qui impugnabantur
a quacumque passione et ipsi
torquebant sibi laborem
ut se invicem lucrarentur in
bono Abiit aliquis abbas
pastor cum esset iuvenis
ad quendam senem ut interro-
garet eum tres sermones
Cumque venisset ad eum ob-
litus est unum ex tribus sermonibus
que eum interrogavit Et reversus

in cella sua cum contendisset
manum ut teneret clauam
recordatus est sermonis illius
quem fuerat ante oblitus
et sustulit manum a clava
et egressus est ad senem. Senex
autem dixit ei: Tardasti
venire frater. Et ille nar-
ravit ei quod cum contendissem
manum tenere clavam re-
cordatus sum sermonis
illius quem quaerebam et non
aperui cellam sed mox ad te
sum reversus. Erat autem lon-
gitudo viae milia minus di-
cebat autem ei senex: Vere
gregum pastor nominabitur
enim nomen tuum in tota terra
Egipti. ¶ Sedente aliquando ab-
bate Siluano in monte Syna
volens discipulus eius abire
ad quoddam ministerium suum
dixit seni: Dimitte aquam
et riga ortum. Ille autem exiens
ad dimittendam aquam tegebat
faciem suam de cuculla sua tantum
ad pedes suos intendens.
Contigit autem ut ipsa hora
quidam superveniret ad eum
et videns eum a longe consi-
deravit quid faceret. Et cum per-
venisset ad eum dixit ei:
Dic michi abba ut quid te-
gebas de cuculla faciem tuam
et sic adaquabas ortum. Et
dixit ei senex: Ne viderent
oculi mei arbores et occu-
parentur mens ab opere suo in
consideratione earum. ¶ Venit
quidam senex ad alium senem
et cum loquerentur unus ex
eis dixit: Ego mortuus
sum huic seculo. Alter vero
dixit ei: Ne confidas in temet

ipso donec recesseris de corpore isto.
Verba si dicas quod mortuus es,
sathanas autem mortuus non
est. ¶ Dixit senex: Dormiente
te aut surgente vel aliud quid
faciente si fuerit deus ante
oculos tuos in nullo te inimicus
poterit deterrere. Et si talis co-
gitatio manserit in homine etiam
virtus manet in eo. ¶ Dice-
bat de quodam sene quia cum
ei cogitationes sue dicebant
dimitte hodie crastino peni-
tere, contradicebat eis ille
dicens: Non, sed hodie penitere,
crastino autem fiat voluntas
domini. ¶ Dicebant senes quia
tres sunt virtutes sathane ex
quibus procedunt principia peccati:
prima oblivionis, secunda negligentie,
tertia concupiscentie. Etenim si oblivio
venerit generat negligentiam,
de negligentia vero concupis-
centia nascitur, de concupiscentia cor-
ruet homo. Si enim sobria est ita
mens ut oblivionem repugnat,
negligentiam non venit. Et si non negle-
xerit concupiscentiam non recepit.
Si non concupiscentiam non recepit
nunquam cadet opitulante gratia
Christi. ¶ Frater quidam in cellis fundi-
bat palmulas suas et cum se
disposuisset facere sportulas dicit ei
cogitatio sua ut iret ad quem-
dam senem visitare eum. Et
iterum cogitans in semetipso
dicebat: Post paucos dies va-
dam. Et rursus dicebat ei co-
gitatio sua: Si interim hic moritur
quid facies? Sed vade modo ut
loquaris ei quia oportet esse tempus.
Et iterum dixit intra se: Sed non
est modo tempus. Iterum autem cogitat
dicens: Sed cum incidis sportam ad

mattas fit quibus. Rursus dixit
in semetipso: Expendo palmu-
las istas et tunc vado. Rursus
dixit in seipso: Ecce hodie bonum
acre fiat. Et surgens reliquit
palmulas infusas et tollens
melotem suam ibat. Erat autem
quidam senex vicinus ei vir
providens. Qui cum audisset eum
in impetu ambulantem clamavit
dicens: Captive, captive, ubi
curris? Veni huc ad me. Qui
cum venisset dicit ei senex:
Revertere in cellam tuam. Ille autem
sic narravit ei fluctus quos
pertulerat in cogitationibus suis
et ita reversus est in cellam suam. Et
cum ingressus fuisset in ea prostra-
vit se et penitentiam egit. Hoc
facto subito voce magna demo-
nes clamaverunt dicentes: Vi-
cisti nos monache, vicisti nos.
Et facta est matta eius super
quam iacebat velut ab igne
ustulata; demones autem velut
fumus conspicati sunt. Et cognovit fr-
ater ille ~~dixit~~ dedicit versutias eorum (?).

¶ Dicebant de quodam sene qui mo-
riebatur in Scythi et circumdederunt
fratres lectum eius et vestierunt
eum et ceperunt flere. Ille autem
aperuit oculos suos et risit.
Et adiecit iterum ridere. Hoc
etiam factum est tercio. Quod cum
vidissent fratres rogaverunt eum
dicentes: Dic nobis abba quare
nobis flentibus tu rides. Et
dixit eis: Primo risi quia vos timetis
mortem. Et secundo risi quia non estis
parati. Tercio autem quia de labore
ad requiem vado et vos ploratis.
Hec cum dixisset statim ut potest (?)
mortuus reclusit oculos senex.

¶ Venit aliquis frater manens
in cella ad unum de patribus et
dixit ei quod cogitatione sua
affligeretur. Et dixit ei senex:
Tu precidisti in te (?) fundamentum
magnum quod est dei timor, et
accepisti in manum tenere
arundineam virgam, hoc est cogita-
tiones malas. Accipe ergo
magis ignem quod est timor dei,
et dum approximat cogitatio
mala velut calamus in igne
timor dei comburet. Vincit
enim prevalet malicia adversus
eos qui habent timorem dei.

¶ Dixit quidam senum: Sicut enim
cooperiuntur oculi animalis tunc
tamen (?) ad molendum, si autem dis-
cooperti habuerint oculos non
ambulant in circuitu mole.
Sic enim zabulus si occurrerit
cooperire oculos hominis
in omne peccatum humiliat eum;
si vero illuminati fuerint oculi
eius facilius potest effugere.

¶ Dicebat senex quod in monte
abbatis Anthonii custodes
sedebant septem tempore dactilorum
et unus post eos abiciebat
ab eis volucres. Erat autem
ibi senex qui in die quo ad
dactilos custodire contingebat
clamabat dicens: Discedite
de intro male cogitationes
et deforis volucres. ¶ Dixit
senex: Surgens mane dic
ad temptationem (?) labori corpus ut
pascatur; superbe (?) esto anima ut
apprehendas hereditatem. Frater
dixit seni cuidam: Nichil pugne
video in corpore meo. Et dixit
senex ei: Tu sic es quasi
quadrigemina porta ut
quicumque desiderit intret
unde volunt et unde volunt

vocat et tu non intelligis que
aguntur. Ita si habuerimus ianuam
et clausuram oris nostri non permiserimus
peri intrare cogitationes ma-
las. tunc videbis stantes foris
et pugnantes adversum te. ¶ Venit
abbas Ammon ad abbatem pisto-
rem et dixit ei. Si vado ad cellam
vicini aut si ille ad me ve-
nerit pro aliqua responsione
veremur colloqui ad invicem
ne occurrat aliqua incompetens
fabula et aliena a proposito mo-
nachi. Et dixit ei senex. Bene
facis. necessaria enim habet
iuventus custodiam. Dixit ei abbas
Ammon. Senes quid faciebant.
Et dixit ei. Iam senes proficien-
tes atque firmati non habebant
in se aliud quid aut peregrinum
in ore suo ut id loquerentur.
Et ille dixit. Si ergo fit necessitas
loquendi cum vicino vis ut de
scripturis cum eo loquar aut
de verbis et de similibus seniorum. Et
dicit ei senex. Si non potes
tacere bonum est magis ut de verbis
seniorum loquaris quam de scriptura.
periculum enim est non parvum. ¶ Nar-
ravit abbas Cassianus de quodam
sene in heremo sedente qui rogaverat
deum ut donaret ei ne dormi-
taret aliquando cum de spiritualibus
sermo fieret. Si autem de tracta-
tibus aut ociosa verba essent
statim in soporem concidere ut
non huiusmodi venenum aures eius
perciperent. Hic dicebat diabolum
studiosum esse ut moneret
homines ad verba ociosa et impu-
gnatorem autem totius doctrine
spiritualis. Ad quam rem hoc uteba-
tur exemplo. Loquente inquit me
de utilitate aliquando ad quosdam
fratres tam sopore profundo

occupati sunt ut nec palpebras
oculorum movere potuissent.
Ego autem volens ostendere opus
demonis malum esse ociosa verba
verba introduxi. ad quod illi au-
dientes statim a sopore evigilati
sunt. Ego autem ingemiscens
dixi usque nunc de celestibus rebus
loquebamur et omnium vestrum oculi sopore
gravissimo tenebantur. cum autem
sermo ociosus inventus est
omnes prompti audire cepi-
stis. Propter quod rogo carissimi fratres
cognoscentes maligni demonis
opus esse attendite vobismet
ipsis custodientes vos a som-
pno cum aliquid de spiritualibus
vel facitis vel auditis. ¶ Venerunt
aliquando quidam fratres temptantes
abbatem Iohannem parvum quia
non dimittebat mentem suam dif-
fundi in cogitationibus seculi nec
loquebatur causas mundi huius. Et
dicunt ei. Gratias agimus deo quia
multum pluit isto anno et rigat
competenter arbores palmarum et
bene incipiunt producere ramos
et inveniunt fratres qui solent ma-
nuum suarum operibus occupari. Dicit
eis abbas Iohannes. Sic est
quando spiritus sanctus descendit in corda
hominum sanctorum virescunt quidam modo et
innovantur et proferunt folia in
timore dei. ¶ Interrogavit aliquando
abbatem Silvanum quidam dicentes
in qua conversatione operatus es
ut acciperes prudenciam istam. Et
ille respondit dicens. Numquam per-
misi in corde meo cogitationem
morari que provocaret deum ad iram. ¶ Dixit
abbas Pyoerius. Cogitatio tua
si est in regno celorum et statu in
hereditate accipies illud. ¶ Dixit
senex. Frater cuida ponere dyabolus
est inimicus et tu domus eius inimicus
non cessavit iactare super te quidquid

sordidum invenit effundens in te
universas immundicias. Tuum est
autem non negligere provincias
fratris quas iactaverit ille. Nam si
negligentia replebitur domus
sordibus et nequaquam valebis in-
trare. Tu vero ab initio quas ille
iactaverit tu cito paulatim emun-
dabit domus tua munda per
graciam dei.

Interrogaverunt fratres abbatem Aga-
thonem dicentes pater que virtus
in conversacione plus habet laboris
et dixit eis Ignoscite mihi quia
puto non esse alium laborem talem
quam orare deum. Dum enim voluerit
homo orare deum suum propter inimici
demones festinat interrumpe-
re orationem eius scientes quod non alia
re impediuntur nisi per orationem
supplicem ad deum. Reliquum omnem alium
laborem quemcumque homo in conversacione reli-
giosa positus arripuerit quamvis
instanter et tolleranter agat habet
tamen et possidet aliquam requiem. Ora-
re autem usque ad ultimum cum agone
opus habet magni certaminis. Narra-
vit abbas Dulas qui fuit di-
scipulus abbatis Bessarionis dicens
Venimus aliquando in cellam abbatis mei
et inveni eum stantem ad orationem et
manus eius erant extense in
celum permansit autem hoc faciens
igitur quatuordecim dies. Et post hec
vocavit me et dixit Sequere me
Exeuntes pergimus in heremum.
Et cum sitirem dixi Abba sitio
At ille tollens melotem discessit
a me quantum est iactus lapidis
et facta oratione attulit eam plenam
aqua et abivimus in civitatem
Lico et venimus ad abbatem Iohannem
et salutantes eum fecimus oracionem
et sedentes ceperunt loqui
de visione quam viderat. Dixit autem
abbas Bessarion Exiit pre-
ceptum a domino ut destruantur
templa. Et factum est sic et de-
structa sunt. Venit abbas
Loth ad abbatem Ioseph et dixit
ei abbas Loth Secundum virtutem
meam studeo purgare cogita-
ciones meas. Et modo quid debeo
de cetero facere. Surgens autem
senex expandit manus suas in
celum et facti sunt digiti eius
velut decem lampades ignis.

Venerunt aliqui ad abbatem Lucium
in Enato monachi qui
dicebantur Euchite hoc est ora-
tores. Et interrogavit eos senex
dicens Quod est opus manuum
vestrarum. Et illi dixerunt Nos non
contingimus aliquod opus manuum
sed sicut dicit apostolus sine inter-
missione oramus. Dicit eis
senex Et non manducatis. Illi
autem dixerunt Etiam manducamus
Et dicit eis Cum igitur comeditis
quis pro vobis orat. Et non in-
venerunt quid adhuc respondere
ei. Et dixit eis Ignoscite mihi
fratres quia ecce non facitis sicut
dixistis. Ego autem ostendo vobis
quod operans manibus meis sine
intermissione oro. Sedeo enim
iuvante domino infundens mihi
paucas palmulas et facio
ex eis plectam et dico Miserere
mei deus secundum magnam misericordiam
tuam et secundum multitudinem mi-
seracionum tuarum dele iniquitatem
meam. Et dixit eis Oracio est an
Et dixerunt ei Etiam. Et ille dixit
Cum ergo permansero tota die labo-
rans et orans facio plus minus
sedecim nummos et pono ex eis
ad hostium duos nummos et reliquos
duos manduco. Et qui accipit
illos duos denarios orat pro
me tempore quo ego manduco
vel dormio. Et sic ita per graciam
dei impletur a me quod scriptum est.

Et interrogavit eos iterum dicens Vos
dormitis. Et illi dixerunt dormimus
Et dixit eis senex Et cum dormitis
quis pro vobis orat. Et non

Sine intermissione orate. Venit
aliquando quidam senex in montem
Synai. Et cum recederet inde occurrit
ei frater in via. Et ingemiscens
dicebat seni illi: Affligimur
abba propter siccitatem quia nubes
non pluunt. Et dixit senex: Quare
non oratis et rogatis Deum? Et ille
dixit: Et orationem facimus et de-
precamur assidue Deum et non pluit.
Et dixit senex: Credo quia non
attenditis orationibus vestris. Vis autem scire
quia ita est? Veni et stemus pariter
ad orationem. Et extendens in celum
manus oravit et statim pluvia
descendit. Quod cum vidisset frater
ille timuit et procidens adoravit
eum. Senex autem statim fugit illinc.
Dixit abbas Ysaac quia presbyter
Pelusii cum fierent agapes et
fratres in ecclesia comederent et lo-
querentur sibi ad invicem et in-
crepans eos dixit: Tacete
fratres, et ego scio unum fratrem man-
ducantem vobiscum et orationes
eius ascendunt in conspectu Dei
ut ignis. Frater dixit abbati
Pastori: Si dedero fratri meo mo-
dicum panis aut aliquid aliud
demones polluunt illud ut
videatur ad placendum hominibus
fieri. Et dixit ei senex: Etsi
ad placendum hominibus fiat, tamen
opus nos tribuere debemus fratribus
propter quod egent. Dixit autem
ei et parabolam talem: Duo homines
erant agricole habitantes in
una civitate et unus eorum
seminans collegit parum et
sordida. Alius autem negligens
seminare omnino nichil collegit.
Si ergo fuerit fames, quis eorum
duorum poterit evadere? Et respondit
frater: Ille qui fecit quamvis
parum et sordidum. Et dixit ei
senex: Ita et nos seminemus pau-
ca et pro [illegible] famis non
moriemur. Narraverunt fratres
dicentes quia venimus aliquando ad

quosdam senes. Et cum secundum morem
facta fuisset oratio, salutantes
invicem sedimus et postquam locuti
sumus cum discedere vellemus poposcimus
ut rursus fieret oratio. Dixit autem
unus illorum seniorum ad nos: Quid
enim, non orastis? Et nos diximus:
Etiam, sed quando intravimus tunc pre-
facta est oratio. Et ex illa hora
usque nunc locuti sumus. Et ille
dixit: Ignoscite fratres quia unus vestrum
sedens et loquens centum et
tres orationes fecit. Hec audientes
facta oratione dimisit nos. Di-
cebat quidam patrum: Sicut fieri
impossibile est ut videat quis
in aqua turbida faciem suam, sic
et anima nisi purgata fuerit a cogita-
tionibus alienis contemplative
non potest orare Deum. Dixit abbas
Evagrius: Si cogitationes contra
te venerint noli alia pro eis
per orationem querere, sed adversus eum
qui te impugnat gladium lacrimarum
exacue. Dicebant de abbate Sysoi
quia nisi cito deponeret manus suas
quando stabat ad orationem rapiebatur
mens eius in superioribus. Si ergo cum
timebat aliquem fratrum cum eo
orare festinabat cito deponere
manus eius ne raperetur mens
eius et moraretur. Dicebat aliquis
senum quia assidua oratio corrigit
mentem. Interrogaverunt quidam ab-
batem Macharium dicentes: Quomodo debemus
orare? Dixit eis senex: Non opus
est multum loqui in oratione, sed extendi
manus frequenter et dicere: Domine miserere
mei. Si autem instat bellum in animo,
debes dicere: Domine adiuva me, quia
ipse scit que expediunt et facit
misericordiam nobiscum. De abbate Ioseph
Venerunt aliquando et fratribus V, xiii, 1
quidam patrum ad abbatem Io-
seph Panefo ut interro-
garent eum de susceptione fratrum
qui superveniunt ad eos si debent

relaxare sibi abstinenciam suam
cum ipsis et congaudere cum eis Et
postquam interrogaret eum dixit
senex discipulis suis Considera
quod facio hodie et exportaret et po
suit duo sedilia et fasciculos li
gatam unum ad dextram suam et aliud
a sinistris Et dixit Ecce et
intravit ad cellam suam et vestivit
se vetusta et exiens transivit
in medio eorum Et iterum intravit
et vestivit se revellas suas quas
prius habuerat Et egressus iterum
recessit in medio eorum Illi autem
stupentes id quod fecerat senex
interrogaverunt quid hoc esset Et dixit
eis vidistis quid feci dixerunt
vidimus Et ille dixit Nec mutatus
sum ego per cilicium contumeliosa veste
dixerunt Non dixit iterum senex
Nec lesus sum de meliori veste
Et dixerunt Non At ille dixit
Sicut ego ipse sum in utrisque et
sicut in pari veste mutatus non
sum ita nec recepcio lesus Ita de
bemus in fratrum susceptione facere
sicut in scriptura enim dominus loquitur
Date que sunt cesaris cesari et que
sunt dei deo Cum hec in presencia sunt
cum gaudio suscipe eos cum vero
soli sumus opus habemus lugere
Illi audientes admirati sunt
quia quod in corde eorum erat ut interro
garent prius cognovit et glori
ficaverunt deum ¶ Dixit abbas Cassianus 2
Quod cum venimus a palestina in
egiptum ad quendam patrem et cum
hospitalitate nobis respondisset
interrogavimus eum Cur in tempore
susceptionis fratrum regulam
ieiunii vestri non custoditis sicut
in palestina Et respondens dixit Ie
iunium semper mecum est vos autem semper
tenere mecum non possum Et ie
iunium quidem opus utile et ne
cessaria res est in nostra voluntate
est caritatis autem plenitudinem
lex dei exigit a nobis unde suscipi
piens nobis Christum debeo exhibere
omni caritatis cum omni sollicitudine

Cum autem dimisero vos legittimi
ieiunii possum recuperare Quia
non possunt filii sponsi ieiu
nare quamdiu cum illis est spon
sus Cum autem ablatus fuerit ab
eis tunc cum sua potestate ieiunant
¶ Dixit iterum quia super quinquaginta 3
venimus ad alium senem et fecit
nos gustare et hortabatur
nos etiam adhuc saciatos
sumere cibum Et cum dixissem
quia iam non possum ille respondit
Ego iam sexies venientibus
discipulis fratribus posui mensam
propositi dum singulos hortor
etiam ego sexies manducavi et
adhuc esurio Tu vero semel
manducasti et ita saciatus es ut
iam manducare non possis
¶ Datum est aliquando in Scithi man 4
datum ut ieiunaret illa eb
domada et facerent sibi festivi
tatem Contigit autem ipsa eb
domada ut veniret ad ab
batem Moysen fratres quidam ex
egipto et fecit eis modicum
pulmentum Et cum vidissent
viam fumum dixerunt clerici
ecclesie qui illic erant Ecce Moyses
solvit mandatum et coxit apud
se pulmentum Illi autem dixerunt
Cum venerit loquamur ei Sabbato
autem pulmentis clerici
videntes magnam conversacionem
abbatis Moysi dixerunt ei coram
omni plebe O abba Moyses
mandatum quidem hominum sol
visti sed dei mandata fortiter
alligasti ¶ Frater quidam venit 5
ad abbatem pastorem in secunda
ebdomada quadragesime ut
diceret ei cogitaciones suas
atque responsione eius invenies
requiem dicit ei Frater Ille In mo
dico impeditus habui ut
venirem ad te hodie Et dicit
ei senex Quare Et ille dixit
Metuebam ne propter quadragesimam
non aperiret Et dicit abbas
pastor Nos non didicimus ianuam

ligneam claudere sed magis ligne-
am ianuam cupimus claustraque habere.
V, xiii, 7 Frater venit ad quendam solitarium
et cum egrederetur ab eo dixit
Ignosce michi abba quia impedivi
regulam tuam. Et ille respondens
dicit ei: Mea regula est ut
suscipiam te in hospitalitate
9 et cum pace dimittam. Habebant
quendam senem in Syria qui in
via heremi habitavit et hoc erat
opus eius ut quacumque hora
veniret monachus de heremo
cum fiducia faciebat eum refi-
cere. Venit ergo aliquando unus
solitarius et ille petebat ab
eo ut gustaret. Ille vero cum gu-
stare nollet dicebat: Ego ieiuno.
Contristatus senex dixit ei: Ne
pe[r]mittas puerum tuum obse-
cro ne despicias me sed veni
oremus. Ecce enim arbor est
hic; cui curvati genu et ora-
ti inclinata fuerit ipsi sequimur.
Curvavit ergo ille solitarius
genu in oratione et nichil factum
est. Flexit etiam senex qui eum
susceperat genu et statim curvata
est etiam arbor cum ipso. Quod cum
vidisset gavisus fuit et gratias
egerunt deo qui mirabilia
10 facit. Venerunt aliquando duo
fratres ad quendam senem. Consue-
tudo autem erat seni non man-
ducare cotidie. Videns autem cum
vidisset fratres gaudens suscepit
eos et dixit: Ieiunium suam merce-
dem habet. Et iterum qui man-
ducat propter caritatem duo man-
data implevit quia propriam volun-
tatem dereliquit et mandatum im-
11 plet reficiens fratres. Fuit
quidam senex in Egypto habitans
in deserto loco. Erat autem etiam
alter longe ab eo manicheus
et hic erat presbiter ex his quos
ipsi vocant presbiteros. Qui cum
vellet pergere ad quendam eiusdem
erroris hominem comprehendit
eum nox in loco illo ubi erat
vir ille sanctus et orthodoxus

et angebatur nolens pulsare
et intrare et manere apud eum;
sciebat enim quod cognosceret quod esset
Manicheus et removeretur a cogi-
tatione sua ne forte acquiesceret
suscipere eum. Compulsus autem neces-
sitate pulsavit. Et aperiens senex
et cognoscens eum suscepit eum
hylaritate et coegit eum orare.
Et reficiens eum collocavit
ubi dormiret. Manicheus autem
cogitans in se nocte mirabatur
dicens: Quomodo nullam suspicionem
habuit vir iste servus dei? Et sur-
gens mane cecidit ad pedes
eius dicens: Ab hodie orthodoxus
sum et non recedo a te. Et deinceps
mansit cum eo. Monachus quidam 12
Thebeus accepit gratiam ministerii
a deo ut singulis indigentibus
ministraret quod necessarium esset.
Contigit autem aliquando in quodam
vico ut faceret agapen et ecce
mulier quedam venit ad eum ut
acciperet et hec erat induta vetus-
tissimis vestibus. Qui cum vidisset
ita vetustis rebus indutam
implevit manum ut daret ei
multum. Clausa est autem manus
eius et levavit parum. Alia vero
venit ad eum vestita bene. Et
videns vestes eius levavit
manum ut daret parum et aperta
est manus eius et levavit multum.
Et requisivit de utrisque mulieribus
illis et cognovit quod illa que
bonis vestibus utebatur de hone-
stis mulieribus ad paupertatem
venit et pro opprobrio ne vi-
libus [?] suorum bonis fuit rebus in-
duta. Illa vero ad accipiendi
causam vestierat se veste vetusta.
Monachus quidam erat habens 13
fratrem secularem pauperculum et quicquid
laborabat dabat ei. Sed quantum
ille ei prebebat tantum ille pau-
perior fiebat. Pergens ergo mo-
nachus ille indicavit hec seni
cuidam. Senex autem dixit ei: Si me
vis audire ultra nichil prebeas

ei sed dic illi. Frater qui habui dedi
tibi tu quomodo laboro et ex eo
quod laboravi habe in conquisitis
et attulit accipe ab eo et ubi scis
peregrinum aut senem pauperem da
illud et roga eos ut orent pro
Et veniente ad senem illo fratre alio
fratre locutus est ei quemadmodum
dixerat senex et discessit tristis
Et ecce prima die tollens de
orto minuta olerum attulit ei
Accipiens autem frater eius dedit senibus
et rogavit eos ut orarent pro
eo Item cum accepisset benedictionem
reversus est in domum suam Secundo
attulit olera et tres panes et
dat ei Fecit sicut prius et cum
accepisset benedictionem iterum discessit
Tercio veniens attulit multas
expensas et vinum et pisces Quod
cum vidisset frater eius miratus est
et vocavit pauperes et refecit
eos Dixit autem fratri suo Nonne quia
habes aliquantos panes Et ille
dixit Non domine quia qui accipiebam
ante aliquid velut ignis intrabat
ad domum meam et consumebat illud Nunc
autem quando nichil ante accipio super
habundo et deus benedicat me
Pergens autem frater indicavit omnia
hec que facta fuerunt seni illi Et
dixit ei senex Nescis quia opus
monachorum ignis est et ubicumque in
greditur consumit Hoc autem utile est
fratri tuo ut de labore suo misericordiam faciat
et orationem a sanctis viris acci
piat et ita benedictus consequenter
15 multiplicetur ¶ Senex quidam
cum alio fratre habebat communem vitam
Erat autem senex ille misericors
Contigit autem illo ut fieret fames
et ceperunt quidam venire ad hostium
eius ut acciperent agapem Senex
vero omnibus venientibus ministrabat
panem Videns autem frater quod faciebat
dicit seni Da michi partem meam de pa
nibus et quod vis fac de parte tua
Senex vero omnibus venientibus
ministrabat panem Videns autem
frater quod fiebat dicit seni Da

michi partem meam de panibus
et quod vis fac de parte tua
Senex autem divisit panes
et faciebat more solito elemosinam
suam de parte sua Multi autem
concurrebant ad senem audientes
quod omnibus daret Videns autem
deus propositum voluntatis sue be
nedixit panes Frater autem ille
qui acceperat partem suam et nulli
dabat consumpsit panes suos
et dixit seni Quoniam modicum
est adhuc quod habeo de panibus
meis abba suscipe me ad
communem vitam Et dixit ei senex
Quomodo vis faciam Et ceperunt
simul esse et communiter vivere
Factum est iterum habundancia
victualium et veniebant iterum
indigentes ut acciperent aga
pem Contigit autem una die
ut intraret frater ille et videret
quod defecerunt panes Venit autem
et pauper postulans agapem
Senex precepit fratri illi dare ei
panem et dixit Iam non habeo
pater Et dixit senex Intra et
quere Ingressus autem frater
attendit et vidit repositorium
in qua panes habere solebant
repletum panibus Quod cum vidisset
timuit et tollens dedit paupe
ri Atque ita cognoscens fidem et
virtutem senis glorificavit deum
¶ Solitarius quidam habitabat
non longe a congregatione fratrum
operationes faciens multas
Contigit autem quosdam ve
nire in monasterium illud ubi
congregatio erat et cogentes
ad solitarium illum compulerunt
eum post horam manducare plus
Postea dixerunt ei fratres illi Nonne
contristatus modo es abba Et ille
respondit Mea tristicia est si
propria fecero voluntate ¶ Dicebat
quidam senex de quo dicitur quia faciebat
multa bona frequenter et diabolus
immittit scrupulositatem

anno deprecatus sum ut aliquid omnium que fecit mihi deus annunciat. Sedente enim me aliquando in Oxirincho apud quendam presbiterum qui faciebat multas elemosinas contigit ut veniret quedam mulier vidua postulans ab eo modium tritici. Et dicit ei vade affer modium et metior tibi. Et attulit ei. Ille autem mensurans ad manum modium ipsum dicit ei maior est. Et fecit verecundiam vidue illi. Cum vero discessisset vidua illa dixi ei ego abba presbiter. Mutuasti vidue isti hoc triticum aut quid. Et ille dixit. Non sed donavi ei. Ego autem dixi. Si igitur totum gratis dedisti quomodo in modico sic scrupulosus ~~fuisti~~ esse voluisti et fecisti verecundiam mulieri. De abbate Siluano et Marco discipulo eius.

Ferebat de abbate Siluano quod habuit in Scithi discipulum nomine Marcum et hic fuit magne obediencie quique erat scriptor antiquarius et diligebat autem eum senex propter obedienciam suam. Habebat autem et alios xi discipulos qui contristabantur quod diligeret eum plus omnibus. Cum vero audissent viciniores senes quod plus eum ceteris discipulis suis diligeret moleste tulerunt. Una autem die venerunt ad eum. Quos assumens secum abbas Siluanus egressus est de cella sua et cepit singulorum discipulorum suorum cellas pulsare dicens. Frater veni quia opus te habeo. Et nullus eorum non est eum secutus. Venit autem ad cellam Marci et pulsavit dicens. Marce. Ille autem cum audisset vocem senis statim exivit foras. Et misit eum ad quoddam ministerium. Abbas ergo Siluanus dixit senibus ubi sunt ceteri fratres. Et ingressus in cellam Marci invenit quaternionem quem eadem hora inchoaverat in quo litteram O scribebat et audita voce senis non fecit nec giravit calamum ultra ut impleret et conduceret litteram quam in manu habebat. Diligenter intuiti Marcum non perficientem O plus dilecti erant cum Marco qui sic obedivit. Et dixerunt senes vere abba quem tu diligis et nos diligimus quia deus diligit illum.

Venit aliquando mater supradicti Marci ut videret eum et habebat secum obsequium plurimum. Ad quam cum exisset senex dixit ad eum illa. Abba dic filio meo ut exeat ad me ut videam eum. Ingressus autem senex dixit. Egredere ut videat te mater tua. Ille autem vestitus erat sacco scisso et recisso pannis et caput atque facies eius tincta fumo atque fuligine erat coquine. Et in virtute obediencie egressus est quidem sed clausit oculos suos et ita salutavit matrem suam et eos qui venerant cum ipsa dicens. Salvi estote. Et nemo ex eis neque mater sua cognovit eum ipsum esse. Tunc iterum misit ad senem dicens. Abba mitte filium meum ut videam eum. Et dixit Marco. Nonne dixi tibi egredere ut videat te mater tua. Et dixit Marcus. Egressus sum iuxta verbum tuum pater. Precor rogo te ne iterum dicas ut exeam ne inobediens tibi videar esse. Et egressus senex dixit matri eius. Ipse est qui occurrit ad vos dicens. Salvi estote. Et consolatus eam ita discedere fecit.

Venit quidam ad abbatem Sysoi Thebeum volens fieri monachus. Et interrogavit eum senex si quid haberet in seculo. Et ille dixit

habeo unum filium. Et dixit ei senex: Vade et iacta eum in flumine, et tunc efficieris monachus. Cumque abiisset proicere eum, misit senex unum de fratribus qui prohiberet eum. Et mox cum venisset iactare puerum, dicit ei frater: Dimitte, quid facis? Et ille dixit: Abbas mihi dixit ut proicerem eum. Et dixit ei frater: Sed iterum abbas dixit: non proicias eum. Ille autem relinquens filium suum venit ad senem et factus est probatissimus monachus per obedientiam.

¶ Senex quidam solitarius habuit quemdam ministrum manentem in possessione. Contigit autem semel ut tardante ministro deficerent necessaria seni. Et cum intercessisset tempus et non veniret minister, defecerunt ei que necessaria erant seni ad victum et quod operaretur manibus suis. Cumque affligeretur non habendo quod laboraret neque unde viveret, dixit discipulo suo: Vis vadas ad possessionem istam et roges venire ministrum qui solet que opus sunt preparare? Et ille dixit: Quod iubes faciam. Differebat adhuc senex non presumens mittere fratrem. Et cum diu sustinerent et tribularentur non veniente ministro illo, dixit iterum senex ad discipulum suum: Vis ire usque ad possessionem et adducere eum? Et ille respondit: Quod vis faciam. Timebat enim discipulus ille descendere ad possessionem ne scandalizaretur aliunde, sed ne inobediens esset patri suo acquievit abire. Dixit autem ei senex: Vade, et credo in deum patrum meorum quia proteget te ab omni temptatione. Et facta oratione dimisit eum. Veniens autem frater in possessionem requisivit ubi maneret ille minister, et venit

hospitium eius. Contigerat autem eum cum suis omnibus ad memoriam parentum suorum exisse de possessione, remanente excepta filia una eius. Que cum pulsantem fratrem illum audisset, venit ad hostium et aperuit ei. Et cum interrogaret eam de patre suo, illa hortata est eum ut intraret hospitium simul cum ea, et trahebat illum ad se. Ille vero non acquiescebat intrare, sed cum diu eum cogeret prevaluit introducere eum. Et complexa est eum et cepit eum allicere ad commixtionem corporis sui. Ille autem videns se trahi ad luxuriam et cogitationibus confundi, et ingemiscens clamavit ad dominum dicens: Domine, propter orationes patris mei libera me in hora hac. Et cum hec dixisset, subito inventus est ad flumen pergens ad monasterium, et reversus est illesus ad abbatem suum.

¶ Duo fratres carnales venerunt habitare in monasterium quoddam, e quibus erat unus perfecte continencie, alter vero obediencie magne. Cum diceret pater: Fac hoc, et faciebat, et qua re magnam opinionem in monasterio habebat quia ita obediens existebat. Provocatus autem in invidie unicione frater eius ille continens adversus eum et dixit in semetipso: Ego probo istum si habet obedienciam. Et accedens ad patrem monasterii dicit ei: Mitte mecum fratrem meum ut eamus alicubi. Et dimisit eos abbas abire. Et assumens eum frater ille abstinens voluit temptare eum. Et cum venisset ad flumen ubi erat multitudo corcodrillorum, dicit ei: Descende in flumen et transi. Et ille mox descendit. Venit autem corcodrilli et lin-

gebant corpus eius in ullo
cui ledentes. Sed cum vidisset
frater eius dixit ei: Ascende de
flumine. Et cum iter agerent
invenit corpus hominis mortuum
iacens in via. Et dixit absti-
nens ille ad fratrem suum: Si
habuissem aliquid vetusti
ut iactarem super corpus
istud. Et videns ille obediens
frater dixit: Magis oremus et for-
sitan resurget. Et stantes
ad orationem atque orantes in-
tente surrexit mortuus ille.
Sed non sicut gloriatus est ille ab-
stinens frater et dixit: Pro continen-
tia mea suscitatus est mor-
tuus. Hoc primum autem reve-
lavit deus abbati monasterii
eorum qualiter temptavit
fratrem suum de crocodillis et
quomodo suscitatus est mortuus
ille. Et cum venisset in monasterium
dixit abbas abstinenti illi:
Quare ita fecisti fratri tuo?
Ecce tamen propter obedientiam eius
mortuus ille surrexit. Aliter
quidam secularis vite habens tres
filios et venit ad monasterium
relinquens filios in civitate.
Et cum fecisset tres annos
in monasterio ceperunt ei cogita-
tiones sue filios ad memoriam
frequenter adducere contristabatur
propterea valde. Neque enim di-
xerat abbati filios se habere.
Videns autem eum abbas tristem
dicit ei: Quid habes quod tristis
es? Et narravit ei quod tres
filios haberet in civitate et quod
vellet eos ad monasterium eius
adducere. Precepit autem ei abbas
ut adduceret eos. Qui cum
pervenisset ad civitatem invenit
duos ex eis iam fuisse de-
functos, unum vero solummodo
remansisse. Et hunc assumens
venit ad monasterium et requirens

abbatem non invenit eum. Illic interro-
gavit enim fratres ubi esset abbas.
Et illi dixerunt: Ad pistrinum perrexit.
Ille vero tollens filium suum quem
adduxerat abiit ad pistrinum.
Et videns eum abbas venientem
salutavit et tenens infantem
quem adduxerat amplexatus
est eum et osculatus. Et dicit patri
eius: Amas eum? Et ille respondit:
Etiam. Hoc cum audisset abbas
dicit ei: Tolle ergo si amas eum
in furnum sic modo dimitte ardet
furnus. Et tenens eum pater suus
iactavit in furnum ardentem. Stati-
m autem factus est furnus velut
ros. Et ex hoc acquisivit gloriam
in tempore illo quemadmodum Abra-
ham patriarcha. Dixit quidam senex
quod frater qui ad obedientiam patris
spiritualis animam dedit maiorem
mercedem habet quam ille qui in heremo
solus secessit. Dicebat autem quod
mirandum aliquis patrum vidisse
quatuor ordines in celo. Primus
ordo erat hominum infirmorum
gratias agentium deo. Secundus ordo
hospitalitatem sectantium et stantium
ministrantium eis. Tertius ordo
solitudinem custodientium et non vi-
dentium homines. Quartus ordo
eorum qui in obedientiam spiritualibus
patribus se subiciunt propter deum.
Videbat autem ordo obedientium
torquem aureum et multo maiorem
quam alii gloriam habebat. Ego autem
dixi ei qui mihi ostendebat omnia
hec: Et unde iste ordo qui parvus est
maiorem quam alii gloriam habet? Et
ille respondens dixit michi: Ita quia
hospitalitatem sectantes secundum
propriam voluntatem id ipsum faciunt,
similiter qui in heremum se relegant
arbitrio suo de seculo recesserunt.
Hic autem ordo qui se ad obedientiam
dedit omnes voluntates suas
abiciens pendet ad deum et ad
iussiones spirituales abbatis

meretur et maiorem gloriam ab aliis
habet. Unde apparet filioli bonum obediencie
que propter deum fit. Intendite
ergo filii virtutibus huius aliquid
corripite vestigium. Obediencia salus
est omnium fidelium. Obediencia genitrix
est omnium virtutum. Obediencia est in-
ventrix regni celorum. Obediencia
est celos aperiens et homines de terra
levans. Obediencia cohabitatrix est
angelorum. Obediencia cibus omni-
bus est. Ex hac enim oblectati
sunt et per hanc ad profectum venerunt.
Frater quidam de Scithi veniens
volens ad messem applicavit ad
quendam senem magnum dicit ei
Dic michi abba quid faciam pergens
ad metendum. Dicit ei senex Si tibi
dixero adquiesces. Surge
vade renuncia messionem hanc
et ego dicam tibi quid facias. Ille
autem frater renunciat messionem et
venit ad senem. Dixit autem ei
senex Intra in cellam tuam et fac
quinquaginta dies et tantummodo semel
comedes in die panem cum sale
et in dictis tibi aliam rem. Et fecit
sic. Et rursus venit ad senem.
Senex autem sciens quod mirabilis o-
perarius esset dixit ei quid
oporteat eum in cella sua esse. Et
descendens frater ille in cellam suam
prostravit se pronus in terram
tres dies et tres noctes plorans
in conspectu domini. Post hec vero dicebant
ei cogitaciones sue exaltatus
es magnus factus es. Ipse tamen contra
vicia cogitacionum suarum humili-
ter reducebat culpas suas in con-
spectu suo dicens Et ubi sunt omnia
peccata mea que feci. Si autem iterum
in cogitacione eius accendebat
quod multum negligebat de mandatis
dei dicebat et ipse intra se Ego
cohibuero parvum servicium deo
meo condonando quod facit misericordiam magnam
suam. Hoc modo evincens spiritum
malarum cogitacionum postea
apparuerunt ei visibiliter demones
dicentes Turbati sumus a te
et dixit eis Quare. Et di-
xerunt Si te exaltamus recurris
ad humilitatem Si vero nos te
humiliamus tu te erigis in
altum. Venit aliquando quidam
frater de Scithi ad abbatem
Pambo vestitu pellicium tu-
nicis et indicavit verba super
corporis virtute alterius qui preter
eo de quo loquebatur. Unus namque
corporis comminuebat multum. Alius
vero nichil possidebat. Tercius
vero habebat nimiam caritatem
de quarto vero dixerunt quod viginti
duos annos habebat in obediencia
permanens seniori. Audiens autem
eis abbas Pambo dico vobis
quod istius virtus maior est
quam ceterorum quoniam unusquisque
eorum virtute qua possidet
voluntatem propriam retinuit. Hic
autem voluntatem suam abiciens
aliene se voluntati servum fecit.
Tales enim viri confessores
sunt usque ad finem ita perseve-
raverint. Dicebat de abbate
Johanne qui fuit discipulus
abbatis Pauli quia magne
obediencie fuerat. Erat autem in
quodam loco leena pessima
videns autem eum locum ipse senex
senex stercora belue illius
dixit Johanni Vade et affer ster-
cora illa. Et dicit ei Quid michi
facio abba propter leenam illam.
Senex autem subridens dixit
ei Si venerit contra te liga eam
et affer huc. Perrexit quod frater
vespere. Et ecce leena venit
super eum. Ille autem statim ubi
sensit impetum fecit super eam
ut teneret illam. Fugit autem
et sequebatur eam dicens Expecta
quod abbas meus fecit ut alligem
te. Et tenens illam alligavit.
Senex autem expectando eum

divinus procedebat et tribulatione me
affligebat. Et ecce tarde veniens
trahebat leenam ligatam. Sed cum
vidisset senex miratus est.
Volens autem humiliare illum
cecidit eum et dixit: bobose ca-
nem fatuum adduxisti michi.
Solvit autem eam statim senex
et dimisit redire in locum suum.
¶ Narrabant de abbate Johanne
brevis stature quia perrexit
ad quendam senem thebeum com-
morantem in Scithi qui se-
debat in heremo. Tollens autem
aliquando abbas eius lignum siccum
plantavit et dixit ei: per dies
singulos mitte ei ad pedes
eius lagenam aque donec
fructum faciat. Erat autem de longe
ab eis aqua ita ut a sero pro-
ficisceretur et mane veniret. Post
tres autem annos vixit lignum
et fructum fecit. Sumens autem
de fructu eius senex attulit
ad ecclesiam et dixit fratribus: accipite
et manducate obediencie fructum.
¶ Dixit abbas yperichius: orna-
mentum monachi est obediencia. Qui
eam possidet exauditur a deo et
cum fiducia ante crucifixum
astabit. Et enim dominus
venit ad crucem factus obediens
usque ad mortem. Dicebant seniores
quia dederit quidam aliquando in Sci-
thi fratribus paucas caricas
et pro hoc quod pauce erant
non transmiserunt ex eis abbati
Arsenio ne velut iniuriam
pateretur. Ille autem hoc cum au-
disset non est egressus in sinaxi-
morum ad opus dei cum fratribus
celebrandum dicens: Excommunicastis
me ut non mitteretis eulo-
giam quam transmisit dominus fratribus
ex qua ego non fui dignus
accipere. Et omnes cum audissent
edificati sunt in humilitate senis.
Et vadens presbiter portavit ei de
caricis illis et adduxit eum in con-
gregacionem gaudentem. Dicebant
autem de eo quod nemo poterat compre-
hendere modum conversationis eius.
¶ Narravit abbas Johannes
quia abbas Anub et abbas pastor
et reliqui fratres eorum ex uno ven-
tre nati monachi sunt in Scithi. Et cum
venit illuc gens Mazicorum
et desolavit locum ipsum primum
descenderunt illinc in locum qui
vocatur Terenuthi donec deliberarent
ubi habitare deberent et manserunt
illic in templo quodam antiquo
paucos dies. Dixit autem abbas
Anub abbati pastori: ostende
caritatem tu et fratres tui et singuli
seorsum habitemus et non veniamus
ad nos invicem ebdomada hac.
Et respondit abbas pastor: faciamus
qualiter vis et fecerunt sic. Erat
autem ibi in templo statua lapidea
et surgebat quotidie mane ab-
bas Anub et feriebat faciem statue illius
lapidibus et vespere dicebat: ignosce
michi et tota ebdomada ita fecit.
Die autem sabbati convenerunt sibi
invicem et dixit abbas pastor
abbati Anub: vidi te abba eb-
domada hac lapidantem faciem
statue huius et iterum penitentiam agentem
apud eam. Fidelis autem homo hoc
non facit. Et respondit senex: hanc
rem ego propter vos feci. Cum vos
me vidistis lapidantem faciem
statue illius numquid locuta est numquid
irata est? Et respondit abbas pastor:
Non. Et dixit abbas Anub: iterum
cum apud eam penitentiam egi numquid
turbata est, numquid dixit: non igno-
sco? Et dixit abbas pastor: non.
Et dixit ille: ergo et nos qui
sumus septem fratres si vultis ut
maneamus simul efficiamur
velut statua hec que et contumeliis
affecta non perturbatur. Si autem
non vultis ita fieri ecce quatuor

ingressus sunt templum hunc
unusquisque qua vult operatur
et qua vult vadit. Illi autem
haec audientes prostraverunt se in terra
et dixerunt abbati Ammon: Sicut
iubes pater ita fiat. Obedimus
quod dixisti nobis. Postea vero re-
tulit nobis abbas Pastor dicens
quia mansimus simul omne tempus
vitae nostrae operantes et facientes
omnia secundum verbum senis quod dixisset
nobis. Constituit autem unum
ex nobis dispensatorem, qui
quodcumque nobis apposuisset
comederemus. Impossibile enim
erat ut diceret aliquis ex nobis
affer illud aut diceret nobis
nolo istud manducare. Sic tran-
sivimus omne tempus vitae nostrae
in pace et quiete. Dicebant
de abbate Ammone quia venerunt
quidam petentes ut iudicaret
inter illos. Senex autem dissimula-
bat. Et ecce quaedam mulier ad aliam
mulierem iuxta se stantem dicebat:
Senex iste quem vides fatuus
est. Audivit autem eam senex et
vocavit eam ad se dixitque ei: Quan-
tos putas labores sustinui in
solitudinibus diversis ut acciperem
fatuitatem istam et propter te eam
hodie perditurus sum. Narra-
verunt de episcopo civitatis quae vocatur
Oxyrinchus nomine Aphus
quia cum monachus esset multa dure tene-
bat vita sua. Sed cum factus
fuisset episcopus voluit ipsam du-
ritiam tenere in civitate et non prae-
valuit. Ideo prostravit se in
conspectu domini dicens: Putasne
propter episcopatum discessit a me gratia
tua. Et revelatum est ei quia non,
sed quia tunc solitudo erat et cum
non esset homo deus susceptor tuus
erat. Nunc autem hic in saeculo es

ubi homines auxiliantur
tibi. Dixit abbas Daniel:
Domina erat in Babylonia filia
cuiusdam primarii daemonium ha-
bens. Pater vero eius diligebat
quendam monachum qui dixit ei:
Nemo potest curare filiam tuam
nisi quos scio solitarios.
Et si perrexeris ad eos et
rogaveris eos non acquiescunt
hoc facere propter humilitatem. Sed
hoc faciamus: cum venerint
afferentes vendenda quae
operantur dicite eos emere
velle quod vendunt. Et cum ve-
nerint in domum pretium accepturi
dicite eis ut faciant oratio-
nem et credo quia sanabitur filia
tua. Egressi autem in plateam
invenerunt unum discipulum
senis sedentem ut venderet
sportellulas suas et tulerunt
eum secum in domum ut quasi
pretium sportellarum acciperet.
Et cum introisset monachus
ille in domum venit puella
illa quae a daemonio vexabatur
et maxillam dedit monacho illi
alapam. Ille autem convertit
ei et aliam maxillam secundum
dominicum praeceptum. Daemon autem
cruciatus clamare coepit:
O violentia mandatorum Jesu
Christi expellit me hinc. Et
statim mundata est puella illa.
Cum autem venissent ad senes
illi monachi indicaverunt eis
quod factum fuerat. Et glorificaverunt
deum et dixerunt: Consuetudo
est diabolicae superbiae humilitate
mandatorum Jesu Christi corruere.
Dixit abbas Ser. apion
quia multos labores corporales
plus quam filius Zacharias

feci et non perveni ad mensu-
ram huius habitus et tacuit fr
eius. ¶ Abbas Moyses dixit
fratri Zacharie: Dic mihi
quid faciam. Ille autem hoc
audiens iactavit se pro-
nus in terra ad pedes eius
dicens: Tu me interrogas pa-
ter? Dixit autem ei senex: Crede
mihi fili Zacharia, quia vidi
spiritum sanctum descendentem
in te et propterea compellor
interrogare te. Tunc
tollens Zacharias cu-
cullam de capite suo mi-
sit eam sub pedibus suis
et conculcans dixit: Nisi ita
conculcatus fuerit homo non potest
monachus esse. ¶ Dixit
abbas Pastor quia interro-
gavit abbas Moyses fra-
trem Zachariam tempore quo mo-
riebatur dicens: Quid vides?
Et ille dixit ei: Nichil me-
lius quam tacere pater. Et
dixit ei: Verum est fili, tace.
Hora autem mortis eius
sedens abbas Isidorus
respexit in celum et dixit:
Letare letare fili mi Za-
charia, quia aperte sunt tibi
ianue regni celorum. ¶ Di-
cebant de abbate Theodoro
qui cum factus fuisset dyaconus
in Scithi non acquiescebat
ministrare, sed hac atque illuc
fugiebat. Et iterum senes
adducebant eum dicentes:
Noli derelinquere ministerium tuum.
Dixit autem eis abbas Theo-
dorus: Dimittite me et de-
precor deum et si ostenderit mihi
quia debeo stare in loco ministerii

huius faciam. Et cum deprecaretur
deum dicebat: Si voluntas tua
est domine ut stem in hoc mi-
nisterio demonstra mihi. Et osten-
sa est illi columpna ignis de
terra usque in celum et vox so-
nuit dicens: Si potes fieri
sicut columpna hec vade mi-
nistra. Ille autem audiens apud
se nullatenus acquiescere voluit.
Et cum venisset ad ecclesiam
primam egerunt apud eum
fratres dicentes: Si non vis
ministrare vel calicem tene.
Et non acquievit dicens: Si
me non dimittitis discedo de loco
isto. Et ita recesserunt ab eo.
¶ Collecti sunt aliquando fratres
qui habitabant in Scithi et ceperunt
inter se querere de Melchise-
dech [illegible]. Obliti sunt autem
convocare abbatem Copretem.
Postea autem vocantes interroga-
verunt eum de eadem questione. Ille
autem timens os suum ter dixit:
Ve tibi Copres, quia que mandavit
tibi deus ut faceres dereliquisti
et que a te non requirit illa
scrutari presumis. Hec audientes
fratres fugerunt singuli in cellas
suas. ¶ Interrogatus abbas
Macharius pro qua causa sic in
Scithi habitavit, dixit: Cum
essem iuvenis et sederem in cella
mea in Egipto, tenuerunt me
et fecerunt clericum in vico. Et
cum nollem acquiescere ad ministran-
dum fugi ad alium locum. Et venit
ad me quidam secularis homo sed
vite religiose et tollebat a
me opus quod feceram manibus
meis et ministrabat mihi que
necessaria erant. Contigit

autem temptante dyabolo ut
virgo quedam in vico illo vici-
ata a quodam iuvene lapsum
et cum in utero habere cepisset
interrogabatur quis esset de quo
in utero haberet. Illa autem dixit
quia hic solitarius est qui mecum
dormivit. Exeuntes autem
de vico illo comprehenderunt me
et adduxerunt ad vicum et
appenderunt in collo meo
cacabatus ollas et ansas
vasorum miserunt me cir-
cuire in vico illo per viam
cedentes atque dicentes Hic
monachus corrupit filiam
nostram tollite tollite eum
et ceciderunt me usque ad
mortem. Superveniens quidam
senum dixit Quousque ceditis
monachum istum peregrinum. Ille
autem qui solebat michi
ministrare sequebatur retro cum
verecundia. Etenim ipsum etiam
contumeliis afficiebant dicentes
Ecce solitarius monachus cui
tu testificaris quid fecit.
Et dixerunt parentes puelle
illius quia non dimittimus eum
donec fideiussorem prebeat quia
pascet eam. Et dixi illi qui michi
ministrare solebat et dixit fidem
de me. Et regressus sum ad cellam
meam et dedi ei quantas habui
sportellas dicens vende eas
et da illi mulieri mee man-
ducare. Dicebam autem in animo
meo Machari ecce invenisti
tibi mulierem opus habes modo
amplius laborare ut pascas
eam. Et operabar non solum in
die sed et in nocte et transmittebam

ei. Cum autem tempus venisset
infelici illi ut pareret tribus
plurimis diebus in dolore
et non pariebat. Dicunt ergo
ei Quid est hoc. Et illa
dixit Ego scio quare tor-
queor. Dum Et interrogata
a parentibus suis quare
respondit quia illi monacho
crimen imposui et fallens
implicavi eum cum ipse non
haberet causam sed iuvenis
ille talis ipse mecum dor-
mivit et hoc fecit. Audiens
autem hec verba minister meus
gaudens venit ad me
et dixit quia non potuit pa-
rere puella illa donec
confiteretur quia tu nullam
causam in conceptu eius ha-
buisses et quia mentita sit
adversum te. Et ecce omnes
habitatores vici illius volunt
venire huc ad cellam tuam
glorificare deum et penitentiam
apud te agere. Ego au-
diens hec a ministro meo
ne affligerent me homines
surrexi et fugi huc in
Scithi. Et hoc est principium
cause propter quam hic habitare
cepi. ¶ Quotiens aliquando pre-
dictus abbas Macharius
a palude in cellam suam re-
vertens portabat palmas
Et ecce occurrit ei dyabolus
in via cum falce messoria
volebat autem illum percutere
de falce illa et non potuit
Et dixit ei Multas violentias

patior. Abba Machari quia non
possum praevalere adversum te.
Et cetera enim quaecumque tu facis
et ego facio. Ieiunas tu,
ego penitus non manduco.
Vigilas tu, ego omnino non
dormio. Unum est autem solum
in quo me superas. Et dixit
ei abbas Macharius: Quid
est illud? Respondit diabolus
dixit: Humilitas tua. Propter
hoc non praevaleo adversum te. Di-
cebant de abbate Moyse
quia factus est clericus et posuerunt
ei superhumerale. Et dixit
ei archiepiscopus: Ecce factus es
candidatus abbas Moyses.
Et ille dixit: Putas a
foris domine papa an et intus?
Volens autem episcopus probare
eum dixit clericis: Quando
intrat abbas Moyses ad
altare, expellite eum et
sequimini ut audiatis quid
dicat. Cum autem expulissent
eum mittentes foras dicebant:
Vade foras ethiops. Ille
vero egrediens dicebat:
Bene tibi fecerunt cinerulente
et cacabate quia cum homo non
sis, quare te in medio hominum
dare praesumpsisti. Dicebant
de abbate Olympio in Sci-
thi quia servus esset et
descendebat singulis annis
in Alexandriam portans
mercedem dominis suis et
occurrebant ei et salutabant
eum. Senex autem mittebat
aquam in pelvim et afferebat
ut lavaret pedes dominis
suis. Illi autem ad eum dice-
bant: Noli pater. Nequaquam
nos. Ille vero dicebat eis: Ego
confiteor quia servus sum vester
et gratias ago quia dimisistis me
liberum servire deo. Sed tamen
lavabo vobis pedes. Ecce
suscipite mercedes meas.
Illi vero contendebant non acqui-
escentes. Dicebat quoque eis: Credite
mihi quia si non vultis suscipere
mercedes meas, remaneo
hic et servio vobis. Illi autem
reverentiam ei habentes dabant
in potestate eius ut faceret quod
vellet. Et revertentem deduce-
bant eum cum honore, praebentes ei
quae necessaria erant ut faceret
agapen pro eis. Et propterea factus
est nominatus in Scithi. Dixit
abbas Pastor quoniam sedentibus
aliquibus senibus ad manducandum
stabat abbas Alonius et
ministrabat eis et videntes eum
laudaverunt. Ille autem nihil omnino
respondit. Dixit autem ei quidam secrete:
Quare non respondisti senibus
laudantibus te? Et dixit ei abbas
Alonius: Quia si responderem
eis, inveniebar delectatus laudi-
bus eorum. Narravit abbas
Ioseph quia sedentibus nobis ali-
quando cum abbate Pastore nominavit
abbatem Agathonem et diximus ei:
Iuvenis est, quare eum appellas
abbatem? Et dixit abbas Pastor:
Quia os suum fecit eum appellari
abbatem. Dicebant de abbate Pas-
tore quia numquam volebat sermonem
facere super sermonem alterius senis,
sed magis laudabat omnia quae ille
dixisset. Narravit frater
Pyrius dis Dinimus fratres septem
solitarii ad abbatem Cypri ha-
bentem in insula Climatus
et rogaverunt eum ut diceret

nobis aliquis. Et respondit. Ego non scio
nisi quod ydiota sum senex. Sed veni
ego aliquando ad abbatem Hor et
ad abbatem Atrem et erat in-
firmus abbas Atrem et acce-
dens et cepi supplicare eis ut
dicerent michi aliquod verbum. Et dixit
abbas Hor. Et michi quod ego dicam
Vade quidquid vides fac. Deus
enim illius est qui per se vult cum
sit contorquet et violentiam
facit ad omnia. Hii ambo non
erant de una provincia hoc est
abbas Hor et abbas Atrem
fuit autem inter eos magna gra-
tia donec convenit ambo de corpore
Abbas autem Atrem sermone alie-
nus erat. Abbas vero Hor multe
humilitatis. Feci ergo paucos di-
es apud eos investigans
virtutem eorum et vidi mirabile
quiddam quod fecit abbas Atrem
Attulerat enim eis quidam piscem
modicum et voluit eum facere
abbas Atrem seniori abbati
Hor. Posuerit ergo abbas Atrem
cultellum ut incideret piscem
illum. Et vocavit eum abbas Hor
dicens Atrem Atrem. Ille autem
statim dimisit cultellum in me-
dio piscis et non percidit et
cucurrit ad eum. Et miratus sum
tantam obedientiam eius quod non dixit
expecta donec incidam piscem
Dixi autem abbati Atrem ubi
invenisti obedientiam hanc. Et
ille non respondit michi est mea
sed istius senis est. Et tulit me
dicens Veni et vide obedientiam
eius. Coxit ergo modicum piscem ma-
le ita ut perderet eum voluntarie
et apposuit seni. Et ille manduca-
vit nichil loquens. Et dixit
ei Bonum est valde. Post hec
attulit ei aliud modicum mi-
nus bene coctum. Et dixit
Frater illud perdidi senex et
male coxi illud. Et ille Inde male
tibi modice convenit. Et con-
versus abbas Atrem ad me
dixit Vides quod obedientia istius
senis est. Et convenimus abscessi et
quidquid vidi feci secundum virtutem
meam. Et dixit hoc fratribus abbas
Cyprius. Primus autem convenit
rogavit eum dicens Unde nobis
caritatem et dic nobis et tu
unum sermonem. Et dicit Tu mi-
chi quod est immutabile scientiam perfici
et omnes scripturas. Iterum alter
convenit dixit ei. Unde est pug-
nacior. Et ille respondit Tace
et omni loco quocumque veneris
dic non habeo cum aliquo zelum
et pugnacitatem. Dixit abbas Y-
perichius Imitare publicanum
illum ne cum pharisaeo dampneris
et elige mansuetudinem Moysi
et sublimitate cordis tui re-
secans convertere in fontes
aquarum. Senex quidam erat
solitarius vagus in heremo
et dicebat in semetipso iam
perfectus esse in virtutibus. Hic
oravit deum dicens Ostende michi
quod deest perfectioni mee et faciam
Volens autem deus humiliare co-
gitationes eius dixit ei Vade
ad illum archimandritam et quidquid
tibi dixerit facito. Revelavit
autem deus archimandrite
illi antequam ille ad eum veniret
dicens Ecce solitarius ille venit
ad te. Dic ergo illi ut tollat fla-
gellum et pascat porcos. Ve-
niens ergo senex pulsavit hostium

et ingressus ad archimandritam
illum salutavit se. Et cum sedissent
dixit illi solitarius ille qui
venerat: Dic mihi quid faciam ut
sim salvus. Et ille dixit: Facies
quod ego dixero tibi? Et ille dixit: Etiam.
Et dixit ei: Ecce tolle flagellum
et vade pasce porcos. Hii
autem qui noverant eum et audierant
de eo cum vidissent quod porcos pa-
sceret dicebant: Vidistis illum
magnum solitarium de quo audie-
bamus? Ecce stupuit cor eius et
a demonio vexatur et pascit por-
cos. Videns autem deus humilitatem
eius quod ita patienter sustinebat
obprobrium hominum precepit
ei iterum redire ad locum suum.
Interrogatus est senex: Quid
est humilitas? Et ille dixit: Si
fratri peccanti in te ignoveris
antequam peniteat apud te agit. Dixit
senex: Demoni temptacione nul-
li possunt homini sed te ipsum tan-
tum dicens quia propter peccata mea hec
michi venit. Dixit senex: Numquam
percurri ordinem meum ut am-
bularem altius neque turbatus
sum aliquando humiliter deposito.
Omnis enim cogitacio mea hec
erat ut deprecarer deum quousque
expoliaret veterem hominem. Frater
quidam interrogavit senem: Quid est
humilitas? Et dixit senex: Ut
bene facias hiis qui tibi male
faciunt. Et dixit frater: Et si non
pervenit in hanc mensuram homo
quid faciet? Et dixit senex:
Fugiet eligens taciturnitatem.
Frater quidam interrogavit sene-
m dicens: Quid est opus peregrinacionis?
Et ille dixit: Ego scio fratrem
peregrinantem qui cum inventus
fuisset in ecclesia et contigisset fi-
eri agape sedit ad mensam ut man-
ducaret cum fratribus. Dixerunt autem
quidam: Iste quis hic intravit?
Et dixerunt ei: Surge et vade hinc
foras. Qui surgens exivit. Alii
vero contristati de compulsione eius
egressi sunt et vocaverunt eum.
Postea interrogaverunt eum quidam di-
centes: Quid putas erat in corde
tuo quia expulsus es et iterum re-
vocatus? Et ille dixit eis: Posui
in corde meo quia similis esse canis
qui cum pellitur egreditur qui autem
vocatur ingreditur. Venit quidam
aliquando in thebaida ad quendam senem
habentes secum virum qui a demonio
vexabatur ut curaretur ab illo
sene. Senex vero cum diu rogaretur
dixit demoni: Exi de factura
dei. Et dixit demon seni: Exeo
sed interrogo te unum verbum ut
dicas michi: Qui sunt edi et qui sunt
agni? Et dixit senex: Edi quidem
sunt tales qualis ego, agni vero
deus scit. Et audiens demon
clamavit voce magna dicens: Ecce propter
humilitatem tuam exeo. Et exiit eadem
hora. Manebat quidam monachus
egipcius in suburbano Constan-
tinopolitane civitatis. Et cum
transiret Theodosius iunior
imperator per viam illam reliquit
omnes qui in obsequio erant
eius et venit solus ad cellam eius
et pulsanti ad hostium monachi
aperuit monachus. Videns autem eum
cognovit quidem quia imperator
esset sed tamquam suscepit eum tamquam
unum ex officio militarium.
Cum ergo intrasset fecerunt oracionem et
sederunt. Cepit autem interrogare
eum imperator dicens: Quomodo sunt
patres in egipto? Et ille dixit:
Orant omnes pro salute vestra.
Imperator autem circumspiciens
si quid haberet in cella sua nichil
illic vidit nisi parvas sportellas
habentes modicum panis et la-
genam aque. Et dicit ei monachus

Busta in medio Et infudit ei
panē z misit oleū z sal z ma
ducauit dedit qz aquā ut bi
beret Et dixit ei Imperator
Scis quis sum ego Et ille
dixit ei deus scit quis sis Tunc
dixit ei Ego sum Theodosius
Imperator Ille autem statim adorās
salutauit humilit' Et dixit ei
Imperator Beati estis vos
qui a secura vita habetis z nō
cogitatis de hoc seculo Veritate aūt
dico quia in Imperio natus sum
z nunquam ita delectatus sum pane
tanquam sicut hodie satis enim libēter
comedi Et cepit eum ex tunc
honorare Imperator Senex
vero egrediens fugit z venit
iterum in egiptum ¶ Narrauitur
de quodam sene qui perseuerauit
ieiunans lxx ebdomadas semel
in ebdomada reficiens Hic autem
postulabat a deo de quodam sermone
sacrarum scripturarum z nō ei reue
lauit ei deus Dixit ergo in semetipso
Ecce tantum laborem sumpsi
z nichil profeci Vado ergo ad fra
trem meum z requiram eum Et cum
cum egressus clausisset hostium
suum ut abiret missus est ad eum
angelus domini dicens Septuaginta
ebdomade quas ieiunasti nō fe
cerunt te proximum deo Nunc
vero quia ita humiliatus ut ad fratrem
tuum pergeres missus sum tibi
indicare sermonem Et aperiens ei
de re eadem qua querebat indicat
ei z mox discessit ab eo angelus
¶ Abbas quidam erat in congregacione
Rome pondus quod fratribus immine
bat ipse sustinebat ita ut se eciā
in fornicacione accusaret Quidam
autem fratrum ignorantes actus eius
ceperunt murmurare aduersus
eum dicentes Et nō male fecit hoc
hic z nō opa' Abbas autem sciens

q agebat dicebat fratribus angl
volo mattulam una cum hu
militate qm̄ omnes vestes
cum superbia Et ut demonstraret
omnibus quod iudicium dei gloriosius est
super ille Attulit enim quem aptati
fuerant fratribus illi z mattu
cius de qua querebat z accen
dit ignem z iactauit in medium
et absumpta sunt cōro (?) cui fratris
autem illius matta illesa perman
sit Hoc autem videntes fratres
timuerunt z penitentiam cum illo
egerunt habentes eum deinceps
velut patrem ¶ Cuidam fratri
apparuit diabolus transformatus
in angelum lucis Et dixit ei Ego
sum gabriel z missus sum
ad te Et ille dixit Vide ne
ad alium missus sis ego enim nō
sum dignus ut ad me mittatur
angelus Diabolus autem statim nō
apparuit ¶ Dicebat senex
quia etsi pro veritate angelus
tibi appareret nō suscipias fa
cile sed humilia temetipsum dicens
Nō sum dignus angelum vide
re viuens in peccatis ¶ Narrauit
de quodam sene qui sedens in
cella sua z sustinens temp
taciones videbat demones
manifeste z contempnebat eos
Cum autem diabolus videret se vinci
a sene venit z ostendit se
ei dicens Ego sum xpc Videns
autem eum senex clausit oculos
suos Et dixit ei diabolus Ego sum
xpc quare clausisti oculos
tuos Et respondens senex dixit
ei Ego hic xpm nolo vide
re sed in illa vita Audiens autem diabolus
nō comparuit ¶ Alium senem
volentes seducere demones
dicebant ei Vis videre xpm
Ille respondit Sitis anathema
vos z ille quo dicitis Ego autem
credo xpo meo dicenti Siquis

nobis dixit. Ecce corpus hic aut illic nolite credere. Nunc dicto fratri non comparuerunt.

¶ Frater aliquis contristabatur adversus alium fratrem. Quod audiens ille venit satisfacere ei. Ille autem non aperuit ei hostium cellae suae. Perrexit ergo ille ad quendam senem et dixit ei causam. Et respondit ei senex. Vide ne quasi iustitiam habeas causae apud temetipsum in corde tuo tamquam culpantem fratrem tuum ut illum reprehendas et teipsum iustifices et propterea non tetigit deus cor eius ut aperiret tibi. Verumtamen hoc quod dico tibi ut vel si ille peccavit in te pone in corde tuo quia tu in illo peccavisti et fratrem tuum iustifica et tunc dabit deus in corde illius concordare tecum. Et narravit ei quomodo dixit ei ille.

¶ Duo quidam erant Pelusiotes religiosi eloquentes seculi egressi sunt et facti sunt monachi. Emulationem autem habentes vocis evangelicae sed non secundum scientiam castraverunt se propter regna celorum. Audiens autem hoc archiepiscopus excommunicavit eos. Illi autem putantes quod bene fecissent indignati sunt contra eum dicentes. Nos propter regna celorum castravimus nos et hic excommunicavit nos. Eamus et interpellemus adversus eum Iherosolimorum archiepiscopum. Abierunt et indicaverunt ei omnia. Et Iherosolimorum archiepiscopus dixit eis. Et ego vos excommunico. Et quo interim contristati abierunt Antiochiam ad archiepiscopum et dixerunt ei omnia que facta sunt circa se. Et ille similiter excommunicavit eos. Et dixerunt ad semetipsos. Eamus Romam ad patriarcham et ipse nos vindicet de hominibus istis. Abierunt et ad summum archiepiscopum Romane civitatis suggesserunt ei quod fecerunt eis metropolitani archiepiscopi dicentes. Venimus ad te quia tu es caput omnium. Dixit autem eis et ipse. Et ego vos excommunico et separati estis. Tunc defecerunt excommunicati turbis et dixerunt ad seipsos. Isti episcopi sibi consentiunt invicem quia conveniunt propter quod in synodis congregantur sed eamus ad illum virum dei Epyphanium sanctum episcopum de Cypro quia propheta est et personam hominis non accipit. Cum autem propinquassent civitati eius revelatum est ei de ipsis. Et mittens in occursum eorum dixit. Ne intretis civitatem istam. Tunc illi in se reversi dixerunt. Pro veritate nos culpabiles sumus ut quid nosmetipsos vel deiustificamus. Etiam nos illi iniuste excommunicaverunt. Numquid et iste propheta? Ecce enim deus revelavit ei de nobis. Et reprehenderunt semetipsos valde de culpa quam fecerunt. Tunc videns deus qui corda novit quia se pro veritate culpabiles fecerunt revelavit episcopo Epyphanio et ultro misit et adduxit eos et consolatus eos suscepit in communionem et scripsit de his archiepiscopo Alexandrie dicens. Suscipe filios tuos quia in veritate penitentiam egerunt. Et addidit senex qui hec eis narraverunt dicens. Hoc est sanitas hominis et hoc est quod deus vult ut homo culpam suam ponat ante deum. Hec cum audisset frater fecit secundum verbum senis et pergens pulsavit hostium fratris. Ille autem mox ut sensit eum prius apud deum deinde penitentiam gessisse aperuit ei hostium statim et osculati sunt se invicem ex animo et facta est inter utrosque pax magna.

¶ Duo monachi qui erant etiam carnales fratres habitabant simul. Et volebant dya-

separare eos ab invicem Semel quoque
primus qui erat iunior etate
incendit lucernam et posuit eam
super candelabrum. fecit autem opera
sua demon et evertit candelabrum
pro qua re cecidit cum maior
frater eius irasceretur Ille vero primum egit
dicens ei habe pacienciam in me frater
et iterum accendo lucernam Et ecce
virtus domini venit et torquebat
demonem illum usque mane demon
autem nunciavit principi suo quod
factum fuerat Et audiuit sacerdos
paganorum ad quod retulerat. et
egressus est factus monachus
et ab inicio conversacionis sue te-
nuit humilitatem dicens humilitas sol-
uit omnem virtutem inimici sicut
ego audiui eos loquentes dicendo
quod cum perturbamus monachos convertit
primus se eius et agens penitenciam de-
struit omnem virtutem nostram ¶ An-
thonius abbas deficiens in profunditate
nota perscrutandorum iudiciorum dei postulabat
dicens Domine quid aliqui paruo tempore
vite sue moriuntur et aliqui ultra
decrepitam veniunt senectutem Et
quare quidam egentes sunt alii
facultatibus abundantes et quomodo
iniusti opulenti sunt iusti autem
pauperes premuntur Et venit ei vox
dicens Anthoni ad teipsum intende
hec enim iudicia dei sunt et te scire
ea non convenit ¶ Cum interrogaret
aliquando abbas Arsenius quendam
senem egiptum de cogitacionibus suis
alius videns eum dixit ei Abba
Arseni quid tu qui tantum erudi-
tus es in latina et greca lingua
doctus rusticum istum de cogitacioni-
bus interrogas Et ille respondit
latinam quidem et grecam erudicionem quidem
ad seculum apprehendi sed alphabetum
huius rustici nondum discere potui
¶ Venit quidam frater ad abbatem
Cyrum in monte abbatis Anthonii
et loquentibus eis dicebat abbati
Cyro Credo adhuc non peruenisti

ad mensuram abbatis Anthonii
pater Respondit ei senex Ego
si haberem unam cogitacionem abbatis
Anthonii efficerer totus ve-
igneus verumtamen scio hominem
qui cum labore potest ferre cogi-
taciones suas Iterum autem
interrogavit eum frater ille dicens
Putasne sic presbiter sathanas
antiquus Et dixit ei abbas Cyrus
Credo plus quam tempore eius expu-
gnat conturbat ¶ Cum abbas
pastor in congregacione esset
audientes de abbate Nesterone
desiderabant eum videre et mandant
abbati eius ut mitteret eum ad
eum Renuit cum nollet eum solum
dimittere non dimisit eum Factum
est autem post paucos dies ut dis-
pensator monasterii rogaret
abbatem ut permitteret eum ire ad
abbatem pastorem et diceret ei co-
gitaciones suas Abbas autem
eius cum eum dimitteret dixit
ei Tolle hunc fratrem tuum Ne-
sterone tecum quia non mandavit
de ipso senex et non presumebat eum
solum dimittere discipulus usque modo
Cum non venisset dispensator
ad abbatem pastorem locutus est
ei de cogitacionibus suis et ille
sanavit eum responsione sua
Postea autem interrogavit senex fratrem
Nesterone dicens Abba Neste-
ron quomodo acquisisti virtutem hanc
ut cum emergit tribulacio aliqua
in monasterio non loquaris neque te
medium facias Ille autem nichil
loquebatur Et cum multum rogaretur
a sene dixit ei Ignosce michi
abba cum intravi in inicio
congregacionem dixi in animo meo
Tu et asinus unum estote Sicut
enim asinus vapulat et non loquitur
iniuriam patitur et non reddit. sic
et tu quemadmodum legitur in psalmo
Ut iumentum factus sum apud
te et ego semper tecum Dixit senex

volo magis vinci cum humilitate
quam vincere cum superbia. Dixit
senex. Noli contempnere assi-
stentem tibi quia nescis utrum
spiritus dei in illo sit. Assistentem
tibi dico cum quo minister est
tuus. Dicebant senes quia
quando temptamur tunc magis
humiliamur quia deus sciens
humilitatem nostram protegit
nos. Si autem gloriamur aufert
a nobis protectionem suam
et perimus. Sedente aliquando
abbate Arsenio in inferioribus
partibus egipti cum importunita-
tes ibi pateretur visum est ei
ut derelinqueret cellam suam et
nichil ex ea secum tollens
dixit discipulis suis Zoilo et
Allexandro. Tu Allexander
ascende navim et tu Zoile veni
mecum usque ad flumen et quere
mihi naviculam in Allexandriam
navigantem et ita naviga
ad fratrem tuum. Zoilus autem
turbatus est in verbo isto et tacuit
atque ita dimisit ab invicem. Descen-
dit autem senex circa partes Allexandrie et egrotavit egritudine
magna. Discipuli autem eius dice-
bant ad invicem. Putasne ali-
quis nostrum contristavit eum et
propterea dimisit se a nobis. Et
non inveniebant in se ingratitudinis
causam neque quod ei aliquando in-
obedientes fuissent. Cum vero
sanus factus fuisset senex
dixit ad semetipsum vadam ad fratres
meos. Et ita navigans venit
ad locum qui dicitur Petra ubi erant
supradicti ministri eius. Cum esset
iuxta flumen quedam puella
ethiopissa veniens tetigit
melotem eius. Senex autem incre-
pabat eam. Illa vero dixit. Si
monachus es vade in montem. Com-
punctus autem hoc verbo senex dixit
in semetipso. Arseni si monachus

es vade in montem. Et interea occur-
rerunt ei Allexander et Zoilus
discipuli eius. Et cum cecidissent
ad pedes eius proiecit se etiam
senex et invicem flebant simul. Dixitque
senex. Non audistis quia egrotavi.
Dixerunt ei. Etiam audivimus. Et
ille dixit. Quare non venistis
videre me. Et dixit Allexander.
Dimissio tua non fuit nobis
tollerabilis quia multi propterea con-
tristati sunt dicentes. Nisi inobedien-
tes fuissent senem nequaquam se separas-
set ab eis. Et ait senex. Et ego
cognovi quia hoc dicetur. Sed iterum
dicitur sic homines. Columba non in-
veniens columba requiem pedibus
suis reversa est ad Noe in archa.
In hoc verbo curati sunt animi discipulorum
eius et permansit cum eo usque
ad ultimum vite ipsius tempus. Veni-
ente morte turbati sunt valde. Et
dixit eis ille. Nondum venit hora.
Cum autem venerit dico vobis. Iudicari
autem habeo vobiscum ante tribunal
Christi si permiseritis cuiquam de corpore
meo aliquid facere. Et illi dixerunt.
Quid igitur faciemus pro quia nescimus
mortuum vestire aut sepelire. Et
dixit eis senex. Nescitis mittere funem
in pede meo et trahere me in montem.
Cum autem traditurus esset spiritum
viderunt eum fratres flentem. Et dixerunt
ei. In veritate et tu times mortem
pater. Et dixit eis. In veritate timor
qui in hac hora est mecum non fuit
ex quo factus sum monachus et timeo
valde atque ita in pace dormivit.
Ille autem sermo semper in ore senis erat.
Arseni propter quid existi. loqui sepe
me penituit tacere numquam.
Narravit abbas Daniel de
abbate Arsenio quia numquam voluit
loqui de questione alicuius scripture
cum posset magnifice loqui si
vellet sed neque epistolam cito scripsit
ad aliquem. Cum autem ad conventum
per aliquantum temporis veniebat post
columpnam sedebat ne quis faciem

eius viderent et nemo attenderet
alium. Erat autem visio eius angelica
sicut Iacob, canus, ornatus, ele-
gantissimus corpore, senectus tamen habebat
autem barbam omnino attingentem usque
ad ventrem eius. Pili autem oculorum
eius nimio fletu occiderunt. Lon-
gus autem erat, sed senio longiore
curvatus. Mortuus est autem annorum
nonaginta quinque. Hic fecit in palacio
divae memoriae Theodosii maioris
qui fuit pater Archadii et Honorii
annos quadraginta. Et de loco qui
dicitur Troen super Babyloniam contra
civitatem Memphis decem annos
in campo Alexandrie et aliis duos
annos recedentes iterum in Troen
fecit. Et ita dormivit consummatus
in pace et timore dei, eo quod fuit
quia erat vir bonus et plenus spiritu
sancto et fide. ¶ Sancte memorie Theo-
philus episcopus Alexandrinus venit
aliquando ad montem Nitrie. Et venit
ad eum abbas montis illius. Et
dixit ad eum episcopus: Quid amplius
invenisti in via ista pater? Et dixit ei
senex: Culpare et reprehendere me
ipsum sine cessatione. Et dixit ei
episcopus: Vere non est alia via regni dei
nisi hec. ¶ Dixit senex quidam: Vis
apponas cor tuum adipisci frenum
tuum? Dico quia tu magis sobrius es
illo et continencior et intelligencior,
sed subditus esto gratia dei spiritu
paupertatis et proveritate non ficta,
ne spiritu exaltacionis elatus per-
das laborem tuum. Et esto spiritu-
sale conditus in Christo. ¶ Venerunt
aliquando senes ad abbatem Anthonium
et erat cum eis abbas Ioseph.
Volens autem Anthonius abbas
probare eos movit sermonem
de scripturis sanctis et cepit interro-
gare iuniores quid hoc esset aut
illud verbum esset. Et singuli eorum
dicebant prout poterant. Ille autem
dixit: Necdum invenistis. Post
omnes vero dixit abbati Ioseph:
Tu quid dicis esse verbum hoc? Ille

respondit: Nescio. Et dixit abbas
Anthonius: Vere abbas Ioseph
solus invenit viam, quia se ne-
scire dixit. ¶ Venerunt quidam
fratres ad abbatem Cyprum ut audi-
rent ab eo verbum, et nichil loque-
batur sed semper dicebat: Ignoscite
mihi. Videntes autem sportellas
eius dixerunt discipulo eius
Abraham: Quid facis sportel-
las istas et hinc et illuc expen-
dimus eas? Hoc audiens senex
dixit: Cyprus hinc inde man-
ducat. Illi vero audientes edi-
ficati sunt valde de humilitate
eius atque cum gaudio discesserunt.
¶ Venit ad quendam senem mo-
nachum solitarium hoc quod demon
vocabatur et fortiter premebat
et percussit eum in maxilla eius.
Senex vero convertit ei aliam ma-
xillam. Demon vero non ferens in-
cendium humilitatis mox exivit
ab eo et factus est sanus. ¶ Dixit
senex: Si quis dicat aliquid
se non humiliatus se cohibuerit,
demones temptatores. Interro-
gatus est senex quid dicunt quidam
videre se aspectum angelorum.
Et dixit senex: Beatus est qui
peccatum suum semper videt. ¶ Venit
aliquando abbas Hylarion de Pale-
stina ad abbatem Anthonium in
monte. Et dixit ei abbas An-
thonius: Bene venisti lucifer
qui mane oriris. Et dixit ei
abbas Hylarion: Pax tibi colu-
mpna lucis qui sustines orbem
terrarum. ¶ Dixit abbas Macharius
abbati Arsenio: Quare nos fugis?
Et dixit ei senex: Scit deus quia
diligo vos, sed non possum esse cum
deo et cum hominibus. Superiores enim vir-
tutes milia et milium milia
unam voluntatem habent, homines
autem multas habent voluntates.

Non possum ego dimittere deum et
venire habitare cum hominibus
¶ Dixit abbas Agathon quia
secundum voluntatem meam nunquam
dormivi retinens in corde meo
adversus quemquam dolorem / neque
dimisi aliquem dormire habentem
adversum me aliquid ¶ Senex quidam
erat in egipto antequam veniret
illuc abbas pastor. Ille autem
habebat noticiam hominum et multum
honorem. Cum autem descendisset
abbas pastor de Scithi cum
suis dimiserunt homines illum
senem et venerunt ad abbatem pa-
storem. Invidia autem tactus
senex male loquebatur de eis.
hoc audiens abbas pastor con-
tristabatur et dicebat fratribus suis
Quid faciemus de sene isto
magno quia nos in tribulationem
miserunt homines derelinquentes
eum et ad nos qui nichil sumus
attendentes. Quomodo ergo possumus
sanare eum. Et dixit eis Fa-
cite aliquid gustare et tollite
vasculum vini et eamus ad eum et
gustemus simul forsitan per hoc
possumus sanare animum eius.
Tulerunt ergo quos paraverant
cibos et processerunt ad eum. Dum
autem pulsarent hostium audiit
discipulus eius dicens Qui estis
Et illi dixerunt dic abbati quia
pastor est et postulat benedici
per vos. Hoc autem nunciante ei
discipulo eius ille mandavit
dicens vade dic quia modo non vacat.
Illi autem perseverantes in cauma
dixerunt Non discedimus nisi me-
reamur benedictionem senis.
Senex autem videns perseverantiam
eorum et humilitatem compunctus
aperuit eis et intrantes gusta-
verunt cum eo. Cum ergo manducarent
dixit In veritate dico minus
est quod audivi de vobis centu-
plum enim est quod video in opere vestro
fecit autem ergo eis amicos ex illa
die. ¶ Contigit aliquando abbatem Pabo (?)
iter cum fratribus in partibus egipti face-
re. Et videns quosdam seculares sedentes
dicit eis Surgite et salutate et
osculamini monachos ut bene-
dicamini. Frequenter enim cum deo lo-
quuntur et sancta sunt ora eorum
¶ Dicebatur de abbate Pafnucio
quod non cito biberet vinum. Ambulans
autem aliquando supervenit in convivium
latronum et invenit eos biben-
tes. Cognovit autem eum qui primus
fuerat latronum et sciebat quia
non biberet vinum. Videns ergo eum
de multo labore implevit calicem
vino et alia manu tenuit gla-
dium evaginatum et dicit ei Si
non bibis occidam te. Senex vero
sciens quod mandatum dei faceret
et volens eum lucrari accepit et
bibit. Ille vero princeps latronum
penitentiam egit apud eum dicens Ignosce
mihi abba quia contristavi te. Et dicit
ei senex Credo in deo meo quia propter
hunc calicem faciet mecum misericordiam
et hic et in futuro. Et dixit princeps
latronum Et ego credo in deo quia nul-
li a modo non faciam aliquid quicquam
mali. Et lucratus est senex omne
concilium latronum pro eo quod propter
deum dimisit voluntati eorum
¶ Dixit abbas Hyperichius Eripe
proximum a peccato quantum vales et
sine improperio quoniam deus conver-
tentes non repellit a se. Verbum
autem nequicie non habitet in
corde tuo adversus fratrem tuum
ut possis dicere Dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus etc.
¶ Duo fratres erant in cellis vicini
autem ex eis senex erat et roga-
bat illum qui iunior erat
dicens maneamus simul frater. Et ille
dixit Ego peccator sum et non possum
tecum manere abba. Ille autem
rogabat eum dicens Etiam possumus

Erat enim senex ille innocens et simplex et no-
lebat audire quod monachus haberet
cogitatum fornicationis. Et dicit
ei frater: Dimitte me una eb-
domada et iterum loquar. Venit
ergo post unam ebdomadam ille et volens
probare senem dicebat: In magnam
temptacionem incurri ista eb-
domada abba. Pergens enim pro
ministerio quodam in vico incurri
in mulierem. Et dixit ei senex: Nunquid
non est penitencia? Et respondit frater: Etiam puto
est penitencia. Senex autem dixit: Ego tecum
porto medietatem peccati huius. Tunc
dixit frater ille: Modo scio quod possumus
simul esse. Et manserunt simul usque
ad exitum suum. Dicebat de quodam
fratre quod cum fecisset sportellas
et inposuisset eis ansas audivit
etiam vicinum suum alium monachum
dicentem: Quid faciam quia proximum
est mercatum et non habeo ansas
quas inponam sportellis meis.
Ille vero audiens resolvit ansas
quas inponam sportellis meis.
Ille vero audiens resolvit ansas
quas inposuerat sportellis suis et
attulit eas fratri illi vicino dicens:
Ecce istas superfluas habeo, tolle
et pone in sportellas tuas. Et fecit
opus fratris sui proficere, proprium autem
opus reliquit imperfectum. Dice-
bat de quodam sene in Scythi quia
egrotavit et voluit manducare
modicum panis recentis. Hoc au-
diens quidam frater tulit melo-
tem suam et misit in eam panem siccum
vadens in Egyptum mutavit illud ad
panem recentem et attulit seni. Et
cum audissent fratres panes illos
recentes mirati sunt. Senex autem
noluit gustare dicens quia sanguis
fratris est. Et rogaverunt senem dicentes:
Propter deum comede ne vacuum sit
sacrificium fratris istius. Atque ita ro-
gatus comedit. Interrogavit
quidam senem dicens: Duo fratres sunt, ex
quibus unus quiescit in cella sua
protrahens ieiunium sex dierum

et multum sibi laborem inponens,
alter vero egrotantibus servit.
Cuius opus magis acceptum est
deo? Respondit ei senex: Si frater ille
qui sex dierum ieiunium levat
appenderit se per nares non potest
equalis esse illi qui egrota-
tibus deservit. [illegible] aliquan-
[illegible] tres fratres ad messem et suscepit
certum spacium segetis metendum.
Qui dum meterent unus autem ex eis
ipsa prima die infirmari cepit
et reversus est ad cellam suam. Duorum
autem qui remanserant unus alteri
dixit: Ecce frater vides quod incurrit
egritudinem frater noster. Coarta ergo
animo tuo parum, ego similiter
paululum coartabimus, ideo quia
per orationes eius implebimus nos
duo opus trium et metemus
partem trium. Cumque complevissent
messem totius loci illius quem
susceperant venerunt accipere mer-
cedes suas. Et vocaverunt fratrem
illum dicentes: Veni frater accipe
laborem tuum. Et ille dixit eis:
Qualem laborem suscipiam qui
non messui? Et illi dixerunt:
Orationibus tuis consummata est
messis. Veni ergo et accipe mer-
cedes tuas. Facta est ergo plurima
contencio inter eos de hac re,
illo scilicet dicente: Non accipio quod
non laboravi. Illis vero non acquie-
scentibus nisi et ipse perciperet
partem suam. Abierunt ergo ad iudicium
magni senis cuiusdam. Et dixit
ei frater ille: Perreximus tres ut
meteremus in agro cuiusdam ad
mercedem. Cum autem venissemus
ad locum quem messuri eramus
ipsa prima die incurri egritudinem
et reversus sum in cellam meam
nec una die metere prevalens.
Cum dicerem nunc cogunt me fratres
isti dicentes: Veni accipe merce-
dem ubi non laborasti. Dixerunt

autem illi fratres. Ferem proximi
tres menses et sustinuimus spatium
agri sexaginta modiorum quem me-
teremus et si fuissemus toti tres
cum grandi labore vix potuissemus
explicare illud. Dixerunt autem
huiusmodi fratres nos duo volentes quam
tres potuimus et demessuimus
agrum. Dicimus ei veni accipe
mercedes tuas et non vult hoc
audiens senex miratus est
et dixit uni de monachis suis
Percute signum in cella fratrum et
congregentur omnes huc. Cumque
convenissent dixit eis venite
fratres et audite iustum iudicium
Et indicavit eis omnia senex
et adiudicavit fratrem illum
ut acciperet mercedes suas et
faceret ex his mercedibus quod ipse
vellet. Et discessit frater ille
contristatus et plorans quasi pre-
iudicatum esse dicebat. Dicebat
quidam senex de patribus moris con-
suetudinem habuisse venire ad cel-
las novorum qui solitarii esse
volebant et visitabat eos ne
quis eorum a demonibus circumveni-
retur et illideretur a cogitatione sua
Et si quem aliquem eorum inveni-
bat lesus adducebat eum ad
ecclesiam et ponebat pelvim
cum aqua et faciebat orationem pro eo
qui temptationibus laborabat
et lavabant omnes fratres manus
suas in pelvim et perfundebat
aqua frater ille qui in temptationibus
laborabat atque ita purgabatur
frater ille. Duo senes multis
annis simul mansi sunt et numquam
inter se litem habuerunt. Dixit autem
alter ad alterum faciamus et nos unam
litem sicut homines faciunt. Et
ille respondit frater dic nescio quomodo
fiat lis. Atque ille dixit ecce po-
no in medio laterem unum et ego
dico quod meum est hoc. Tu autem dic
non sed meum est et inde fit

lis. Posuit ergo testam in medio qui
et dicit unus eorum meum est hoc et alter
dixit Non sed meum est. Et ille respondit
Certe tuum est tolle et vade. Et disces-
serunt et contendere non potuerunt. Vir
quidam erat iustus cum quodam patre. Con-
tigit autem ut vulnus fieret in corpore
senis et saniem multam cum cum
fetore proflueret dicebat autem
in cogitatu suo frater ille qui ei de-
serviebat discede hinc quia non
potes sustinere fetorem huius pu-
tredinis istius. Ille vero frater
ut reprimeret huiusmodi cogitationem
suam tulit vas aque et lavit
vulnus senis illius et collegit
aquam ipsam in vas et quotiens sitiebat
ex ipsa bibebat. Cepit iterum cogi-
tatio sua sollicitare eum dicens
Si non vis fugere vel non bibas
fetorem huius. Frater autem laborabat
et tollerans ferebat bibens la-
vaturam vulneris illius. Et dum ita
ministraret seni vidit deus laborem
caritatis eius et illi lavaturam
vulneris in aquam mundissimam vertit
et senem invisibili medicamento
sanavit. Interrogavit aliquis
quendam senem dicens Si video fratrem
de quo audivi aliquam culpam
non possum suadere animo meo
ut introducam eum in cellam meam
Si autem video bonum fratrem ipsum
libenter suscipio. Et dixit ei senex
Si frater bono bonum facis parum
bene facis illi autem duplum impende
ipse est qui infirmatur. Dixit
abbas pastor Donare studium
virtute tua nulli omnino facere
malum et castum servare cor tuum
cum omni homine. Item dixit Non
est aliquid maius dilectione quam
ut aliquis animam suam pro amicis suis
ponat. Etenim si quis audiens
sermonem tristem cum possit et ipse
id facere tacet atque sustineat et
non contristet eum vel est si lesus
sit in re aliqua patienter sustineat

et non contristet eum. Velut etiam si
ille subsit in re aliqua patienter susti-
neat non reddens contristati atque
ledenti se. Hoc modo homo ponit
animam suam pro proximo suo.
Dixit quidam patrum: Si quis te
petierit rem aliquam et violenter
prestiteris ei, sit voluntas animi tui
in id quod das, sicut scriptum est: Quia si
quis te angariaverit miliario
uno, vade cum eo duo. Hoc est autem
ut si quis te petierit rem aliquam
des ei ex animo et spiritu. Frater quidam
interrogavit pastorem abbatem dicens:
Quid est illud quod scriptum est: Qui
irascitur fratri suo sine causa? Ille
respondit: De omni re qua te
voluerit gravare frater tuus, si irasceris
adversus eum donec oculum tuum ei-
ciat et a te proiciat, sine causa
irasceris ei. Si autem aliquis voluerit
te separare a deo, pro hac irascere.
Interrogavit quidam senem quidam
dicens: Quare nunc sunt quidam non labora-
tores in conversatione et non accipiunt
gratiam sicut antiqui? Dicit ei senex:
Quia tunc caritas erat et unusquisque
proximum suum trahebat sursum.
Nunc autem refrigescente caritate
unusquisque fratrem suum deorsum
trahit et propterea gratiam non meremur
accipere. **De Daniele.**
V,xviii,2 Dixit abbas Daniel qui
erat discipulus abbatis
Arsenii, quia narravit ei
abbas Arsenius tanquam de alio
aliquo, puto autem quod de se diceret,
quia dum sederet quidam senex
in cella sua venit vox dicens ei:
Veni, ostendam tibi opera hominum.
Et surgens exiit. Et duxit eum
ad quendam locum et ostendit ei
ethiopem incidentem ligna et fa-
cientem sarcinam grandem et tem-
ptabat eam portare et non poterat

pro eo ut afferret ex sarcina
illa secabat iterum et incidebat ligna
et addebat ad sarcinam. Hoc autem
faciebat diutius. Et procedens
paululum ostendit ei rursus
stantem super lacum et implentem
aquam ex eo et refundentem in
cisternam pertusam, que cisterna iterum
aquam ipsam refundebat in lacum.
Et dicit ei iterum: Veni, ostendam
tibi aliud. Et ecce vidit templum
et duos viros sedentes in equis
et portantes lignum transversum
unum contra unum. Volebant
autem per ianuam intrare in tem-
plum et non inclinantes se unus
post alium ut sic lignum portarent
propter lignum illud quod transversum por-
tabant, illud directum reman-
serunt foris extra ianuam templi.
Et cum interrogasset quid hoc esset,
Ille dixit ei: Hi sunt qui portant
velut in iustitia superbie iugum
et non humiliati sunt ut corrigerent
se et ambularent humiliter in
via Christi, propter quod remanserunt
foris a regno celorum. Ille autem
qui ligna incidit homo est in
peccatis magnis et pro eo ut penitentiam
agat et subtrahat se de peccatis
suis magis alias iniquitates
adhibet super iniquitates suas.
Ille vero autem aqua implet homo
est qui opera quidem facit bona
sed quia habet in eis et permixta ma-
la propter hoc etiam perdidit et opera sua.
Et ideo oportet omnem hominem
sobrium esse in operandum
operibus suis ne in vanum inde
sustineret labores. **De sancto** V,xviii,19
Narravit **Basilio episcopo**
sanctus Basilius episcopus
dicens: Fuit quedam in uno monasterio
feminarum quedam virgo quae se stultam

se esse ac demonem se habere
simulabat quam ita vigere que ipsis
ad eo ab omnibus aliis exhorre-
re habebatur ut nec cibum quidem
cum ea acciperent. Talem siquidem
vitam elegerat ut a coquina
nunquam recedens cunctis illic
ministerium impleret officium. Et
erat secundum vulgare proverbium
universe domus spongia im-
pletum a se nobis probatur quod in
sanctis libris scriptum legimus.
Siquis inquit ex vobis pu-
tat se sapientem esse in mundo
stultus fiat ut sapiens fiat.
Hec quoque involutum pannis habebat
caput ita omnibus serviebat.
Cetere autem virgines tonse
cucullis cooperiebantur. Nulla
autem hanc de quadrigentis
virginibus potuit videre man-
ducantem per omne eius sui
sedit ad mensam. Non ullam
vel modicam partem panis acci-
piebat sed micas tantum detergens
ipsi mensas et abluens ollas
hiis solis alimoniis contenta
vivebat. Nulli unquam fecit
iniuriam nullus unquam ipsius
murmur audivit. Nulli autem pros-
sus unquam aut parvis locuta est.
Et tamen cum ab omnibus cederetur
cum omnium vinceret odiorum maledicta
omnium sustineret. Beato piterio
cui hoc vocabulum erat probatissimo
viro presbitero in deserto viventi
astitit angelus domini quadam
die sedenti in loco qui dicitur porphi-
rite a christianis et cum hiis verbis
Cur inquit grande aliquid
te esse credis ut sanctus in
huiusmodi degens loco vis videre
mulierem te sanctiorem. Vade
ad Thabennensiotarum monasterium
feminarum et invenies ibi unam
in capite habentem coronam

ipsam esse cognosce te meliorem.
Hec namque cum tanto populo
pugnat solis diebus ac noctibus
cor ipsius nunquam ab eo recessit.
Tu autem in uno loco residens
nec quoquam aliquando progrederis
per omnes urbes animo et cogita-
tione vagaris. Statimque ad supra-
dictum monasterium venit et magistros
fratrum rogavit ut introducerent
eum ad habitaculum feminarum. Qui ne-
quaquam illi ut virum gloriosum et per
seu provectioris etatis cum fiducia
grandi introduci fecerunt. In-
gressus autem omnes sorores de-
sideravit inspicere inter quas sola
illa preter quam venerat non vi-
debat. Ait autem ad postremum
Omnes michi inquit adducite de-
esse enim michi videtur aliqua. Dicunt
ad eum Una inquiunt adhuc stul-
ta habemus intrinsecus in co-
quinam per eam quam a demonio
vexatam appellant. Et ille dixit
Exhibete ad me inquit ipsam
quoque ut ipsam videam. Qui non au-
dito super memoratam vocare ceperunt.
Que ne cum nollet venire sentiens
ut credo aliquid aut fortassis
hoc ipsum divina iam revelatione
cognoscens. Trahunt eam. Sanctus
pyterius videre te desiderat.
Erat autem vir fama ac nomine
grandis. Cumque ad eum fuisset
exhibita vidisset quod pannos
in fronte ipsius involutos pro-
iecit se ad pedes eius dicens Bene-
dic me inquit. Rursus ad
illius pedes ipsa corruens. Tu
me inquit benedic domine. Omnes
sorores obstupuerunt simul dicentes
Noli abba talem iniuriam sustinere
fatua est enim ista quam cernis.
Tunc sanctus pyterius hoc ipsis
omnibus ait Vos inquit estis
fatue. Hec namque et michi et vobis est
domina; hoc enim nomine vocat

illi ferunt ab spiritalibus et deprior
deum ait ut ea dignus ipse mitar
in die iudicii pervenire. Quo au-
dito omnes simul ad pedes eius
prociderunt singuli varia pecca-
ta ipsa confitentes. Alius enim
ablutis pedibus catinum super
eam se fudisse dicebat. Alius vero
colaphis eam percussisse subita-
nee dicebat. Alius vero naris
ipsius sinapi impletas esse
esse deferebant. Cetere quoque diversas
referebant se ei iniurias
irrogasse pro quibus omnibus
sanctus ille fusis deo precibus
egressus est. Post paucos autem
dies non ferens illa tanta
sui gloriam tantoque volens se
honore forsitan cumulari gra-
vari ipse se credens ex tunc pacio-
nibus singularis egressa de mo-
nasterio illo occulte quo iverit in
quem se miserit locum vel quo
fine defecerit ad nullius potuit
noticiam devenire.

Narravit quidam senex nos
dicens. Erat quedam virgo
provecta etate valde
que proficiebat in timore dei et in-
terrogata a me que esset causa ad
hanc perduxit que superatur illa
ingemiscens ita cepit dicere
Michi quidem o mirabilis vir
cum adhuc essem parvula erat
pater modestus ac mansuetis
moribus, debilis vero et infirmus
corpore. Qui enim ita vixerat circa
sui agens ut vix aliquando vi-
deretur ab hiis qui in eodem ha-
bitabant vico. Terram autem suam
assidue operabatur et ubi pro tem-
pore probat vitam suam. Et si quando fortasse
sanus fuisset fructus culture do-

mi portabat. Plurimum autem
tempore in lecto languoribus
detinebatur. Tantaque ei erat
taciturnitas ut ignorantibus
eum sine voce crederetur esse.
Mater vero mea erat econtrario
curiosa absque modo et que
ultra omnes qui erant in
regione hac turpior erat.
Sermones vero eius ad vniver-
sos movebantur ut puta-
retur omne corpus eius lingua
esse. Lites frequenter committe-
bantur ad omnes ab ipsa. In
ebrietate enim vini cum vi-
ris luxuriosis demorabatur. Dispen-
sabat autem ea que domi erant
tamquam meretrix pessima ut
eam substantia multa non potuisset
nobis sufficere. Ita enim a
patre meo delegata erat
cura domus. Corpus autem
suum ita in turpitudine ab-
utebatur ut pauci de vico
illo potuissent effugere li-
bidinem eius. Numquam corpo-
re eius morbus contigit nec
dolorem aliquem sensit sed
a nativitate usque ad ultimum
diem suum integrum sanumque
corpus suum possidebat. Ac-
cidit igitur ut pater meus longa
egritudine fatigatus
moreretur. Continuo aer com-
motus est et pluvia et cho-
ruscationes atque tonitrua
aerem conturbabant et neque
nocte neque die ymbribus
cessantibus triduo super lectum
sine sepultura fecit eum
manere. Ita ut homines
vicini illius moventes ca-
pita sua admirarentur

qd tantum malum immundicie
lateret dicentes. Sic enim dei
erat immundicie iste ut nec
terra eum reciperet in sepultura.
Sz tamen mortuum de domo membra
eius dissoluta ingressum habi
tantibus prohiberet immine
te adhuc aere turbido z plu
uia descendente vix aliquando
eum sepulture tradidimus.
At vero mater mea post hec licen
ciam plurimam accepta cum im
probitate maiora corporis sui
libidini vacabat z professibus
diebus incepit faciebat domum nostram
in tanta luxuria vixit atqz
delicijs ut dum adhuc esse
parvula deficeret nobis fere stacia
vita vix aut aliquando cum
timore sicut in medio mor
te adveniente tanta meruit
funeris prosperitate ut etiam
putaretur a ceteris plus cognis
deservire funeris eius. Ego
autem post obitum eius puellarem
ingressa etatem z de pruribus ti
tillacionibus iam ia corpus meum
permouentibus in quadam die ad
vesperam ut fieri solet cogi
tare cepi atqz considerare
cuius vitam eligerem sequendam
vtrum patris qui modeste et
inquiete ac sobrie vixit.
Sz rursus cogitabam illud
quia nichil in vita sua gessit
cuius in bonis qz pomeretur
in infirmitate z tribulacione
consumptus est tali fine vite
sue accepit ut nec sepul
turam eius terra susciperet.
Si igitur bona essent huiusmodi quicquid
apud deum esset ergo tantorum
malorum pondus consecutus est
qui sic vivendo elegit. Sicut
mater inquit cogitatus ti
bi melius est vivendo z tradere volup
tati et luxurie corpus meum. Etenim
illa nullum opus omnipotentis permisit
in ebrietate autem omne tempus
in voluptatibus atqz propter delicijs
vitam suam compleuit. Quid
ergo? sic oportet me vivere
quomodo ipsa. Melius est enim
oculis propriis credere z hijs
que in manu fefellit ea cogitata
z nichil promittit. Et cum pla
cuisset michi imitari eius me
constituere vite supervenit nox
z continuo sopor michi accidit
post hoc somno nobis astitit michi
quidam grandis quidem corpore
aspectu autem terribilis. Deinde
me intuendo preterens ira
cunda visione z aspera voce
interrogabat me: Dic michi inquit
puella qui fuit cogitatus
cordis tui. Ego autem ab aspectu
eius z habitu tremefacta
neqz aspicere eum audebam. Ma
iori vero voce iterum michi precepit
ut ea que michi placuerant pro
nunciarem. Ego autem pre timore
dissoluta in omnem oblita co
gitatum michi esse dicebam.
Ille vero negante me ad memo
riam revocabat omnia que
meo corde meditata sunt.
Ego autem convicta ad pedes eius
supplicabam veniam corporis et
cunctis ei narrabam huiusmodi co
gitatus. Veni ait michi rem
ergo z vide vtrosqz patrem z
matrem z quam volueris deinde
vitam eligere. Et apprehendens
michi manum trahebat me. Duxit
me in quendam campum habentem
paradisos multos z vineas
fructibus variabus arboribus
z pulchritudine inenarrabile

et introduxit me intus illuc.
Occurrens autem mihi pater meus
amplexatus est me et osculaba-
tur filiam meam vocans. Ego vero
amplexa eum rogabam ut
manere cum eo. At ille: Nunc
inquit non potes esse. Si vero
mea vestigia sequi volueris
venies huc post non multum
tempus. Cum adhuc deprecarer
manere cum ipso, trahens me
sursum per manus qui ibi me
deduxerat: Veni, ait, et ostendam
tibi matrem tuam que igne comburitur
ut scias ad quem locorum volueris
declinare vitam tuam. Statuens
autem me in domo tenebrosa
atque obscura nimio stridore
perturbatam necnon repletam osten-
dit in fornace ignis ardente
et pice fervente et quemadmodum
illic tribulos stantes super
fornacem. Ego autem inspiciens
deorsum vidi matrem meam
in fornace usque ad collum demersam
stridentem dentibus et
igni ardentem et vermium et
multum fetorem fieri videns.
Videns autem me illa cum ululatu cla-
mabat: Filia mea, vocavit: heu
me filia, de propriis operibus hec
patior. Que quasi deliramenta
mihi videbantur universa que de
sobrietate erant. Opera autem
fornicationis et adulterii
non credebantur michi esse
tormenta. Ebrietatem vero atque
luxuriam non arbitrabar esse pe-
nas. Et ecce propter parvam libidinem
quanta recipio flamma sustineo
penas. Ecce propter exiguas
delicias quanta nunc solvo tormenta.

Ecce propter contemptum dei re-
cipio mercedem. Apprehendit
me universa immobilia ma-
la. Nunc tempus adest tibi filia
misereri nutrimentorum
que a me consecuta es. Nunc
tribue beneficium si quid
boni aliquando a me accepisti.
Miserere mihi quia
ardeo igni et abysso consumor.
Miserere mei que in thormentis
cruciatibus consumor. Mi-
serere mei filia et porri-
gens manum tuam educ
me de loco hoc. Me autem
recusante hoc facere propter
eum qui ibi astabat, rur-
sus cum lacrimis clamabat:
Filia mea adiuva me
et noli despicere fletum proprie
matris tue. Memento
doloris in die parturientis
te, et ne me despicias que
in gehenna ignis depereo.
Ego autem a voce eius lachrimis
commota gemitus aliquid
patiebar et cepi cum dolore cla-
mare, condolens ei ingemi-
scere. Expergefacti autem
hii qui in domo mea erant
mecum et accendentes ignem
causam mugitus mei et
interrogabant me quid
haberem. Ego autem narravi
eis ea que videram. Sic iam
deliberavi ut patris mei
sequerer vitam certa per ineffa-
bilem misericordiam dei que pene re-
posite sunt hiis qui maligne
vivere volunt. Talia que mihi
illa beata virgo comperta visione

cognoscebis multa. Et de
retributione bonorum operum et
malorum actuum et turpis vi
te maioribus esse penas
annunciabat. Et dixit quia efficia
mur meliores et plus nobis
metipsis ut possimus beati
fieri. ¶ Interrogavit aliquis
frater abbatem Pastorem dicens:
Quid est hoc quod scriptum
est: Non reddas malum pro
malo? Dicit abbas Pastor:
Haec passio quatuor modis habet:
primum de corde, secundum de corde;
tertium de lingua, quartum non facere
malum pro malo. Si ergo
potueris purgare cor, non venit
ad aspectum. Custodi os ne
loquaris. Si autem locutus
fueris, cito abscide ne fa
cias malum pro malo.
¶ Narrabat abbas Da
niel qui fuit discipulus
Arsenii dicens: Dixit pater meus
abbas Arsenius de quodam sene
quod erat magnus in hac vita,
simplex autem in fide, et errabat
pro eo quod erat ydiota, et dice
bat non esse naturaliter corpus
Christi panem quem sumimus,
sed figuram eius esse. Hoc autem
audientes duo senes quod
diceret hunc sermonem et scientes
quod magnus esset in vita et
conversatione, cogitaverunt
quia innocenter et simpliciter
diceret hoc, et venerunt ad eum et
dicunt ei: Abba, sermonem
audivimus cuiusdam infidelis
qui dicit quia panis quem
sumimus non naturaliter est corpus
Christi sed figura eius est. Senex

autem ait eis: Ego sum qui hoc
dixi. Illi autem rogabant eum
dicentes: Non sic teneas, abba,
sed sicut ecclesia katholica tra
didit. Nos autem credimus quia
panis ipse corpus Christi est et
calix ipse est sanguis Christi
secundum veritatem et non secundum
figuram. Sed sicut in principio
pulverem de terra accipiens plas
mavit hominem ad ymaginem
suam et non potest dicere non esse
ymaginem Dei, quamvis incomprehensi
bilis sit, ita et panis quem dixit
quia corpus meum est, credimus
quia secundum veritatem corpus Christi
est. Senex autem ait eis: Nisi
rem ipsam cognovero, non
in vacuo mihi satisfacit. Illi
autem dixerunt ad eum: Deprecemur
Deum hac ebdomada de misterio
hoc, et credimus quia Deus revelat
nobis. Senex vero cum gaudio
suscepit hunc sermonem et depre
cabatur Deum dicens: Domine tu co
gnoscis quia non per maliciam in
credulus sum veri huius, sed
per ignoranciam erro. Revela
mihi Domine quod verum est. Sed et illi
senes abeuntes in cellas suas
rogabant et ipsi Deum dicentes:
Domine Ihesu Christe, revela se
ni misterium hoc ut credat
et non perdat laborem suum. Exau
divit autem Deus utrosque, et eb
domada completa venerunt
dominica die in ecclesia et sede
runt ipsi tres soli super sedile
de scirpo quod in modum fascis erat
ligatum; in medio autem sedebat
senex ille. Aperti sunt autem
intellectuales oculi eorum.
Et cum positi sunt panes in altari

videbatur tamquam illis tribus
tamquam puerulus iacens in alta-
re. Et cum extendisset presbiter
manus ut frangeret panem,
descendit angelus domini de celo
habens cultrum in manu et sacri-
ficavit puerum illum, sanguinem
vero eius excipiebat in cali-
ce. Cum autem presbiter frangeret
in partibus parvis panem, etiam
et angelus incidebat pueri
membra in modicis partibus.
Cum ergo accessisset senex ut
acciperet sanctam communionem, data
est ipsi soli caro cum sanguine
cruenta. Quod cum vidisset, per-
timuit et clamavit dicens:
Credo, domine, quia panis qui in
altari ponitur corpus tuum
est et calix tuus est sanguis.
Et statim facta est caro illa
panis secundum misterium, et sumpsit
illud in ore agens deo gratias. Dixerunt
autem ei senes: Deus scit humanam naturam
quia non potest vesci carnibus crudis,
et propterea transformat corpus suum
in panem et sanguinem suum in vinum his
qui illud in fide suscipiunt. Et a-
gentes gratias deo de sene illo quia
non permisit deus perire labores
eius, reversi sunt toti tres cum
gaudio in cellas suas. Item
ipse Daniel narravit de alio se-
ne magno qui habitabat in in-
ferioribus partibus egipti quia
diceret per simplicitatem quod Mel-
chisedech ipse est filius dei. Hoc
autem nunciatum est sancte memorie
Cyrillo episcopo Alexandrino de
eo et misit ad eum. Sciens autem
quia signifer esset senex ille
et quidquid peteret revelaretur
ei, et quia simpliciter diceret hoc verbum,
usus est ingenio tali dicens: Abba,
rogo te quia in cogitatione mea
est quod Melchisedech ipse est filius

dei. Et iterum sub alia cogitatio-
ne mea dicit quia non sit, sed homo
sit et summus sacerdos fuit dei.
Quod ergo hesito de hoc, misi mi-
si ad te ut depreceris deum quatenus
revelante eo digneris de hoc
quid veritas habeat. Senex
autem de conversacione sua presumens
dixit cum fiducia: Da mihi tres
dies ut inquiram deum de parte
deum de hac re et nunciabo tibi
quod mihi fuit revelatum dignus.
Intrans ergo cellam suam et de-
precabatur deum de hoc verbo. Et ve-
niens post tres dies dixit
sancte memorie Cyrillo episcopo:
Homo est Melchisedech. Archiepiscopus
autem dixit ei: Quomodo cognovisti
apud te abba? Et ille dixit
ei: Deus ostendit michi omnes
patriarchas ita ut singuli
corpore coram me transirent ab
Adam usque Melchisedech et
angelus mihi assistens dixit:
Ecce iste est Melchisedech. Et
ideo accipe certus quia ita est. Re-
cedens autem senex et per se ipsum
predicabat quia homo esset Melchise-
dech. Et gavisus est magnifice
sancte memorie Cyrillus episcopus.

Vox erat adhuc sancte
memorie Effrem et
vidit sompnium sive

revelationem quia natum sit vitis
in lingua eius et crevit et im-
plevit totam terram fructiferam
nimis. Et quia veniret omnia
volatilia celi et comedebant
de fructu illius vitis. Quanto
autem magis comedebant eo amplius
implebatur fructus. Iterum
vidit in sompnis quidam sanctorum
ordinem angelicum descendentem
de celo secundum preceptum dei habentem

V, xviii, 5

in manu librum totum scriptum intus et foris. Dicebant autem ad invicem: Cui debet committi hoc? Quidam dicebat illi, alii dicebant alii. Viderunt autem et dixerunt: Vere utique sancti sunt et iusti quos dicitis; verumtamen hoc eis committi non potest. Multa etiam alia nomina sanctorum dicentes, postea dixerunt: Nemini potest committi hoc, alteri nisi Effrem. Et vidit senex ille cui hoc in somnis apparuit quia Effrem dederunt volumen illud. Mane autem surgens audivit Effrem docentem et velut fontem ebullientem de ore ipsius. Et cognovit senex qui somnium viderat, quia spiritus sancti operatio erat quod egrediebatur de labiis Effrem. Dicebant de abbate Zenone quia cum moraretur in Scithi, exiit nocte de cella sua ut iret in paludem. Et cum errasset tres dies et tres noctes ambulans et laborans, et cum defecisset, cecidit semianimis. Et ecce puerulus stetit ante ipsum habens panem et surisculum aque, et dicebat ei: Surge, manduca. Ille surgens oravit existimans quod fantasma esset. Puer autem innuens dicit ei: Bene fecisti. Iterum secundo et tercio dixit ei: Bene fecisti. Surgens ergo accepit et manducavit. Et postea dixit ei: Quantum ambulasti, tantum longe es a cella tua; sed surgens sequere me. Et statim inventus est in cella sua. Dixit ergo ei senex: Veni intra et da nobis orationem. Et cum introisset senex ille subito non comparuit. Dixit abbas Johannes quia vidit quendam in excessu mentis tres monachos stantes trans mare et facta est ad eos vox ex alia parte litoris dicens: Accipite alas igneas et venite ad me. Et duo quidem ex eis acceperunt alas igneas et volaverunt ad illud litus unde facta vox est. Tercius vero remansit et flebat fortiter et clamavit. Postea ei vero date sunt ale non ignee sed infirme et debiles, ita ut cum omni labore mergendo nimis ad litus veniret. Ita sic est et generatio hec; quia si accipit pennas, non tamen igneas sed vix ut infirmas et debiles possit accipere. Abbas V, xviii, 9
Machareus habitabat locum nimis desertum; erat enim solus in eo solitarius. In inferiori vero parte erat alia solitudo in qua habitabant plurimi fratres. Observabat autem senex aliquando et vidit sathanam venientem in habitu hominis ut transiret per cellam eius. Videbatur autem quasi tunicam lineam indutus valde vetustam et totam perforatam, et per omnia foramina eius pendebant ampulle. Et dixit ei senex: Ohe maior, ubi vadis? Et ille inquit: Vado commonere fratres. Senex autem dicit ei: Et ut quid tibi ampullas has? Et dixit: Gustum fratribus porto. Et dixit ei senex: Et totas cum gustu portas? Et inquit: Etiam, ut si unum alicui non placet, offeram aliud; si autem nec illud, dabo tamen et ita per ordinem ut mendum omnibus vel unum ex eis placeat ei. Et cum hoc dixisset transiit. Et observabat senex custodiens vias donec iterum ille remearet. Et cum vidisset eum senex dicit ei: Sanus sis. Et respondens dicit ei: Unde mihi est ut salus sim? Et dicit ei senex: Quare? Et inquit: Quia modo

omnes satisfacti sunt, et nemo michi
acquiescit. Et dicit ei senex: Re-
mine quomodo amicum habes illic? Et
ille respondit: Unum tantum habeo
fratrem ibi, vel ipse solus michi
acquiescit, et quando videt me gaudet
ad me velut ventus. Senex pro-
dixit ei: Et quis vocatur frater ille?
Respondit: Theoctistus. Et cum hoc
dixisset transiit. Surgens autem
abbas Macharius perexit ad in-
feriorem heremum. Sed cum vidissent
fratres acceperunt ramos palmarum
et occurrerunt obviam ei. Et sin-
guli eorum parabant cellas suas in-
certi ad quem declinaret. Senex
autem inquirebat quis inter eos
Theoctistus vocaretur in illo loco.
Et inveniens eum intravit in cellam
eius. Theoctistus vero suscepit eum
gaudens. Sed cum cepissent secrete loqui,
dicit ei senex: Quomodo circa te est
frater? Et ille dixit: Interim ora-
cionibus tuis bene. Et dixit senex:
Ne impugnant te cogitaciones
tue? Et ille dixit: Interim bene
sum. Erubescebat enim dicere ei.
Et dixit ei senex: Ecce quot annos
habeo in conversacione loci istius
et omnes honorant me, et in hac
senectute mea infestus sum a
spiritu fornicacionis. Et videt Theo-
ctistus dicens: Crede abba quia et michi.
Senex autem simulabat et alias sibi
cogitaciones esse molestas
donec faceret eum confiteri. Deinde dicit
ei: Quomodo ieiunas? Et dixit: Ad nonam.
Et dicit ei senex: Ieiuna ad ves-
peram et abstine, et commedens cotidie
ut meditare retineas evangelium et
alias scripturas quod didiceris meditare
scripturas. Et si tibi ascenderit cogi-
tacio mala nunquam deorsum aspicias
sed semper sursum, statim dominus adiuvat
te. Et corrigens senex fratrem illum
reversus est in solitudinem suam. Et cum
observaret videt iterum demonem
illum et dicit: Quomodo vadis iterum?
Et ille vadit salutare monachos fratres
et abiit. Cum autem reverteretur, dicit ei
senex: Quid agunt fratres illi? Et ille re-
spondit: Male. Senex autem dixit:
Quare? Et ille dixit: Omnia tota
sancti facti sunt. Et maius malum quia
et unum quem habui amicum obe-
dientem michi etiam et ipse nescio un-
de subversus est et nec ipse michi acquiescit
sed omnibus sanctior factus est.
Et propterea iuravi non me iam
calcare ad illum locum nisi post
magnum tempus. Et hec dicens transiit
derelinquens senem. Senex vero
intrans cellam suam adoravit et
gracias egit deo. ¶ Iterum abbas
Macharius volens consolari
fratres dicebat: Venit huc aliquan-
do cum matre sua puer qui a de-
monio vexabatur. Dicebat matri
sue: Surge eamus hinc. Illa autem
dicebat: Non possum pedibus am-
bulare. Et dicebat ei filius suus:
Ego te portabo. Tunc eamus hinc.
Et miratus sum astuciam demonis
quomodo eos inde fugare volebat.
¶ Dicebat iterum de desolacione Sci-
thi ad fratres: Cum videritis cellam
edificatam iuxta paludem scitote quia
prope est desolacio Scithi. Cum ar-
bores videritis iam ante ianuam
esse, quando videritis pueros
tollite melotes vestras et disce-
dite. ¶ Abbas Moyses habitabat
in petra et impugnatus est aliquan-
do nimis a fornicacione et cum non
prevaleret tenere se in cella
sua perrexit et indicavit hoc abbati
Ysidoro. Et rogavit eum senex ut
iterum reverteretur in cellam suam.
Ille autem non acquievit dicens:
Non possum abba. Et assumpsit eum
et duxit in domum suam et dicit ei:
Attende ad occidentem. Et attendens videt
multitudinem demonum ibi erant
confusi et turbati se ad pugnandum.
Dicit ei iterum abbas Ysidorus: Respice

ad orientem et attendit et vidit in-
numerabilem multitudinem angelorum
in gladiis. Dixit autem abbas Ysidorus
Ecce isti sunt qui missi sunt
sanctis ad auxiliandum. Ecce in-
de ad occasum apprehenderunt hii
sunt qui impugnant eos. plures
ergo sunt qui nobiscum sunt quam
qui adversum nos sunt. Et ita gratias
agens deo abbas Moyses sumpsit
fiduciam et reversus est in cellam suam.
¶ Sedentibus aliquando fratribus apud ab-
batem Moysen dixit eis. Ecce bar-
bari hodie veniunt in Scythi. sed
surgite et fugite. Dicunt ei. Et
tu non fugis abba. Ille autem dixit
eis. Ego per tot annos expecto
diem istum ut impleatur sermo
domini mei Jhesu Christi dicentis
Omnes qui acceperint gladium
gladio peribunt. At illi dixerunt
ei. Neque nos fugimus sed tecum
moriemur. Et ille dixit eis. Ego tamen
non habeo unusquisque videat
quomodo sedeat. Erant autem septem
fratres cum eo. Et dixit eis. Ecce bar-
bari appropinquant iam. Et statim
intrantes barbari occiderunt
eos. Unus autem timore contri-
tus fugit et abscondit se
post plectas de palma et vidit
septem coronas descendentes et
coronantes abbatem Moysen et septem
fratres qui cum eo fuerant interfecti.
¶ Dicebat de abbate Silvano quia
voluit aliquando proficisci in Syriam, et
dixit ei discipulus eius Marcus
pater noli exire hic sed neque
te dimitto abire abba. Expecta
ergo hic alios tres dies. Et cum ex-
pectaret abbas Silvanus dormivit
in pace. Marcus eius discipulus.
¶ Dixit abbas pastor. Scriptum est
Quemadmodum desiderat cervus
ad fontes aquarum ita desiderat
anima mea ad te deus. Cervi enim in
solitudine serpentes plurimos
glutiunt et cum veneno eorum

accensi fuerint ad aquas pervenire
desiderant bibentes autem extinguunt
a fervore serpentis virus. Ita et
monachi in solitudinibus habitantes
accenduntur demonum malignorum
veneno ad fontes aquarum hoc
est ad corpus et sanguinem domini nostri
Jhesu Christi ut purgentur ab omni
amaritudine demonum malignorum.
¶ Beate memorie Paulus primus simplex V, xviii, 20
discipulus abbatis Anthonii narrat
patribus talem rem quia aliquando veniens
in monasterium visitandi gratia et profectum
in sanctitate et post consuetam ad invicem
collocutionem intraverunt in ecclesiam dei
ut missas more solito celebra-
rent. Ipse autem Paulus intuebatur uni-
cuiusque introeuntium in ecclesiam quali
animo intus intraret. Habebat enim
et hanc gratiam datam sibi a deo ut sic
uniuscuiusque animum esse agno-
sceret sicut nos facies invicem
videmus. ad invicem ingredientibus
omnibus clara voce et splendido
vultu sed unicuique quasi angelo gau-
dente cum eis. Unum vidit nigrum
et obscurum corpore toto et demones
ex utraque parte eum tenentes et trahentes
ad se per capistrum in naribus
eius missum. Sanctum vero angelum
eius de longe lugubrem tristemque
sequentem eum. Paulus vero lacrimas
et manu frequenter pectus tundens
sedebat ante ecclesiam plorans
valde eum qui ei talis apparue-
rat. Ceteri autem videbant eum quod fa-
ciebat et tam celerem eius immutacionem
et lacrimis et luctum interrogabant
rogantes eum ut diceret quid esset
quod videbat timentes ne quid
reprehensibile omnium vidisset per quem
hec fierent postulabat ut etiam ad
missas intraret cum eis. Paulus
autem repellens eos negat se
ingressurum et sedebat foris tacens
et plorans nimis illum qui ei
talis apparuerat. Post paululum autem
dimisso ecclesie conventu iterum
Paulus attendebat singulos exeuntes

ut quorum introitum cognoverit
sciret quales essent et vidit illum
virum nigrum et obscurum toto cor-
pore prius exeuntem ab ecclesia clarum
quidem candidum vultumque corpore
demones autem qui eum circumdantes tene-
bant post eum de longe sequentes. Sanctum
vero angelum iuxta ipsum ambulantem
letum et propinquum et gaudentem super
eum valde. Paulus vero exiliens
cum gaudio clamabat benedicens
deum et dicens. O ineffabilis misericordia dei
et bonitas. O divina miseratio eius
et inenarrabilis benignitas. Currens
autem et ascendens super altum gradum
alta voce dicebat. Venite et videte
opera domini quam terribilia et omni stu-
pore digna. Venite et videte eum
qui vult omnes homines salvos
fieri et ad agnitionem veritatis venire.
Venite adoremus et procidamus
ante deum et dicamus quia potens est
peccata dimittere. Ad hanc vocem eius
omnes solliciti concurrerunt cupien-
tes audire quid diceret. Et convenien-
tibus omnibus referebat Paulus que
vidisset antequam in ecclesiam intraret
et que postea. Interrogabant illum
virum ut diceret eis causam pro qua
ei tantam subito deus immutationem
donaverit. Homo autem ille convictus a Pau-
lo coram omnibus que circa eum erant aperte
narravit dicens. Homo peccator sum et
multo tempore in fornicatione vixi
usque nunc. Ingrediens autem modo
ecclesiam dei audivi vocem ysaie
prophete cum legitur magis autem dei
voce loquentis in eo ubi ait. Lavamini
mundi estote. Auferte malitiam de
animabus vestris coram oculis meis.
Discite bene facere. Et si fuerint peccata
vestra tamquam coccinum velut nix de-
albabuntur. Et si volueritis et audieritis
me bona terre manducabitis. Ego autem
fornicator in hoc sermone prophete compunctus
sum animo et ingemiscens con-
scientiam meam dixi ad deum. Tu deus
qui venisti in hunc mundum peccatores
salvos facere quod nunc hic que modo lecta
sunt promisisti per prophetam
comple effectu et opere etiam in me
indigno et peccatore. Ecce enim a
modo promitto tibi et spondeo
sermone et confiteor corde
quia iam non agam ultra illud malum
sed abrenuntio omni iniquitati et
serviam tibi amodo in sancta munda
hodie ergo domine et hac hora
suscipe penitentem et interpellan-
tem et renuntiantem omni peccato. In
his ergo promissionibus egressus
de ecclesia statui in anima mea ni-
chil ultra mali agere coram
oculis domini. Quod cum audissent
omnes clamaverunt ad deum una
voce dicentes. Quam magnifica sunt
opera tua domine que omnia in sapientia
fecisti. Christiani ergo agnoscentes
de sanctis scripturis et divinis reve-
lationibus quantam bonitatem deus
habeat circa eos qui ad eum con-
fugiunt devote et per penitentiam emen-
dant priora delicta et ipse non cogit et
non solum penas non compellere
pro peccatis ante commissis verum etiam
consequuntur bona promissa non
desperemus de nostra salute. Sicut enim
per prophetam ysaiam promisit eos
qui in peccatis sunt involuti delavare
et sicut lanam et nivem dealbare
et bonorum celestium in civitate
ierusalem replere. Ita et nunc iterum
per sanctum Ezechielem prophetam cum
iureiurando promisit. Vivo ego
inquit dicit dominus quia nolo mortem
peccatoris sed ut magis convertatur et vivat. V, fin.

Venit aliquando Zacharias VI, 1, 1
ad abbatem suum Silvanum
et invenit eum in excessu
mentis et erant manus eius extente
in celum. Et cum vidisset ita clausit
hostium et abiit. Et intrans in sexta
hora sexta et nona idem invenit
eum quiescentem et dicit ei. Quid
habuisti hodie pater. Ille dixit
ei. Infirmatus sum hodie fili

Ille vero tenens pedes eius dicebat
Non te dimittam nisi mihi indicaveris
quid vidisti Dixit ei senex
Ego raptus sum in celum et illic
vidi gloriam dei et illic steti usque
modo et dimissus sum ¶ Dicebat
quidam patrum quia dum sederent aliquando
seniores et loquerentur de edifi-
catione erat inter eos unus
providus et vidit angelos manus
agitantes et laudantes eos
Ut autem venisset locutio secularis
discedebant angeli et volutabantur
in medio eorum porci pleni feto-
ribus et polluebant eos Cum autem
rursus loquerentur de edificatione
venientes iterum angeli lau-
dantes eos Senex autem sem
data est gratia videndi que fiebant
et dicebat quia vidi in cenobio ali-
quem meditantem fratrem in cella
sua et ecce demon veniens sta-
bat foris cellam Et dum frater ille
meditaretur ingredi non prevale-
bat Cum autem cessaret meditan-
do tunc ingrediebatur ille demon
in cellam eius ¶ Dicebant de quodam
sene quia deprecatus est deum ut vi-
deret demones Et revelatum
est ei Non opus habes videre
eos Senex autem rogavit dicens
Domine potens es domine pro-
tegere me gratia tua Et ape-
riens deus revelavit oculos
eius et vidit quia tamquam apes
sic circumdederunt hominem striden-
tes dentibus super eum Angeli
vero dei increpabant eos
¶ Dixit quidam senex quia duo fratres
erant ei vicini unus peregrinus
et unus Vichorus Erat autem
peregrinus ille negligentior
Ille vero Vichorus studiosus val-
de Contigit autem ut dormiret
peregrinus ille in pace At ille se-
nex vicinus eorum cum esset pro-
vidus vidit multitudinem an-
gelorum deducentium animam eius
Et cum pervenisset ad celum ut
intraret facta est questio de illo
et venit vox desuper dicens Mani-
festum est quia modicum negligens
fuit sed propter peregrinationem eius aperite
ei Et post hec dormivit ille
Vichoris et venit omnis cognatio
eius ad eum Senex vero
ille non vidit angelos ad du-
cendam animam eius et miratus est
et cadens in faciem suam in conspectu
dei dixit Quomodo peregrinus ille
cum negligentior fuit talem gloriam
habuit et hic cum esset studiosus
nichil huiusmodi meruit Et venit
ei vox dicens Hic studiosus cum
venisset ut dormiret aperuit
oculos suos et vidit parentes
suos flentes et consolata est anima
eius Peregrinus vero ille licet
negligentior fuit nullum suorum
vidit et ingemiscens flevit et
deus consolatus est eum ¶ Sancti VI, i, 14
patres prophetaverunt de ultima ge-
neratione dicentes Quid nos operati
sumus nos Et respondens unus ex
eis vir magne vite nomine
Sciriom dixit Nos mandata dei
custodivimus At illi respondentes
dixerunt Hii vero qui sunt post
nos quid erunt facturi Et dix-
it Dimidium operis nostri facturi
vel operaturi sunt Et dixerunt ei
Hii autem qui post illos sunt quid
facient Et dicit Omnino non habebunt
operationem quia veniture
sunt autem temptationes illis
et qui inventi fuerint probati in tempore illo
meliores super nos et patres nostros in-
venientur ¶ Narrabant quidam patres
quia erat aliquis solitarius in
heremo in Leopoleos et ministrabat
ei quidam secularis sed fidelis Erat
quidam in eadem civitate homo qui
erat dives et impius Contigit
autem ut moreretur ille dives
et deducebat eum tota civitas
simul et episcopus cum lampadibus Egres-
sus autem est et ille qui ministrabat

illi solitario secundum consuetudinem portans ei panes et invenit quia comederat eum bestia et cecidit super faciem suam in conspectu domini dicens: Non surgam hinc donec demonstretur mihi quid sit hoc. Et ecce unus ille quidem impius talem habuit apparatum deducendi; hic vero qui serviebat deo noctu ac die ita pertulit. Et ecce angelus veniens dixit ei: Ille impius habuit parvum opus bonum in hoc saeculo et recepit illud hic ut illic nullam requiem inveniat. Iste autem solitarius quia homo erat ornatus ad omnem virtutem habebat vero et ipse ut homo modicum aliquid culpae et recepit hic ut illic inveniatur purus ante deum. Et ita consolatus in his verbis abiit glorificans deum super iudicia eius quia vera sunt.

Narraverunt quidam senes de quodam episcopo ut maxime pro eo fiduciam accipientes diligentiam nostram adhibere saluti. Nuntiavit quidam episcopus qui apud nos consistebat sicut hoc ipse episcopus referebat eo quod quaedam saecularium matronarum duae essent mulieres fideles quae impudice viverent. Episcopus autem cognitis qui ei nuntiaverunt commotus est et suspicatus ne forte tale aliquid esset ad deprecandum pro eis dominum condedit inde clerus efficaci rogamus quod et meruit. Post dominicam illam atque terribilem consecrationem dum accederent singuli ad sanctam participationem mysterii Christi vultus eorum cernebat quibus unusquisque anima subiaceret sub peccatis. Et peccatorum quidem hominum videbat facies nigras quorundam vero rubeos tamquam facies combustas habentes ac ebetis oculis igneos et sanguineos; aliorum autem corpora clara quidem facie candidiores vel amictu. Et alii quidem dum acciperent corpus domini comburebat et incendebat eos; alii autem sicut lumine efficiebantur in se et post ingressum omne corpus eorum illustrabat. Erant autem inter eos etiam qui solitariam vitam elegerunt et hii qui in coniugiis erant qui et ipse ita esse videbat. Deinde convertit se et coepit etiam mulieribus ipse distribuere ut cognosceret qualis et qualis anima esset. Et vidit similiter inter eos ipsis similiter nigras atque rubeas et facies earum sanguineas quasdam et albas. Inter ipsas autem advenerunt et illae duae mulieres quae accusatae erant illi episcopo, quarum maxime ad hanc precem et providentiam venerat. Venerunt etiam et ipsae dum accederent ad sanctum mysterium claras habentes vultus et honorificas candidas vel stolas circumamictas. Deinde cum ipsae participatae fuissent mysteriis Christi factae sunt sicut lumine illustratae. Rursus episcopus ad solitam precem convertebatur supplicans deo discere cupiens modum revelationis cum ei demonstratae fuerant. Astitit autem et angelus domini et de singulis interrogare praecipiebat. Sanctus vero episcopus continuo de illis duabus sciscitabatur mulieribus si vera illa essent prius accusatio an falsa. At vero angelus affirmabat vera esse omnia quae de eis dicta fuerint. Episcopus quoque ait ad angelum: Et quomodo in perceptione corporis Christi splendidae erant facies earum et albas ut stolas habebant

lumine aut fulgebat non paru

Dicit aut angelus Eo quod peni
tuerint de actibus suis et disces
serint ab illis cum lacrimis et
gemitibus atque elemosinis pau
perum et per confessionem meruerunt
divinum nutum de cetero nequaquam
in semitis malis ambulare
promittentes se sequi de
pravibus delictis veniam mereri
Et propter hoc divina meruerunt
in visitacione et a criminibus ab
solute sunt et vivunt deinceps
sobrie et iuste et pie Xpus aut
in ... predicebat non tamen de
immutacione illarum mulierum
Hoc enim multotiens contigit fieri
sed dei domini qui non solum eos
tormentis minime subiecit
sed eciam eis donare dignatus
est graciam Ait aut ad eum angelus
Admirans hoc iuste quod homo
dominus aut deus noster cum nichil
sit bonus et misericors hiis qui
discedunt a pessimis delictis et per
confessionem accedunt ad eum non
tamen in tormenta eos ire non
sinit sed eciam furorem suum mi
tigat ab eis et honore dignos
facit Etenim sic deus dilexit
mundum ut filium suum unigenitum
daret pro eo Cum ergo eius
inimici essent homines mori
pro ipsis elegit multo magis
domesticos effectos eius et
penitenciam agentes super hiis que
gesserunt absolvit a penis
hiis vero que ab ipso parata sunt
bona prestabit fruendum Hoc
scito quod nulla hominum delicta
vincunt clemenciam dei tantum
ut per penitenciam eam quod prius in quibus
gesserit mala abluat actibus
bonis Cum enim sic misericors deus
sciat infirmitatem generis nostri
et passionum fortitudinem et
dyaboli potenciam atque astuciam et

incidentibus quidem hic hominibus
in peccatis quasi filiis ignoscit et ex
pectat correctionem eorum paciens
hiis et eis Convertentibus vero
atque eius sperantibus bonitatem
quasi infirmis compatitur et absolvit
confestim tormenta eorum et
donat bona que parata sunt iustis
Ait aut Esdras ad angelum Obsecro
dic mihi eciam vultuum eorum differen
cias quibus peccatis unusquisque eorum
subiacebat ut eciam et de hiis co
gnoscens ab omni liberer igno
rancia Angelus aut domini dixit
ad eum Hii quidem qui splendidos aut
habuerunt vultum sunt in sobrietate
et castitate et iusticia vivunt mo
desti quidem dolentes ac misericordes
sunt hii vero qui nigros habent
facies fornicacionibus et libidinibus
operarii sunt ceterorumque scelerum et
delictorum hii vero qui apparuerunt
sanguinei atque rubei in malignitate
et iniusticia gravientes sunt amici
tes detractiones blasphemias
et dolosi homicide sunt Verum predicat
ei angelus divina eorum sequi de
salutem eorum desperas propterea memor
esto oracionum tuarum effectum videndo
discipulorum patrum ut per amonitiones
et obsecraciones meliorares eos
et per penitenciam converteres ad eum qui
pro ipsis mortuus est et resurrexit
a mortuis dominum nostrum Ihesum Xpum
Et nunc tamen tu viriliter esto et studium ac
dilectionem circa dominum tuum Ihesum omnino
eorum gere prudenciam ut convertat et
a pessimis peccatis ad dominum suadens
eis manifeste quibus delictis
subiacebat ne propria deperdant salutem
Si hoc penitentibus quidem illis
credentibus ad dominum causa eorum
erit salus et copulacio futurorum
bonorum tibi vero aut erit plurima
merces imitando deum tuum qui
celos quidem non reliquit in terris
aut descendit propter salutem hominum

Referebat quidam patrum quod tres
sunt res honorabiles apud homines
quibus oportet nos cum timore
et tremore et gaudio spirituali
accedere. In communione sanctorum sacramentorum
et mensa patrum et pelvis quidem
in qua fratrum pedes lavantur. Pro-
ferebat autem exemplum tale dicens:
Erat quidam magnus senex
erat providus. Contigit autem
ut gustaret cum pluribus fratribus
et comedentibus illis videbat in
spiritu idem senex sedens ad mensam
quosdam comedentes mel, alios
autem panem, alios vero stercus,
et mirabatur intra semetipsum et
deprecabatur deum dicens: Domine revela
mihi hoc misterium quia idem cibus
omnibus appositus est super mensam
in manducando autem immutata
videntur ut quidam edant mel
alii autem panem alii vero stercus.
Et venit ei vox desursum dicens: Hii qui
manducant mel hii sunt qui cum
timore et tremore et gaudio
cum gratiarum actione edunt ad men-
sam et incessanter orant et eorum ora-
tio sicut incensum ascendit ad deum
ideo quod mel comedunt. Qui autem
panem manducant hii sunt qui gratias
agentes percipiunt quod a deo
donata sunt illis. At vero qui
stercus manducant hii sunt qui
murmurant dicentes hoc bonum est
et hoc malum est. Non autem talia non oportet
cogitare sed glorificare magis deum
atque laudes ei offerre ut im-
pleatur in nobis illud quod dictum
est: Sive manducatis sive bibitis
sive aliud quid facitis omnia
in gloriam dei facite. Frater abiit in
cellam abbatis Arsenii in Scythi et
attendit per fenestram et vidit
senem quasi totum igneum. Erat autem
frater ille dignus qui talia intueretur.
Et cum pulsasset egressus est senex et

vidit fratrem illum stupentem
et dicit ei: Quantum est quod hic pul-
sas? Ne aliquid vidisti? Et ille
respondit: Non. Et colloquens cum
eo dimisit eum. Referebant de
quodam sene magno in Scythi
quod quotienscumque fratres edifi-
cabant cellulam egrediebatur
cum gaudio et ponens fundamentum
non discedebat donec consummaretur.
Aliquando egrediens ipse senex ad
fabricandam cellam contristabatur
valde. Et dicunt ei fratres: Quare
tristis es abba? At mestus abba
eis dixit eis: Desolandus est
locus iste filii. Ego enim vidi
quod ignis accensus est in Scythi
et accipientes fratres palmas
cedentes extinxerunt eum et
iterum accensus est et accipien-
tes fratres palmas rursum ce-
dentes extinxerunt eum et tertio
accensus est et replevit totam
Scythi et iam non potuit ex-
tingui. Ideo quod contristor ac mestus
sum. Dixit quidam vir magnus
inter perfectos hoc affirmabat
dicens quia virtutem quam vidi stantem
super baptismum eandem vidi esse
super vestimentum monachi quando
accipit habitum spiritualem. De fratre
Dixit abbas sitiente
Dulas discipulus abbatis
Bysarionis quod ambu-
lantibus nobis secus littus
maris sitivi et dixi abbati
Bysarioni: Abba sitio valde.
Et cum fecisset orationem senex
dixit mihi: Bibe de mari. Et
dulcis factum est aqua ut mel
et bibi. Ego autem hausi modicum
in vas ne forte iterum siti-
rem. Et cum vidisset senex dixit
mihi: Utquid implesti vas aqua?
Et dixi ei: Ignosce mihi ne
forte iterum sitiam. Et ait senex VI, ii, 1

VI, ii, 2 dixit quia hic est et ubique est. Alio tempore
cum ei necessarium fuisset facere
orationem et transisset quoddam flumen
pedibus, ego autem admiratus
satisfeci ei dicens: Quomodo sentiebas
pedes tuos dum ambulasses
in aqua? Et ait senex: Usque ad talum
sentiebam aquam, reliquum autem
erat solidum sub pedibus meis.
3 Rursus dixit: Euntibus nobis
ad alium senem sol in occasu venit.
Et orans senex dixit: Domine,
stet sol donec perveniam ad servum
4 dei tuum. Et factum est sic. Venimus
itaque manente sene illo steterunt
ad orationem, dicunt ei: Excita
fratrem illum abba. Et dixit senex
illi patienti: Surge, egredere
foras. Et eo festim exiit ab eo
demon. Et factus est sanus ab
5 illa hora. Dicebant seniores
aliquanti abbati Helye in Egipto
de abbate Agathone quia bonus
frater est. De quodam demonium habente

4 Erat aliquis quidam demo-
niacus in Scythi. Et
facta est oratio pro ipso in
ecclesia et non exiebat demon
ab eo quia durus erat. Dicunt autem
ad invicem clerici loci ipsius: Quid
faciemus huic demoni? Nemo
enim potest eicere eum nisi abbas Bes-
sarion. Et si rogaverimus eum pro
ipso nec in ecclesiam veniet.
Hoc ergo faciamus. Ecce venit
mane in ecclesiam ante omnes;
faciamus ergo eum qui vexatur
sedere in loco ipsius, et cum in-
greditur stemus ad orationem,
dicamus ei: Excita illum fratrem
abba. Fecerunt autem sic. Venien-
te itaque mane sene illo ste-
terunt ad orationem, dicunt ei: Ex-
cita fratrem illum abba. Et dixit
senex illi patienti: Surge, e-
gredere foras. Et confestim exiit
ab eo demon et factus est sanus ab 5
illa hora. Dicebant seniores ali-
quanti abbati Helye in Egypto de ab-
bate Agathone quia bonus frater
est. Et dicit ei senex: Secundum generationem
suam bonus est. Dixerunt
ei: Secundum antiquos autem quid?
At ille videns ait: Dixi vobis
quia secundum generationem suam bonus
est; secundum antiquos vero vidi
hominem in Scithi qui poterat facere
ut sol staret in celo sicut Iesu
Nave. Hec audientes obstupuerunt.
Dicebant de Machario illo ma- 6
iore quia ascendens de Scithi por-
tabat sportas et fatigatus rese-
dit et oravit dicens: Deus, tu scis
quia non possum. Et mox elevatus
inventus est super flumen. Habebat 7
quidam filium paraliticum in Egypto
et adduxit eum ad cellam abbatis
Machari et relicto eo ad hostium
flentem recessit longe. Respiciens
vero senex vidit puerum plorantem
et dixit ei: Quis te adduxit huc?
Qui dixit: Pater meus proiecit
hic et abiit. Et dicit ei senex: Sur-
ge et sequere eum. Qui statim sanus
factus est et surgens secutus est
patrem et sic abierunt in domum
sua. Dicebat abbas Sysois: 8
Quando eram in Scithi cum abbate
Machario, ascendimus cum eo
metere septem nomina. Et ecce
una vidua colligebat spicas
post nos et non cessabat plorando.
Vocavit ergo senex dominum agri illius,
dixit: Quid est ancille huic
quod semper plorat? Qui dicit ei: Quia
vir eius habuit depositum cuiusdam
et mortuus est et non loquens et non
dixit ubi posuisset illud. Et
vult dominus depositi illius accipere
eam et filios eius in servitutem.
Et ait senex: Dic illi ut veniat
ad nos ubi requiescimus in
cauma. Et cum venisset, dicit ei

senex ut quid ita ploras
Et ille ait: Vir meus defunctus est
accipiens commendatum alicuius et
non dixit moriens ubi posuit
illud. Et dixit ei senex: Veni
et ostende nobis sepulcrum viri
tui. Et sumptis secum fratribus
abiit cum ea. Et cum venissent ad
locum ubi positus erat dixit
ad illam senex: Recede hinc in
domum tuam. Et orantibus illis
vocavit eum qui mortuus fuerat
dicens ei: Ubi deposuisti alienum
depositum. Ille vero respondens dixit ei:
In domo mea absconditum est
sub pede lectuli. Et ait illi senex:
Dormi iterum usque in diem resurrectionis.
Videntes autem fratres prae timore
ceciderunt ad pedes eius. Et dixit eis
senex: Non propter me hoc
factum est. Nihil enim sum. Sed propter
illam viduam et orphanos fecit
deus rem hanc. Hoc enim est magnum,
quia sine peccato vult deus esse animam
et si quid petierit accipiet. Ve-
niens autem indicavit viduae
illi ubi positum erat illud com-
mendatum. At illa sumens illud
reddidit domino suo et liberavit
filios suos. Et qui audierunt
9 haec glorificaverunt deum. ¶ Transiens
aliquando abbas Milesius per quendam
locum vidit quendam monachum
detentum a quibusdam quasi homicidam.
Accedens autem senex interro-
gavit fratrem illum et cognovit
quia calumniabantur ei. Et dixit ad
eos qui eum tenebant: Ubi est
ille qui occisus est? Et ostenderunt
ei. Tunc approximans
ipse defuncto dixit omnibus: Orate.
Ipse vero expandit manus ad deum
et resurrexit ille qui defunctus
erat. Et dixit ei coram omnibus:
Dic nobis quis est qui te inter-

fecit. At ille dixit: Ingressus
sum ecclesiam et commendavi pe-
cuniam presbitero. Ipse vero surgens
occidit me et portans me
proiecit in monasterio abbatis huius.
Sed rogo vos ut tollantur
pecuniae ab eo et dentur filiis meis.
Tunc ait ad eum senex: Vade dor-
mi donec veniat dominus et resu-
scitet te. Et confestim obdormivit.
¶ Venerunt aliquando plures seniores 10
ad abbatem Pastorem. Et erat quidam
de cognatis ipsius abbatis habebat
filium cuius erat facies eius per operationem
diaboli conversa retrorsum. Videns
autem pater eius multitudinem patrum
accipiens puerum sedebat foris.
Et cum vidisset ait: Quid ploras
hic? Et ille dixit: Cognatus sum
abbatis Pastoris. Et ecce contigit
huic puero temptatio ista.
Et volentes eum isti seni offerre
ut eum curaret, timuimus. Non
enim vult nos videre. Et nunc
si cognoverit quia hic sum, mittet
et persequens minabit me
hinc. Ego vero videns praesentiam
vestram praesumpsi venire huc.
Ergo quomodo vis abba miserere
mei et introduc meum puerum
huc et ora pro eo. Et accipiens
eum senex intravit et prius
eum non statim obtulit abbati
Pastori sed incipiens a minimis
fratribus dicebat: Consigna te
puerum istum. Cum autem fecissent
omnes per ordinem consignare
eum, ad ultimum obtulit eum
abbati Pastori, qui nolebat
tangere eum. At illi rogabant
eum dicentes: Ut omnes ita et tu
fac pater. Et ingemiscens sur-
rexit et oravit deum dicens: Deus

salua plasma tuum ut non
domineris tui inimicus et significans
curauit eum ac reddidit patri
VI, ii, 12 suo ¶ Temporibus Juliani apo-
state cum attenderet in persidem
missus est demon ab eo ad Ju-
liano ut uelocius uadens
in occidentem adduceret ei aliquod
responsum inde Cum autem
peruenisset ille demon in
quendam locum ubi quidam mo-
nachus habitabat stetit ibidem
per dies decem immobilis
eo quod non poterat ultra pro-
gredi quia monachus ille non
cessabat orando neque die
neque nocte Et ingressus est
sine effectu ad eum qui miserat
illum Dixit autem ei Julianus
Quare tardasti Respondit ei
demon et dixit Et moras fe-
ci et sine actione reuersus
sum Sustinui enim decem
dies publium monachum si for-
te cessaret ab oratione ut
transirem et vidi nihil
agens Tunc impiissimus
Julianus indignatus dixit
Cum egressus fuero faciam
in eo vindictam Et intra pau-
cos dies interemptus est
prouidencia dei Et statim
unus ex prefectis qui cum
eo erat et hoc cognouit
uadens uendidit omnia que
habebat et dedit pauperibus et venit
ad senem illum factus est mona-
chus magnus et quieuit in
13 pace ¶ Venit aliquando quidam
secularis ad abbatem Sysoi
in monte abbatis Anthonii
habens filium suum secum et in
itinere mortuus est filius
eius et non est ~~mortuus~~ con-
turbatus sed cum fide tulit
eum ad illum senem et procidit
cum filio suo tamquam penitenciam
faciens ut benediceretur
ab ipso sene Et surgens pater
pueri reliquit filium suum ante
pedes illius senis et egressus
est foras cellam porro senex
putans quod penitenciam ageret
ante pedes ~~eius et egressus~~
~~est foras cellam~~ suos puero
dicit ei Surge vade foras
ad patrem tuum Non enim sciebat
quod mortuus erat et statim sur-
rexit et egressus est Et uidens
eum pater eius expauit et intrans
adorauit senem et indicauit
ei omnem causam quod actum fuerat
Audiens autem senex hoc con-
tristatus est Non enim volebat
hoc fieri Precepit itaque ei dis-
cipulus senis ut nemini nun-
ciaret hoc usque ad obitum ipsius
¶ Temptatus est aliquando Abri- 14
ha discipulus cuiusdam abbatis
Sysoi a demonio Et uidens
idem senex quod accidit surrexit
et expandit manus suas ad ce-
lum dicens deus uis non uis non
te dimitto si non eum curaueris
Et illico curatus est frater ille
ex illa hora ¶ Senex quidam 15
erat solitarius iuxta iordanem
fluuium Et ingressus propter
cauma in spelunca inuenit
ibidem leonem et cepit fremere
leo dentibus suis et rugire Dixit
autem ei senex Quid angustiaris
Est locus qui me et te capiat
si non uis surge et egredere
hinc leo autem non ferens sur-
gens egressus est foras ¶ As- 16
cendit quidam senex aliquando
de Scithi in Thereniten ubi
diuertit Et uidentes homines
loci illius laborem abstinencie
eius obtulerunt ei modicum
vini Alii autem audientes de
ipso adduxerunt ad eum hominem
demonium habentem Cepit autem
demon ille maledicere senem

illum. Adiutum potatorem vini
me adduxistis. Et senex propter
humilitatem nolebat eum eice-
re propter imperium vero eius dicit
Credo in christo quod post quam fine
faciam bibendi calicem istum
expediens abeo. Et cum in-
cepisset senex bibere clamat
dicens Incendis me. Et post-
quam consumaret bibens exiit
abeo demum per gratiam christi.
Narravit quidam patrum
de aliquo abbate paulo qui erat
in inferiori parte egypti
hic tamen iuxta thebaidam. Hic
ergo paulus tenebat manibus
suis eos qui dicuntur cornuti
aspides et serpentes atque scor-
piones et scindebat eos per
medium. Videntes autem fratres
satisfacientes ei interrogabant
eum dicentes Dic nobis quid
operatus es ut acciperes gratiam
istam. Tunc ait eis Ignoscite
me presbiteri si quis possederit
puritatem omnia subiciuntur
ei sicut ade qui erat in paradi-
so ante prevaricationem mandati
divini. Misit quidam pater
discipulum suum haurire aquam
Erat autem puteus procul
valde a cella ipsius et oblitus
est portare funem secum. Dum
vero venisset ad puteum frater
ille et cognovisset quod non por-
tavisset funem fecit orationem
et clamans dixit Domine imple
lagenam istam aqua. Et continuo
ascendit aqua usque ad summum
putei et implevit frater ille
lagenam suam et restituta est
iterum aqua in locum suum. Duo
quidam patres rogaverunt deum
ut ostenderet eis ad quam
mensuram venerunt, et venit
eis vox dicens quod in villa
illa que est in egipto est secularis
quidam Eucharistus nomine
et uxor eius vocatur Maria
nondum pervenistis ad mensuram
ipsorum. Surgentes autem illi
duo senes venerunt in vicum
illum qui perscrutantes invenerunt
celliculam et uxorem eius
Et dicunt ad mulierem ubi
est vir tuus. At illa dixit
eis pastor est ovium et illas
pascit. Et introduxit eos
in domum suam. Cum vero factum
fuisset sero venit ipse Eu-
charistus cum ovibus. Et vi-
dens illos seniores paravit
illis mensam misitque aquam
in pelvim ut lavaret pedes
eorum. Tunc illi dixerunt ei Non
gustamus quicquam nisi indi-
caveris nobis operationem tuam
Tunc ille Eucharistus cum
humilitate dixit eis Ego
sum pastor ovium et hec uxor
mea est. Cum ergo perseverassent
illi seniores rogantes eum
ut omnia denunciaret eis
et nollet eis ipse dicere dixerunt
ei Deus misit nos ad te.
Audiens autem hoc verbum
timuit et dixit eis Ecce oves
istas habemus a parentibus nostris
et quicquid donaverit deus facimus
illud in tres partes. Unam partem
pauperibus et unam partem in
susceptione peregrinorum et
terciam partem in usum nostrum. Ex quo
autem accepi uxorem meam
neque ego sum pollutus neque
illa sed virgo est. Singuli autem
remoti a nobis dormimus

et nocte quibus induimur sacros
in die vero vestimenta mutat. Et
usque nunc nemo hominum hec
novit. Cumque audissent illi
patres admirati sunt et
recesserunt glorificantes deum.
¶ Retulit abbas Dulas dicens:
Cum ambularemus aliquando in heremo
ego et abbas Bysarion venimus
secus quandam speluncam in qua
ingressi invenimus ibi quen-
dam fratrem sedentem et operantem
plectam de palmis. Qui no-
luit respicere ad nos neque
salutavit nec omnino loqui no-
biscum. Dixit autem mihi senex:
Eamus hinc. Forsitan non
est voluntas fratris istius loqui
nobiscum. Et egressi que inde
ambulavimus in Lycum videre
abbatem Johannem. Revertentes
vero venimus iterum per illam
speluncam ubi fratrem illum
videramus. Et dixit mihi senex:
Ingrediamur ad fratrem illum, si
forte revelavit ei deus
loqui nobiscum. Intrantes
autem invenimus eum qui dormierat
in pace. Et mihi senex ait: Ve-
ni frater colligamus corpus eius.
In hac enim ipsum misit nos
huc deus ad recondendum eum.
Cum autem colligeremus eum in-
venimus quod naturalis mulier
erat. Et admiratus est senex
dicens: Ecce quomodo et mulieres calcant
adversus dyabolum in heremo
et nos in civitatibus dehone-
stamur. Glorificantes ergo deum
recessimus inde. ¶ Narrabat
abbas Ammonius quod narravit
abbas Macharius dicens: Sedente
aliquando me in Scythi descenderunt
duo peregrini adolescentes. Unus
quidem ipsorum incipiebat mit-
tere barbas, alter vero non-

dum adhuc. Et venerunt ad me dicentes:
Ubi est cella abbatis Macharii?
Ego autem dixi eis: Quid vultis eum?
Et dixerunt: Audientes de
eo venimus videre eum. Dixi
eis: Ego sum. Et poenitentes a-
gentes dixerunt: Hic volumus
manere. Ego autem videns
eos delicatos quasi divitiis nu-
tritos dixi eis: Non potestis hic
sedere. Dicit ille maior: Et si
non possumus hic sedere, pergemus
alibi. Dixi in ego apud animum
meum: Ut quid eos abigendo repello
et scandalizantur? Labor
autem ipse eos facit ut a semet-
ipsis fugiant. Et dixi eis: Ve-
nite, facite vobis cellam si potestis.
Dicunt illi: Ostende nobis tantum et
faciemus. Dedi autem securim et sportam
plenam panibus et sale. Ostendi etiam
illis duram petram dicens: Excidite
hinc et adducite vobis ligna
de palude et cum imposueritis tectum
sedete in eo loco. Ego autem pu-
tabam quod fugerent propter laborem.
At illi interrogabant me: Quid
operamini hic? Dixi: Plectam de pal-
mis. Et sumens folia palmarum
de palude ostendi initium plecte
et quomodo contexere debent. Et mihi
certa dixi: Facite sportas et date
custodibus celle et ipsi vobis affe-
rent panes. Post hoc recessi ab
eis. Ipsi autem omnia perfecerunt
quecumque dixi eis, et non
venerunt ad me per tres annos.
Sustinui autem et ego certando cum
animo meo dicens: Putas quod est
opus eorum quod non venerunt inter-
rogare me de cogitationibus suis?
Nam qui enim de longinquo sunt veniunt
ad me, isti vero de proximo
non venerunt ad me, neque
alicubi abierunt nisi in ecclesia
solum accipere oblationem cum silencio.
Rogavi ego orans deum ieiunans

ebdomada una ut demonstraret
mihi de operatione eorum. Surgens autem
post illam septimanam abii ad eos ut vi-
derem quomodo sederent. Et cum pulsassem aperu-
erunt ac salutaverunt tacentes. Et fa-
ciens orationem sedi. Innuit autem
ille maior minori ut egrederetur et
ipse sedebat faciens plectam nichil
loquens. Et circa horam nonam signi-
ficavit percutiens. Et venit ille
minor et fecit modicam cocturam
pulmenti. Apposuit vero et mensam
innuente ei illo maiore et posuit
super eam tres paximates et stetit
tacens. Ego autem dixi: Surgite
manducemus. Et surgentes man-
ducavimus. Attulit vero lagun-
culam et bibimus. Cum autem factum
fuisset vespere dicunt mihi: Vadis
hinc? Respondi: Non, sed hic dor-
miam. Posuerunt autem mihi mattam in
parte et sibi in alio angulo in parte.
Tulerunt etiam cingulos suos et
semicinctia sua et posuerunt se
dormire simul super matta ante
me. Cumque reclinassem oravi
ad deum ut mihi revelaret operati-
onem eorum. Et apertum est cellule tectum
et factum est lux tamquam per diem.
Ipsi vero non aspiciebant lumen
illud. Cum vero putarent quod ego
dormirem tetigit ille maior
minorem in latus et surrexerunt
atque cinxerunt se et expanderunt
manus in celum steterunt cum
silencio. Ego quidem videbam
eos, ipsi vero non me vide-
bant. Ego vidi demones sicut
muscas venientes super illum
minorem et alii quidem veniebant
ut sederent super os eius. Alii
vero super oculos eius. Et vidi
angelum domini habentem gladium
igneum et circumvallantem eum et in-
terficientem ab eo demones. Illi

autem maiori non poterant appro-
pinquare. Circa mane vero re-
clinaverunt. Et ego feci me
ipsum quasi evigilantem et ipsi
fecerunt similiter. Dixit autem
ille maior mihi: Vis dicamus xii
psalmos? Et dixi: Etiam. Et
psallebat quinque psalmos
et senos versus et unum alleluia.
Illi vero minori per unumquemque
versum procedebat lampas ignis
de ore ipsius et ascendebat
in celum. Similiter autem et illi ma-
iori cum aperiebat os suum
psallens ~~tamquam~~ tamquam funiculus
ignis egrediebatur de ore eius
pertingebat in celum. Et ego
dixi modicum ex animo sicut
et illi opus dei. Exiens autem
mane dixi: Orate pro me.
Ipsi vero satisfecerunt mihi tac-
entes. Et cognovi quia ille
maior perfectus est. Illum autem
minorem impugnabat adhuc de-
mones. Post paucos autem
dies dormivit ille maior
frater et tercio die ille minor.
Et cum aliqui patrum ad abba-
tem Macharium advenirent
ducebat eos in cellam ipsorum
dicens: Venite et videte mar-
tirium horum minorum peregrinorum.
Venit aliquando abbas Ma-
charius ille Egipcius de Sci-
thi in montem Nitrie in die
oblacionis ad monasterium abbatis
Pambo. Et dixerunt ei senio-
res loci illius: Dic fratribus verbum
edificacionis pater. Ille autem ait:
Ego non sum monachus sed
vidi monachos. Et dixit: Sedente
me aliquando in cellula Scithi
perurgebant me cogitaciones
mee dicentes: Surge vade

heremum et properem quod illic
videas. Et permansi voluntate
huiusmodi cogitacionibus per quinque
annos dies. Nec forte a de-
monibus est suggestio hec.
Cum autem prevenisset cogitacio
ista in me abii in heremum et
repperi ibi stagnum aquarum
et insulam in medio eius. Venie-
bat quoque diversa animalia heremi
et bibebat ex eo. Inter que
vidi duos homines nudos
et contremuit corpus meum
putabam enim quod spiritus
essent. Cumque vidissent illi me
trementem locuti sunt michi dicentes
Noli timere et nos homines
sumus. Dixi itaque illis: Unde
estis et quomodo in hanc heremum
venistis. Qui michi dixerunt: De
cenobio sumus et factus est
nobis consensus et egressi sumus
huc. Ecce xl ta anni sunt.
Erat autem unus eorum li-
bicus, alter vero egypcius. In-
terrogaverunt me et ipsi dicentes
Quomodo est mundus et si ascendit
aqua Nili secundum tempus suum
Si etiam habet mundus habundanciam
suam. Respondi eis: Etiam. Quos
et ego interrogavi: Quomodo possum
fieri monachus. Dicunt michi: Nisi
quis renunciaverit omnibus
que in mundo sunt non potest fieri mona-
chus. Quibus dixi: Ego infirmus
sum et non possum sicut et vos
sustinere. Dixerunt: Si non potes esse
sicut nos sede in cella tua et plange
peccata tua. Interrogavi eos dicens
In hyeme non sentitis frigus
aut in estate non incendit
corpus vestrum in cauma. At
illi dixerunt: Deus nobis fecit
hanc dispensacionem ut neque in
hyeme frigus neque in estate

ardorem senciamus. Propterea dixi
vobis quod ego non dum factus sum
monachus sed vidi monachos. Igno-
scite nunc fratres. Dicebat aliquis
abbas Sysois solus in monte
abbatis Anthonii manens faciente
ministro eius venire ad eum
per menses decem non vidit hominem
ambulans autem in monte invenit
quendam pharanitem capientem ani-
malia agrestia. Cui dixit: Unde
venis aut quantum temporis habes hic.
Et dixit ille: Vere abba hec
hic undecim menses in monte isto
et non vidi hominem nisi modo te.
Audiens autem hec senex intravit
in cellam suam et percuciebat se ipsum
dicens: Ecce Sysoi, putasti te
aliquid fecisse et neque ut secularis iste
hic ita fecisti. Dicebat de abbate
Hor quod neque mentitus est unquam
neque iuravit nec maledixit
neque preter necessitatem non fuit
hominem neque locutus
cum aliquo. Et abbas Hor
dicebat discipulo suo: Vide ne
aliquando adducas alienum verbum
in cellam istam. Dixit abbas Pastor
Scriptum est in evangelio: Qui non habet tunicam
vendat suam et emat sibi gladium.
Hoc intelligitur qui habet requiem
dimittat eam et teneat pugnam.
Pugnam vero dicebat adipiscendi.
Dicebat quidam quod super senior
quidam in partes egipti sedebat in
cella cui frater aliquis et virgo quedam
ministrabat. Accidit autem una
die ut utrique sibi ad senem
venientes occurrerent. Facto igitur
sero ille frater suam pugnam
non sufferens miscetur virgini
stupravitque et perdidit eam simul
et peccatum mane deprehenderet. Homo
autem cum cognovisset futurum
propiciens tacuit in principio.
Revertentes itaque per senem

hos senex nec alia tristicia
deinceps tradidit. Et ubi recessit
ab eis ita ad invicem loquebantur
Putasne intellexit hic senex
scienciam nostram an non. Respondit
ad eum primarius dicti. Respondit ei
Beate pater intellexisti quemadmodum
nos conduxit inimicus atque prostravit
an non. Qui respondit. Intellexi
filii. Dicit ei ubi sunt illa hora
mee mortis cogitaciones tue. Dixit
que eis. Mea cogitacio illa hora
illic erit ubi crucifixus est
dominus stabam et flebam tum pro me
quam pro vobis. Et que primam
veram michi deus repromisit
admoneo vos ut caveamus
volucre quod per superbiam dyaboli
protulisset diligencius insistat
Caritatis tamen gradus ab eo prime regula
discesserit tamen fortiter vincissetque
demones vapulare si potuissent
¶ Dixit quidam senior de quiete et
vita eterna angelorum sermonem faciens
dic verbum audiencium movens ad
punctorum et lacrimas aliquin non
dicas ne moriaris inutilis
alienis verbis alios salvare
festinas peccatori namque dixit dominus
Quare tu enarras iusticias
meas et assumis testamentum
meum per os tuum. Dicit quoque canis
similis ymo canis melior me
est quia et amat dominum suum
et ad iudicium non est venturus
VI, iii, 5 ¶ Abbas Sysois sedens in cella
sua claudebat hostium suum. Dice-
bat autem de ipso quod in die dormi-
cionis sue cum sederet circa eum
fratres resplenduit tamquam sol
facies eius. Et dicit ad eos Ecce
abbas Anthonius venit. Et post
pusillum iterum dicit eis Ecce
chorus prophetarum venit. Et iterum amplius
facies eius resplenduit
Et dicit Ecce chorus apostolorum venit
duplicata adhuc refulsit facies
eius et acsi cum aliquibus loque-
batur. Deprecati autem sunt illum
seniores dicentes Cum quo loqueris
pater. Qui dixit eis Ecce ve-
nerunt angeli accipere me
et rogo ut dimittant penitenciam
modicam. Dicunt ei seniores
Non indiges pater. Qui dixit
autem illis Vere nescio me
vel inicium fecisse penitencie
Et cognoverunt omnes quia perfectus
est. Et subito facta est facies eius
sicut sol Et timuerunt omnes
Dixit autem eis Videte ecce
dominus venit dicens Afferte michi
vas electionis heremi. Et con-
tinuo reddidit spiritum et factum est
fulgur et repletus est totus ille
locus odore suavitatis plenus
¶ Duo quidam magni senes
dum ambulabant heremum que
est inferius Scithi murmur de celo
audierunt tamquam de terra vocem et re-
pierunt introitum spelunce
in quam ingressi repperunt
ibi quandam aniculam sanctam
virginem iacentem. Et dicunt ei
Quando venisti huc annis quot
quis est qui ministrat. Nichil
autem invenerunt in ipsa spelunca
nisi solam iacentem infirmam
At illa dixit Triginta octo annos habeo
in spelunca hac herbas tantum heremi
comedens et serviens christo non
vidi hominem nisi hodie. Mi-
sit enim vos deus ut sepeliatis
corpus meum. Cumque hec dixisset
statim quievit in pace. Patres
vero illi glorificaverunt deum. Et re-
condito corpore eius loco re-
cesserunt ad locum suum. Dormivit
quidam petivit abbati Anthonio

volumus a te audire verbum quo
saluari possimus. Tunc ait senex
Certe scripturas audistis sufficit
vobis. Illi autem dixerunt. A te vo-
lumus plus audire. Respondit eis
senex. Audistis dominum dicentem
Si quis te percusserit in dexteram
maxillam prebe illi et alteram.
Dicunt ei. Hoc implere non possumus.
Dicit eis. Si non vultis hoc potestis
ne vlciscamini vicem percutientes quod percuti-
Dicunt ei. Nec hoc possumus. Tunc
senior ait discipulo suo. Fac eis
pultem fratribus istis quia minus in-
firmi sunt. Et deinde dixit eis. Si non
hoc nec illud potestis quid faciam
vobis. Sola oratio necessaria est pro
vobis. ¶ Narrauit de quodam
solitario qui exiit in heremum
vestitus lineo sacco tantum. Cumque
ambulasset tribus diebus ascendit
super petram et vidit subtus viridem
herbam et hominem pascentem tamquam
bestiam. Descendens autem occulte
tenuit eum. Senex vero ille cum
esset nudus non poterat ferre
odorem hominis angustiatusque vix
potuit euadere de manibus eius
et fugiebat. ¶ Ille quoque frater qui exiit
currens post ipsum et clamabat
Expecta me quia propter deum te
sequor. At ille conuersus dixit
ei. Et ego fugio propter deum abs te.
Frater autem ille post hec proiecit
lebetonem quo erat indutus et
sequebatur eum. Tunc cum vidisset
senex quod iactauerat vestimen-
tum suum sustinuit eum et cum appro-
pinquasset dixit ad illum senex. Cum
proiecisti materiam mundi abs te
et ego te expectaui. Rogabat
autem frater ille dicens. Pater dic michi
verbum quo saluus efficiar. Tunc
dicit ei. Fuge homines et tace et
saluus eris. ¶ Narrauit quidam
solitarius fratribus qui erant in Raithu
vbi erant lxx arbores palmarum
in loco vbi applicuit moyses cum

populo qui egressus est de terra
egipti pro dicens. Cogitaui aliquando
debere me ingredi interiorem
heremum si forte inuenirem aliquem
intus habitantem et hominem seruientem
domino nostro Ihesu christo. Ambulans
autem quatuor dies et noctes inueni
speluncam. Et cum appropinquassem aspexi
intus et vidi hominem sedentem
et pulsaui secundum consuetudinem mona-
chorum vt ingrederer salutare
eum. At ille non mouebatur. Requi-
euerat enim in pace. Ego autem nichil
dubitans intraui. Et cum tetigissem
scapulas eius confestim dissolutus
et factus est puluis. Deinde conspiciens
vidi colobium pendens. Quod vero
et hoc tetigissem dissolutum est. Tunc
autem de hoc hesitans egressus sum
inde et perambulaui in deserto.
Inueni rursus aliam speluncam
et vestigia hominis ibidem. Factus sum
autem alacrior et appropinquaui ad ipsam
speluncam et tamen pulsaui et nemo mihi
obediuit. Ingressus autem nullum inueni.
Stans quoque foris speluncam dicebam
intra me ipsum quia oportet hunc
venire famulum dei vbicumque fuit. Cumque
compleuisset diem vidi bubalos venien-
tes et illum famulum dei venientem
cum eis nudum de capillis cooperientem
que honesta erant corporis sui.
Cum autem appropinquans non estimabat
me spiritum esse et stetit ad orationem.
Nam multum temptatus fuerat a
demonibus sicut ipse postea dicebat.
Ego autem hoc intelligens dicebam ei
Serue dei et ego homo sum vide ve-
stigia mea et tracta me quia
caro et sanguis sum. Cumque vero
post orationem dixisset amen respexit me
et consolatus fuisset introduxit me in
speluncam et interrogabat dicens. Quomodo
huc aduenisti. Cui ego dixi. Re-
quirendi gratia seruos dei veni in
hac solitudine et non me fraudauit
deus a desiderio meo. Rursus autem ego
interrogaui eum dicens. Quomodo et tu
huc venisti et quanto tempore hic

habebis. aut quod alimentum tuum est vel
quo cum sis nudus non indiges ve-
stimento. Tunc dixit nobis. Ego eram
in cenobio thebaidis et opus meum
erat lini textura. Subintrauit
autem in animo meo cogitatus
ut exiens inde singulariter sederem
ut possem quietus esse et suscipere
peregrinos ac pluriorem mercedem
possidere ex eo quod acquirerem
de opere meo. Ut autem consensi cogi-
tacioni huic et opere feci conti-
nuo edificium in monasterium
ibique veniebant qui mihi ingere-
bant opus. Cumque iam multum
esset quod congregaueram festina-
bam pauperibus ac peregrinis illud
distribuere. Sed aduersarius in-
uidus inuidens mihi sicut semper et nunc
futurum in me tribulacionem machina-
batur auferre eo quod festinabam
labores meos offerre deo. In-
dens satanas virginem iugentem
in specie et eas me perficientem
atque reddentem immisit ei ut vin-
ceret demonstrauit non sciebat alias.
At vero ubi consuetudo facta
est et fiducia maior postremo
etiam tactus manuum ac vicissim ac
simul concessi ad ultimum concepimus
dolorem et peperimus iniquitatem. Cum
autem mansisse cum ea in eadem ruina
sex mensibus postea cogitaui mecum dicens
Tamen aut hodie aut crastino
aut post multos annos morti
addictus eternum hoc supplicium.
Si enim vxorem alterius quis vio-
lauit hominis penis eternis
legittime subiacebit. Quantis
tormentis dignus est qui Christi
sponsam stupravit. Et sic contule-
rit me in hac heremum relicta omnia re-
linquens illi mulieri. Veniebam huc
in venerem speluncam hanc atque fontem
hunc et istam palmam afferentem in
botriones sex dactilorum. Sex siglos
mensibus auffero vnum botrionem
qui mihi sufficiat triginta diebus et
post hunc alius maturescit. Post

tempus autem multum creuerunt ca-
pilli mei et diu diruperunt ve-
stimenta de quibus quam decet pre-
opio corporis mei diu ante
eius nuncupatis intergarem si in
primordio difficultatem huiusmodi
habui. aut non. In inicijs valde
afflictus sum dolore iecoris ita
ut humi iacens non possem
stans psalmum dicere. sed prostratus
in terra clamabam ad altissimum. Cum
autem in spelunca essem in dolore va-
lido atque defectione ut etiam
nec egredi iam possem. Vidi
virum intrantem et iuxta me
stantem ac dicentem mihi. Quid
pateris. Ego autem confortatus
ab eo modicum dixi ei. Epar
doleo. Tunc dixit mihi. Ubi doles.
Cum ei ostendissem et digitos
manus sue in directum iungens
diuisit latus illud tamquam cum
gladio. et euellens iecur ostendit
mihi vulnera et rasit et iterum recondi-
dit manu sua in partem suam et clausit.
et ait mihi. Ecce sanus factus es.
Serui domino Ihesu Christo sicut oportet.
Et ex tunc factus sum sanus
et sine dolore iam sum hic.
Ego autem multum rogaui eum
ut maneret in interiori spelun-
ca et ait mihi. Non potes sufferre
demonum impetus. Et ego hunc
ipsum complexus rogabam ut ora-
ret pro me et dimitteret me.
Tunc cum orasset dominum Ihesum
Christum dimisit me. Hec nobis
narrauit edificacionis gratia.
Dicebat nobis alius quidam
senex qui etiam dignus effectus
est episcopatu ciuitatis Oxyrinchi
tamquam ab alio se audisset
sed ipse erat qui hec fecerat.
Visum est mihi aliquando ingredi in
terram interiorem heremi que
est contra regionem Oxirinchorum
ut viderem si forte inuenirem
aliquem Christo seruientem. Sumens
itaque paucos paximacios et
quatuor dierum aquam et vas
iter meum faciebam. Transactis

vero quatuor diebus sumpserim quod
cibus hesitabam quid agerem. Et
confidens dedi me spiritui ad pergendum
ambulavique aliis quatuor diebus
sine cibo perdurans. Cumque venissem
et labore itineris corpus meum
iam non ferret in pusillanimitate
veni ac sic iacebam in terra. Veniens
autem quidam digito suo tetigit
labia mea tamquam si medicus
de peritissimis oculum parans
Statim enim confortatus sum
ita ut putarem me neque am
bulasse neque famem pertulisse
Cumque vidissem in me veram vir
tutem hanc surgens perambulabam
desertum. Post dies itaque alios quatuor
diebus nimius fatigatus deficiebam
Cumque extendissem manum meam
in celum. Ecce vir ille qui prius
me confortaverat digito suo
liniens labia mea confortavit
me. Peracti sunt autem dies septem
et decem. Et post hoc inveni tu
gurium et arborem palme et fontem
aque et virum stantem cuius ca
pilli capitis erant pro indumento
corporis cuius capilli candidi erant
ut nix. Erat autem terribilis
aspectu. Cumque vidisset me
stetit ad orationem et expleto
amen cognovit me esse hominem
tenensque manum meam interrogavit
dicens. Unde huc advenisti
et si terra adhuc sub permanet
christianorum. Ego autem dixi ei. Ita
vere gratia quam in veritate christi
domino servientes hanc perambulavi
heremum peccatorum videre constanti
proponencia christi. Dixisse nunc
in observo te et tu quomodo huc
advenisti. At ille cum lamenta
tione plorans cepit dicere michi
Ego episcopus eram et persecutione
facta multa michi illata suppli
ciis cum ferre iam non possem
tormenta postea sacrificavi
in incipiam deinde recipiens agnos
in iniquitate mea et dedi me

ipsum ad moriendum in hac heremum
sum degens hic annis xlix in
confessione et obsecratione ad
deum si forte dimittatur michi peccatum
meum et victum quidem prestitit michi
deus palma hac et fonte hunc
consolacionem indulgencie non
accepi usque ad xlviii annos
In hoc anno consolatus est me deus
et indulsit michi. Hoc autem dicens repente
surrexit et currens exiit foras
et stetit in oratione diu. Cum autem
complesset orans venit ad me
Intuens autem ego faciem eius ex
territus trepidavi. Facta enim
erat tamquam ignis. Dixit quoque michi
Noli timere. Dominus enim te mi
sit ut tradas corpus meum sepulture
Cum autem consummasset hoc dicens statim
extendens manus et pedes
finem vite fecit. Dissipata ergo tunica
mea ego dimidiam michi tenui et
dimidiam involuta sancta eius corpuscula
abscondi in terra. Recondito continuo
palma illa aruit et tugurium cecidit
et fons exsiccatus est. Ego autem flevi
multum obsecrans deum si quomodo
prestaret michi palmam illam et fontem
et pervenire in loco illo residuum
tempus meum. Ut autem hoc non est factum
dixi apud me. Non est in voluntate dei.
Orans ergo tendebam iterum in solitudinem
Et ecce homo ille qui liniverat labia
mea veniens apparuit michi atque
confortavit me. Et ita corporaliter
pervenire ad fratres et narravi eis
hoc rogans eos ne desperarent
semetipsos sed per penitenciam venirent
ad deum. Frater quidam interrogavit senem
Nomine quid salvat an opus
Respondit ei senex opus. Et ait
senex Scio enim fratrem orantem
aliquando et statim exaudiebatur oracio
eius. Subintravit autem in animo
eius cogitacio velle videre
animas peccatorum et iustorum quomodo abs
trahantur a corpore. Et nolens
deus contristare eum in desiderio

eius. Dum sederet in cella sua ingressus
est lupus ad eum tenens ore suo ve-
stimentum ipsius fratris. Trahebat eum
foras. Secutus est ille sequebatur eum lupus
autem duxit eum usque ad civitatem
aliquam et dimittens fratrem illum
discessit. Cum ergo sederet foras civi-
tatem in monasterio quo erat quidam
habitans qui habebat nomen quasi
magni solitarii. Ipse solitarius
infirmus erat expectans horam
mortis sue. Frater igitur ille qui ibidem
venerat multa videbat preparari
fieri cereos et lampadas propter
solitarium illum tamquam per ipsum
deus et panem et aquam habitantibus
civitatem illam prestaret. Deus atque
salvaret eos. Et dicebat. Ecce ma-
si hic finierit omnes morientur.
Facta autem hora exitus ipsius vidit
frater ille tartarum inferni descen-
dentem super solitarium illum habentem
tridentem igneum. Et audivit vocem
dicentem. Sicut anima ista non me
fecit requiescere hora una in se
ipsa nec tu misereris evellens
eam. Deponens igitur tartarus ille
quem tenebat tridentem igneum in
corde solitarii illius per multas
horas torquens eum abstraxit
animam eius. Post autem ingressus
frater ille in civitatem invenit hominem
peregrinum iacentem in platea egrotum
non habentem qui ei curam adhiberet
et mansit cum eo una die. Et cum
venisset hora dormitionis eius
conspicit se ille Michaelem et Gabri-
elem descendentes propter animam eius ut
egrederetur non volebat, quasi nolens
relinquere corpus suum. Dicebat autem
Gabriel Michaeli. Assume iam
animam istam ut eamus. Cui Michael
dixit. Iussi sumus a domino ut sine
dolore exeat, ideo ergo non possumus
evellere eam. Exclamavit autem
Michael voce magna dicens. Domine
quid vis de hac anima quia non ac-
quiescit nobis ut egrediatur.
Venit ei vox. Ecce mitto David
cum cythara et omnes psallentes
Ierusalem ut audiens psalmodiam
ad vocem ipsius egrediatur. Cumque
descendissent omnes in circuitu
anime illius cantantes ymnos
sic exiliens anima illa sedit in
manibus Michaelis et assumpta
est cum gaudio. Dicit iterum quidam
super de quodam sene qui venit
aliquando in civitatem ut venderet
vasa que operatus fuerat. Et cum
explicuisset illa contigit eum
sedere ante ianuam cuiusdam
divitis qui iam moriebatur.
Sedens autem senex ille vidit
nigros equos et ascensores
eorum nigros terribiles habentes
singulos baculos igneos in ma-
nibus suis. Cumque pervenissent
ad ianuam illam statuerunt equos
foris et intravit unusquisque
cum festinatione. Infirmus autem
videns eos clamavit voce
magna dicens. Domine adiuva me.
At illi dixerunt ei. Nunc memor
factus es dei quando sol obscura-
tus est. Quare usque in hodierna
die non exquisisti eum dum ad-
huc tibi splendor esset diei.
Nunc autem in hac hora non est tibi
portio spei neque consolationis.
¶ Dixerunt patres fuisse quendam
Zachariam qui in Scythi primus
monasterium fecit. Est enim locus
ipse heremi longe a Nitria habens
intervallum itineris diei et noctis.
Est autem grande periculum euntibus
ibidem. Si enim modicum quis ab-
erraverit vagatur periclitans per
heremum. Sunt autem omnes illic
perfecti viri nec aliquis imperfectus potest
in eodem loco sufferre et perdurare
propter dimicandi [illegible] et asperitatem illa

consolatione eorum qui in eterna sunt
Dicitur preterea quod vir Macharius
cum esset homo de civitate iunctus
est alicui Machario maiori Et
cum promisisset ad transfretandum
Nilum flumen contigit eos in-
gredi in navem maiorem in qua
tribuni quidam duo cum multa
intraverant pompa tollentes habentes
intus regula tota aurea
et equos quorum frena aurea
erant et obsequentes quosdam
milites et pueros torques
habentes atque aliquos aureos
cingulos utentes Videntes
autem tribuni illi duos hos mo-
nachos veteres pannos indutos
in angulo sedentes beatificabant
vilitatem ipsorum Unus autem
ex tribunis illis ait ad eos
Beati estis vos qui mundo
huic illusistis Videns autem ille
urbanus Macharius dixit ad
illum Nos quidem mundo isti
illusimus vobis autem hic mundus
illusit Beatus tu quia verum hoc
dixisti Utique enim beati dicimur
scilicet Macharii atque ille tribunus
conpunctus in his verbis cum re-
gressus domum expoliavit se
vestimenta sua et cepit esse
monachus faciens elemosinas
multas ¶ Referebat de eodem abbate
Machario maiore Cum quidam am-
bularet in aliqua heremo in-
venit caput hominis in terra
iacens Quod cum moveret
de virga palme quam in manu
habebat locutum est caput illud
ad eum Cui dixit senex Quis
es tu Respondit caput illud ad
senem Ego eram sacerdos genti-
lium qui commanebam in hoc loco Tu
vero es abbas Macharius qui
habes spiritum sanctum dei Et quoque
quando hora misereris super eos qui sunt
in tormentis et oras pro eis

tunc consolantur pusillum Dicit ei
senex Et que ista consolacio Respondit
illud caput Quantum distat celum
a terra tantum ignis sub pedibus nostris
et super caput nostrum Stantibus autem
nobis in medio ignis non est ut
quis faciem ad faciem videat proximi
sui Ait ergo senex cum fletu Ve illi
diei in qua natus est homo si hec est consolacio
suppliciorum Rursus dixit senex Est
peius tormentum ab hiis Respondit
caput illud Maior pena subtus
nos Dicit ei senex Et qui sunt ipsi
Dicit ei caput illud Nos qui igno-
ravimus deum vel modicum aliquid
habemus nunc hii vero cognoverunt deum
et negaverunt eum nec fecerunt volunta-
tem eius hii sunt qui subtus nos sunt
Et post hec sumens ille senex caput
illud sepelivit ¶ Narrat eodem
abbati Machario in cella sua venit
ei vox dicens Machari nondum per-
venisti ad mensuram unius illarum
duarum mulierum illius civitatis Sur-
gens ergo senex mane accepit
virgam suam palmeam et cepit pergere
in civitatem Cumque pervenisset in cer-
to loco pulsavit ianuam Illa
autem una suscepit eum in domum suam
Et cum sedisset vocavit eas Cumque
convenissent sederunt cum eo Dixit
autem ad eas senex Propter vos tantum
laborem suscepi Dicite itaque mihi
vestram operacionem At ille dixerunt
Credite nobis quia hac nocte non
sumus in cubili sine maritis nostris
Qualem ergo operacionem possumus habere At
vero senex cum satisfaceret rogabat
eas ut manifestarent ei actum suum
Tunc dixerunt ei Nos quidem secun-
dum seculum extranee sumus nobis prius
fuit autem nobis nubere duobus
fratribus secundum carnem xv annos hodie
die nos due habitamus in hac domo
et nescimus si aliquando litigavimus ad
invicem aut verbum turpe alterutrum dixit
una ad alteram Sed in pace totum con-

cordia peragimus totum tempus hoc.
Subintravit autem nobis in animo
ingredi in monasterium virginum et vi-
ginti viri uniti non nos comprehendit
in hoc. Cum vero minime valuissemus
obtinere huiusmodi consilium dispersimus
utraque testamentum inter nos
dixi ut usque ad mortem non egre-
deretur de ore nostro sermo secularis.
Audiens haec abbas Macharius
dixit: In veritate iste monachus est
vero neque sub marito agens
neque monachus neque secularis, sed
deus secundum virtutem eius conprospiciens
omnibus constituit spiritum suum. ¶ Dicebant
patres de quodam magno sene
qui cum ambularet in heremo vidit
duos angelos comitantes secum,
unum a dextris et alium a sinistris
suis. Cum vero ambularet in-
venerunt cadaver in via iacens, et
cooperuit senex ille nares suas
propter fetorem. Fecerunt autem et an-
geli similiter. Et progressi pusillum
dixit eis senex: Et vos hic odo-
ratis istud? Et responderunt ei: Non,
sed propter te cooperuimus et nos.
Nam inmunditiam huius mundi non
odoramus neque appropiat nobis, sed
animas que fetorem peccatorum habent
ipsarum odorem nos horremus.
¶ Interrogavit quidam frater seniorem
dicens: Quid est quod non diligit inmunditiam?
Dixit ei senior: Haec quidem corporales
plerique deposuerunt passiones, sed
spiritus dixit qui eas continet. Ille
ergo debet inmundicias mentis attende-
re diligere. Vidisti Mariam quemadmodum
cum se ad sepulcrum inclinaret vocat-
um dominum sic ostendat. De doctrina
Dixit abbas Moysi abbatis
Moyses: Prius oportet debet homo quasi
VI, iv, 1 mortuus esse proximo suo
mori amico suo, ut non iudicet
2 eum in aliquo. ¶ Idem dixit: Oportet debet
homo mortificare seipsum ab omni re
mala prius quam egrediatur de corpore,
3 ut non ledat ullum hominem. ¶ Idem
dixit: Nisi habuerit homo in corde suo
quod peccator est, deus non exaudit

eum. Dicit ei frater: Quid est in corde
habere quod peccator est? Dixit ei senex:
Si quis portat peccata sua non
videt peccata proximi. ¶ Idem dixit: 4
Nisi concordaverit actus oratio-
ni, in vanum laborat homo. Et dixit frater:
Quid est concordatus actus cum
oratione? Dixit senex: Ut ea pro
quibus oramus iam non faciamus.
Cum enim dimiserit homo volun-
tates suas, tunc ei reconciliatur deus
et suas suscipit orationes. ¶ Iterum
interrogavit frater: Quid est in omni labore
hominis quod est quod iuvat eum?
Dixit: Scriptum est enim: Deus noster refugium
et virtus, adiutor in tribulationibus 5
que invenerunt nos nimis. Dixit ei frater:
Ieiunia et vigilie quas facit homo
quid efficiunt? Dixit ei senex: Ista
ipse sunt que faciunt humiliari animam.
Scriptum est enim: Vide humilitatem meam
et laborem meum et dimitte omnia
peccata mea. Si enim fecerit anima
labores istos, miserebitur ei
deus propter eos. ¶ Iterum interrogavit 6
frater senem dicens: Quid facit homo
in omni temptatione que venit
super eum aut in omni cogitatione
inimici? Ait illi senex: Flere
debet in conspectu bonitatis dei ut
adiuvet eum, et requiescat velo-
citer si rogat secundum scientiam. Scriptum
est enim: Dominus mihi adiutor est, non
timebo quid faciat mihi homo.
¶ Iterum interrogavit eum iterum frater
dicens: Ecce homo cedit servum suum
propter peccatum suum quod egit, quid dicet
servus ille? Dicit ei senex: Si bonus
servus est dicat: Peccavi, miserere
mei. Dixit ei frater: Nichil aliud dicit?
Dixit senex: Non. Ex quo enim culpam
suam super se ipsum posuit et dixit:
Peccavi, statim miserebitur ei
dominus suus. Finis autem horum
est non iudicare proximum. Cum
enim manus domini occidit omne
primogenitum in Egipto, non erat domus
in qua non esset mortuus. Dixit ei
frater: Quid est verbum hoc? Dixit ei se-
nex: Si enim consideraverimus peccata

de doctrina moysi abbatis

ma nō videmꝰ pcā proximi
Similiacē em̄ hōim habenti
mortuū suū relicto eo abire
ꝛ flere mortuū proximi sui
Mori aūt proximo tuo hoc
est portare pcā tua et sine
cogitatu esse ab om̄i hōie qȝ
ꝯ iste bonus ē ꝛ ille malꝰ est
et ne facias malū ulli homī
neqȝ cogites malū ī corde
tuo ī aliquē neqȝ prorsus
aliquē facienti malū neqȝ
acquiescas facienti malū pro
ximo suo ꝛ noli gaudere cū
eo qui malū facit proximo
suo ꝛ hoc ē mori proximo suo
Et noli obloqui de aliquo ſꝫ di
cito qꝛ deus nouit unūquēqȝ
Noli ergo obedire detrahenti neqȝ
ꝯgaudeas ei detrahendo neqȝ ipius
Noli audire oblognētē proximo
suo ꝛ hoc nō ē detrahere Nolite
iudicare ꝛ nō iudicabimini Nō
habeas inimicicias cū quocūqȝ
homine neqȝ retineris ini
micicias ī corde tuo Neqȝ odio
habeas eū qui inimicatꝰ proximo
suo ꝛ nō ꝯ senciās inimicicie
ipius Noli despicere eū qui ini
micicias hꝫ cū proximo suo
ꝛ hoc ē pax ī hijs teneto ipm̄
ꝯsolare Modicū tpūs ē labor
ri sempiternū requies gr̄e dei
uba amen ¶ Dixit alius senex
xp̄c te inquit hō saluator ē
natus xp̄c te venit filius dei
ut saluaret Factꝰ ē hō manens
deꝰ factꝰ ē puer factus ē lector
accipiens naqȝ librū legit in
synagoga Sp̄us dn̄i sup me
xp̄c quod unxit me euangelizare
pauperibus misit me Factꝰ est
subdiaconꝰ faciens naqȝ de
fune flagellū om̄s deiecit
de templo oues ꝛ boues et
cetera Factus ē dyaconꝰ precingens
se linteo lauit pedes discipulorum
suorum precipiens eis inuicem pedes
Factus ē presbiter ī residens ī medio
magistrorū populū docebat Factus
ē eps̄ ꝛ accipiens panē benedixit
ac fregit dedit qȝ discipulis suis
et flagellatus ē xp̄c te magis
aūt xp̄c nos Crucifixꝰ ē ꝛ mor
tuus ē tercia die resurrexit et
assumptus ē Omnia xp̄c nos
suscepit ī se omnia cū dispensa
tione omnia per ordinē omnia
ꝯsequenter operatꝰ ē ut nos saluaret
ꝛ nos ꝑpter eū nichil tolleremꝰ
Sobrii vigilemꝰ vacemꝰ oracionibꝰ
ut quod placitū sit ei faciamꝰ ut
saluari possimꝰ Joseph nōne ē
venditus ī egipto ī terra aliena
Tres pueri in babilonē captiui
ducti sunt nunquid cum qui hm̄ut
noticiā Et tn̄ deus prouinciatus
ē eis suscepit eos ꝛ glificauit eos
qꝛ timebant eū Dixit quidā
sua deo nō hꝫ ꝓpria voluntatem
ſꝫ ꝯpetentis dei arbitriū nō li
berat Nisi tua vis fiat volun
tate nō cooperante deo nimiū
fatigauit ¶ Interrogauit frater 9
abbatē pastorē dicens Quid est
quod scriptū ē Nolite cogitare
de crastino Dicit ei senex de hōie
qui ī temptacione ē ꝯstitutꝰ ꝛ
deficit ut nō cogitet quantū tempus
ī ea facturus sit ſꝫ potius quod
hodiernum ē quotidianū facturū
libenter suscipiat ¶ Interrogat 10
frater abbatē Johannē dicens Quo
modo hūc ꝑpositū volūtā nō erube
scit proximo suo detrahere Respon
dit senex parabolā istā dicens
Erat quidā hō pauper habens uxo
rē Quidā cū vidisset aliā mulierē
pulchriorē accepit eā quā sortitus
ē ī ꝯiugio Erat aūt utraqȝ
nuda ꝛ cū esset ī quadā medie
rogauerūt eū ambe dicentes
Te cū volueris desponsamꝰ Uenas
mittens nudas ī dolium eū na
uicula transfretat ꝛ venit ad locū

Facto autem meridie cum vna earum populo recedente indisset silentium expleuit de dolio in quendam locum vicinum velociter et veteres atque consutos pannos repperiens precinxit se et hinc fiducialiter incepit ambulare. Altera vero die nuda sedens intemperans dicebat viro suo. Exite mecum extra istam nudatam non confundere sic ambulare. Tunc maritus cum dolore atque stupore videt. O miraculum hic vndique confusionem suam cooperuit. tu vero vides quod nuda non erubescis cuius culpa vel ex parte vestita. Tu esto omnibus detractor quia propria mala non videns aliena semper incupit. Alius quidam erat probatus temptationibus. Erat hic committat ei diabolus commemorationem mulieris pulcherrime quam viderat in seculo et affligebat eum valde. Contigit autem secundum dei dispensationem ut aliquis frater descendens de egipto applicaret ad eum. Et hic loquentibus nunciatur ei quod vxor talis mortua est. Erat autem ipsa talis mulier de qua ille frater inquietabatur. Ille vero cum audisset tulit vestimentum suum nocte et ascendit in egiptum ubi sepulta erat et aperuit et fodit locum. Et extersit putredinem eius cruore cum vestimento suo et reuersus habebat illud in cella sua. Et cum nimis feteret ponebat illos fetores ante se et impugnans cogitationem suam dicebat. Ecce desiderium quod querebas habes satiare te. Et ita in huiusmodi fetore castigabat semetipsum donec moreretur concupiscentia eius. Narrabat abbas Johannes quendam fratrem cui erant tres philosophi amici quorum vnus moriens aliis reliquit filium

suum commendatum. Cum in etate iuuenili prouectus nutritoris sui adulterauit vxorem. Quo scelere cognito missus est foras. Deinde cum plurimum peniteret non eum concessit regredi. Sed ait ei vade esto tribus annis inter dampnatos qui metalla in flumine deponunt et sic tibi indulgeo culpam tuam. Qui post triennium reductus reuersus ait ei vade tres alios annos da mercedes ut iniurias paciaris. Ille vero sic fecit alios tres annos. Et iterum dixit ei Veni quoque nunc ad ciuitatem Atheniensium ut philosophiam discas. Erat autem ad portam ciuitatis quidam senex philosophus sedens atque intrantes omnes contumeliis afficiebat. Iniuriauit autem et iuuenem illum et ille iniuriatus risit. Cui senior ait. Quid est hoc quod ego iniurias facio et tu rides. Dicit ei iuuenis. Tres annos ut viderem dedi mercedes tribus annis ut iniurias paterer. Et hodie eas gratis patior. Propterea ego ob hoc risi. Dicit quod ei senex. Ascende et ingredere ciuitatem. Cum hoc retulisset abbas Johannes dixit. Hec est porta dei et patres nostri per multas iniurias contumelias in eam ingressi sunt. Tunc dicebat abbas Johannes de anima que desiderat penitere. Erat quedam pulcherrima meretrix fuit in quadam ciuitate que habebat plurimos amatores. Accedens autem vnus de ducibus veniens ad eam dixit pro-

mitte michi castitatem
tuam. ergo accipio te in
uxorem. mecum adduxit in domum
suam. Cumque a suis amatoribus
quereretur cognito quod ille tam
magnus vir peritus cum
fuisset in uxorem duxerit
Si accepissem virum ad mensuram
hominis tam potentis cognovi
quod desideria regum meorum
procul dubio punirem. Sed
veniente post dorsum domini
et uxore solito prohibito. Cumque
illa voce sibilancium audi-
erit descendit ad nos et
in remurmure in nemore. Venerat
audisset signavit aures
suas replicans intravit
domum ingressa est atque clau-
sit. Cumque vicinis locuta sermo-
dicebat mirarices et canes
amatores aut malia
dicta non ulterius pro ea dice-
bat expleto pro domumque
eius celebre potius me-
riter sibilatores aut
demones sunt intelligen-
dum. sed sancta fuit et fidelis
pro amore ad dominum. ¶ Interro-
gavit frater seniorem quid
sunt peccata. Dicat senex
peccata sunt cum hoc pro delicta
velut nichil despiciens
alios iudicare condicit. Sed
et dominus opposita dicens. Quid vides festucam in oculo
tribe de oculo tuo et tunc
videbis eicere festucam de
oculo fratris tui. ¶ Interro-
gatus est senex a quodam
militante si deus recipit
penitentem. Cui cum
edificasset multis sermonibus,

VI.iv,30

postremo ait ad eum. Dic michi
dilectissime si clamis tua
scissa fuit precides eam. Cui
rendit. Non, sed resarciens
capitur. Et ad eum senior. Si
ergo tu parcis peiori vestimen-
to, ymagini sue deus non
indulget. ¶ Erat quidam frater
in cellula qui post completas
missus cum dimitteret presbiter
calefactorium expectabat donec
omnes egrederentur cum aliquis
teneret eum ad manducandum.
vnus quoque die completo comple-
tum ante omnes egressus est
et currebat ad cellam suam. Hunc
intuentes presbiteri currere mirati
sunt. Cumque tam sancta septimana
venisset frater ille in conventum
calefactorii presbiter dicens frater quid
nempe est. Hunc cum pater fuit tra-
te quod post omnes quidem convenerunt
calefactorio remanebas ultimus
omnium in collatione ante parita
cum omnes egressus. Cui frater
ille rendit. Anima abscondebam
me in coquina ubi expecta-
bam ut aliquis me teneret
ad manducandum. Ille vero
collecta parvis quam in calefactorio
venire coxi in pulmentum
lenticule. Hoc post complementum
missam cum omnes convenien-
tes hoc presbiter dedit man-
datum in caldaria dicens fratres amici
venientes ad collectum calefacto-
rium comedite nobis modicum
coctum et post illud cum
alacritate festinetis recurrere
in cellulas vestras. ¶ Venit
aliquis unde regionibus ali- 32

quibus de provincia abbatis
pastoris venientes ad omnes
habitatores loci illius rogaverunt
ipsum abbatem ut veniens ro-
garet pro eo et dimitteret eum
Cui dixit ad eos Dimitte me
tres dies et tunc venio Abiit
autem senex ad dominum dicens Domine
noli mandare hanc gratiam alio-
quin non me permittunt ho-
mines sedere in loco isto Ve-
niens ergo senex rogabat
iudicem illum At ille dixit pro
latrone rogas me abba
Gavisus est autem senex quod non
obtinuit apud iudicem gratiam
quam postulaverat et sic rediit
ad cellam suam Dicebant senio-
res quod quando intrabat Moy-
ses in nube cum deo loquebatur
quando autem exibat de nube cum
populo erat sic et monachus
donec in cella sua est cum deo
loquitur egrediens autem de
cella cum demonibus est Dice-
bant de quodam sene in infe-
rioribus quod sedebat quietus
et unus secularis fidelis
ministrabat ei Contigit
autem ut filius illius secularis
infirmaretur Cum multum
rogabat senem ut veniens
oraret pro puero Surgens
autem senex abiit cum ipso pre-
currens autem ille secularis
intravit in domum suam dicens Ve-
nite obviam solitario illi Vi-
dentes autem eos senex a
longe exeuntes cum lampadibus
cognovit quod sibi veniret
in occursum et exuens se ve-
stimenta sua misit in flumine
et cepit ea lavare stans nudus

Minister autem eius ille qui
eum adduxerat erubuit videns
eum nudum et rogabat homines
illos dicens Revertimini quia
senex iste mente excessit
Veniens quoque ad senem dicit
ei Quid hoc fecisti Omnes
enim dicebant ad te quod demo-
nium habet senex iste Cui dixit
Et ego volebam hoc audire
Interrogavit quidam senio- VI, iv, 36
res abbatem pastorem dicentes
Si viderimus fratrem aliquem
peccantem arguimus eum Dicit
eis abbas pastor Ego in-
terim si habuero necesse transi-
re inde et video eum peccantem
pertranseo et non arguo eum Sed quia
scriptum est quod viderunt oculi tui
hoc testimonium perhibe Ego
dico vobis quod si non
palpaveritis manibus vestris no-
lite testificari Aliquando enim
quidam frater seductus est in huiusmodi
re et apparuit quod
ei quasi ipse frater quendam cum muliere
peccaret Cum autem cum proelio diu
tempus impugnaretur existimans
simul eos coire abiit et
pulsavit eos pede suo
dicens Cessate iam peccare et
ecce erant manipuli mes-
sis tritici Ideoque dixi vo-
bis Nisi manibus vestris pal-
paveritis nolite testificari
Dicebant de quodam fratre qui 37
sedebat in heremo et seduce-
batur a demonibus per annos
plurimos ipse vero existima-
bat ipsos angelos esse Veniebat
ergo pater eius secundum carnem
per tempus et visitabat eum

Una autem die tulit bipen-
nem dicens et irruens ascen-
dit percutere ligna. Et ve-
niens unus demon ad
filium eius dicit: Ecce diabolus
venit ad te in solitudinem me-
ritis tuis quibus bipennem
in sporta sua ut te pungnet.
Tu ergo preveniens tolle
bipennem illi abeo et occide
illum. Igitur pater eius venit
secundum consuetudinem et accipiens
filius eius bipennem ab
ipso percussit et occidit et
eo tempore arrepsit ei spiritus
VI, fin. mali et suffocabat eum.
¶ Erat autem quidam monachus
solitarius in Egipto qui
rogabat deum dicens: Domine
ostende michi iudicia tua.
Et dum multum deprecaretur deum
una die astitit ei angelus
domini in solitudine cui dixit
sequeris dicens: Veni et ingre-
diamur istam heremum et requi-
sitos patres ut audiamus
ab eis verbum et benedicamur ab
eis. Et ingressi heremum
post multos labores inve-
nerunt speluncam. Et pulsantes
egressus est ad eos senex
quidam vir sanctus et videns
eos cum gaudio suscepit
et post laborem lavit pedes
eorum. Et posita mensa refecit
eos. Et statuens eis quod
habebat preparavit. Cena
autem facta dimisit eos
cum gaudio. Et recedentes tu-
lit ille angelus ab sene
cathinum in quo comederunt
et abierunt. Videns ille frater
quod fecerat dixit intra se: Quid

visum est huic seni ut homi-
cido isti qui nos cum tali cari-
tate suscepit rapet cathinum
istum. Et dum iter facerent mi-
sit post eos abbas ille fi-
lium suum dicens: Reddite cathinum
quem sustulistis nobiscum. Tunc
ei angelus dixit: Ante nos est
frater tuus cum dixi veni et re-
cipe eum. Et dum ambularet
cum eis impulit eum angelus
domini per precipitium et fractus
totus mortuus est. Videns autem
frater ille quod fecerat contristatus
timuit dicens: Vere nunc quod fecisti
in homine tali bono non suffi-
ciebat quod cathinum eius rapuisti
adhuc et filium eius interfecimus.
Et ambulantibus eis hec omnia
per tres dies invenerunt cellam
ubi erat quidam abbas senex
cum duobus discipulis suis dicentes:
Qui estis? quid queritis?
Responderunt dicentes: De labore
sumus et volumus benedici a
te et audire verbum. Respondit eis
ille senex dicens: Discedite nobis
non vacat. Dicunt ei: Rogamus
te suscipe nos hac nocte in
cella tua ut repausemus
modicum quia de gravi labore
sumus. Et iterum mandavit eis:
Recedite hinc ut quid am-
bulatis sicut vagi per heremum
et non residetis in celliis vestris.
At illi ceperunt supplicare
dicentes: Vespere est et non a feris
interficiamur; suscipe nos hac
nocte tantum. Vix autem precepit
abbas ille discipulis suis dicens:
Duc eos intus stabulum. Et
vespere facto rogabat ut lumen
modicum prestaret ut videret

ubi iacere deberet. Et non eis
concessit prius modicum non petebat
divites ipse deum ut nobis modicum
aque daret. Tunc unus cum socijs
suis invaluit absconse ab
bati suo dixit eis. Rogo vos
ut nesciat abbas meus de an
nona mea modicum panis
do vobis et aquam. Et mansit
sic tota nocte illa in ...
Mane autem facto dixit ille
angelus ad unum de discipulis eius
Roga dominum abbatem ut det nobis
coronam et thronum quod offerre
ei. Audiens hoc abbas ille quod
acceptum esset ab eis mox
dependit et obtulit ei ille an
gelus cathinum illum quem fu
raverat ab illo viro sancto et acce
pto recessit ipse et precepit eis
ut ambularet. Videns autem
hoc frater ille quieti eo comita
batur nesciens quod angelus
esset indignatus est et dixit ei
Recede a me non ultra tecum
iam alicubi pergredior. Ecce
quanta fecisti ut homini illi tam
bono et sancto qui nos tanta
caritate congrua suscepit ca
thinum eius rapuisti et filium
eius interfecisti. Et isti homini pessimo
qui deum non timet nec ante
conspectum suum ponit nec aliqua
misericordia dedisti cui Videt
angelus dixit ei. Bone tu re
gisti deus ut ostenderet tibi iu
dicia sua et missus sum monstra
re. Cathinum illum quem a viro
sancto sustuli non erat de bono
et non decebat ut ille vir tam
sanctus et bonus in cella sua ali
quod malum haberet. Sed quod erat

de malo venit ad malum ut
addatur ei in ruinam. Filium autem
eius ideo interfeci quia si eum
non interfecisse in hac nocte
ipse patrem suum occideret.
Videns autem hoc frater ille
cecidit in faciem suam ante
pedes eius cognoscens
quod angelus domini esset
Et in statim recessit ab eo.
At ille cognovit quam
sunt iudicia dei. Amen.

De sancto Ieronimo quo loco

Licet illu continet hec
strium virorum non am
bigunt nosse quo natus
quibusque doctoribus sit litteris
instructus quoniamque quiescat
fineque Ieronimi loco venitur
quibus non vacat legere plurima
vel minime valent hic si vo
luerint legant opus com
pendiose veritate compositum.
Beatus Ieronimus igitur
nobili ortus est patre
Eusebio nomine oppido
Stridonis quod a Gothis
eversum Dalmatie quondam
Pannonieque confinium fuit.
Cognomine quippe Eusebio
generatus est patre Eusebius
namque attice latine ac pius
Ieronimus autem Eolice latine
sacra intelligitur lex. Ex pio
genitus patre ut studio pro
prio eius labore ex hebreorum
scriptis ab omni scrupolositate
anima patefiet lex quam humano
generi sua auctoritate commenta
pium ac sacram incorrectamque
patrie inciderat venturum
Ieronimus dum inter pueritiam adu
lescentiamque medeat medij
instinctu cultus celesti na

de sancto ier. quo loco continet heat.

talis domini cum compatriota
ut perfectus evangelii imita-
tor posset existere et religi-
Ingressus est iuvenis aevo floren-
te sepulchra ad limina sublimium
apostolorum Petri et Pauli dispen-
sante divina clementia parvus
Romam venit ad urbem in qua
Graecis ac latinis litteris dili-
genter adprime eruditus est
et Christi veste suscipiens per-
cunctis militibus ordinatus
In qua ut inexpugnabilis sue
ecclesie domus murum se presidio
defenderet quam heretici evertere
Huic viro in litteris studiis ple-
risque Carthagine sufficiunt Dona-
tus nempe orthographus
Romanus eum imbuerat ele-
mentis liberaliumque sufficienter
replens sapore ingenii illi
potitur sicut ille in cronicis
suis meminit ita dicens Victor
rethor et Donatus grammaticus
preceptor meus Rome insignes
habebantur Gregorium Nazan-
zenum ut ipsemet in tertio expla-
nationum Ysaie libro refert
didascalum suum fuisse testatur
Ita cum in predicta prophetia ad eum
venisset locum quo de seraphin
propheta dixisset exponere ita
intulit dicens De hac visione
ante annos circiter triginta
cum essem Constantinopoli et
apud virum eloquentissimum Gre-
gorium Nazanzenum preceptorem
meum tunc eiusdem urbis episcopum
sacrarum scripturarum scripturis
erudirer et scio me ac subi-
tum tractatum dictasse ut experi-
mentum caperem ingenioli mei
et amicis iubentibus obedirem
Quid vero de huius viri elegantia
industria qua quidem latinos atque
grecos hebreos arabicos

chaldeos atque in discendo elemen-
torum apices habuit prestantia
dicam post quam ipsius ad Pamma-
chium et Oceanum missa pro-
fitentur verba dicentis Cum esse-
m iuvenis mirus discen-
di ferebar desiderio nec iuxta
quorundam presumptionem ipse
me docui Apollinarem audi-
vi Antiochie frequenter et colui et
cum me in sanctis scripturis erudiret
iam canis spargebatur caput
et magistrum potius quam discipu-
lum decebat me esse Perrexi Al-
exandriam audivi Didimum
in multis ei gratias ago quod ne-
scivi didici putabant me homines
finem discendi fecisse veni rursum
Ierosolimam et Bethleem Baraninam
hebreum nocturnum habui preceptorem
Timebat enim iudeos et michi
alterum exhibebat Nicodemum hec
itaque totaliter ut qui scire me
cupiunt nosse queant sicut
predixi quo loco natus qui-
bus sit magistris tantus vir fuit
informatus postquam vero omne
mundanorum studium litterarum
adeptus est probatissimorum quorum-
que monachorum habitum factusque mu-
tatus est Cupiditate seculi mun-
dum iugi simplicitate calcans vo-
luptatem quam cupidus per eum fran-
gens ... plerosque bonorum
religiosorum meliores fieri
sic docuit instituta Sed nondum
eo tempore diu et multo biblia te-
xte pre auctore Tullium recor-
datus mox relictus ne dicens
quinque revolvit libros secu-
li ferro castigatur et viberet Ita
enim ipse de se ad Eustochium vir-
ginem scribens asserit Cum ante
annos plurimos domo pa-
rentibus sorore cognatis et

quod his difficilius est con
suetudinis lautioris cibi propter
celorum regna me castrassem
et Iherosolimam militaturus pergerem
bibliotheca quam Rome summo
studio ac labore confeceram ca
rere non poteram. Itaque miser
ego lecturus Tullium ieiunabam
post noctium crebras vigilias
post lacrimas quas mihi preteritorum
recordacio peccatorum ex intimis
visceribus eruebat Plautus sume
batur in manibus. Si quando in memet
ipsum reversus prophetas legere cepissem
sermo horrebat incultus et quia
lumen cecis oculis non videbam
non oculorum culpam sed solis. Dum
me itaque antiquus serpens
illuderet in media fere quadragesima
medullis infusa febris corpus
meum invasit exhaustum et sine
ulla requie quod dictu quoque
incredibile est sic infelicia
membra depasta fuit ut vix
ossibus inhererent. Interim parabantur
exequie et vitalis anime calor
toto iam frigescente corpore
in solo tamen tepente pectusculo
palpitabat. Cum subito raptus
in spiritu ad tribunal iudicis pro
trahor ibi tantum luminis et
tantum ex circumstancium clarita
te fulgoris apposui ut proiectus
in terram sursum aspicere non au
derem. Interrogatus condicionem
christianum me esse respondi. Et
ille qui presidebat mentiris
ait Ciceronianus es non christianus
ubi thesaurus tuus ibi et cor
tuum est. Illico obmutui et
inter verbera nam cedi me iusse
rat consciencie magis igne torquebar
illum mecum versiculum reputans
In inferno autem quis confitebitur
tibi. Clamare autem cepi et

eiulans dicere Miserere mei
domine miserere mei. Hec
vox inter flagella resona
bat. Tandem ad presidentis
genua provoluti qui asti
terant precabantur ut veniam
tribueret adolescencie et
errori locum penitencie commoda
ret exacturus deinde crucia
tum si gentilium litterarum libros
aliquando legerem. Ego qui in tanto
constrictus articulo vellem eciam
maiora promittere deierare
cepi et nomen eius obtestans
dicens Domine si unquam habuero
codices seculares seu legero
te negavi. In hec sacramenti
verba dimissus revertor sum
ad superos. Mirantibus que
cunctis oculos aperio tanto
lacrimarum ymbre perfusos
ut eciam incredulis fidem
facerem ex dolore. Nec vero
sopor ille vanus fuit aut
vana sompnia quibus sepe
deludimur. Teste est tribunal ante
quod iacui iudicium teste
quod timui. Ita mihi nunquam con
tingat talem incidere questi
onem. Liventes me habuisse
scapulas plagas sensisse
post sompnum et tanto dehinc
studio divina legisse quanto
mortalia antea non legeram.
Interea Ieronimus Rome cathe
presbiteros Damasi predicatus
sacre bibliothece scrutator
divinorum dissertor volumi
num peritiam consecutus tantum
acceptus est a pluribus Rome
ut omnium iudicio dignus
esse summo sacerdocio decernitur.
Verum quia ex clericorum multorum
ordinibus procaciam
proterve ingluvie disputantes

ad effugiendum urbe Ieronimum quoque
utrorumque scribens vicia re-
prehenderet insidiis perimunt
Vatum enim vim huc felicem
deponens huiusque fuge eventum
corrigentis Christi iudicio dis-
posuitum. Cum pro iniuriis hominum
persecutione pati fore gravissimus
sed ut Romana ecclesia Petri
instituta regimine cum in veteris
testamenti libris Christo deo vole-
te et Ieronimus precipuo studio de-
sudante hebraica que habebat veritate
et grecorum quorundam levitatibus que
sibi Romanos atque omnes scrip-
turis divinis imperitatis acce-
pisse plurimas vos habere quod
nolebat recognoscit. Commoran-
te itaque Ieronimo Rome integre
corporisque virginitate primatique
que doctorum custodiens fidelibus
predicabat et multaque eius sep-
tuaginta librorum volumina atque
psalterium emendavit apostolice pre-
sidenti sedi libero pontifice
hac procul dubio tempestate per
Constancium augustum Romanum
populum Arriana heresis vi-
olavit. Ideo quod predictus vir
occasione quam prius captaverat
accepta ut superius dictum est
relicta domo parentibus sorore
cognatis et inclita ac gloriosa
Petri corpore urbe tum itinere
utilia cum bibliotheca quam sibi
summo studio comparata confecerat
urbe confertus Roma egressus
ad orientem tendens profectus
est. Gregoriumque Nazanzeni-
tum Constantinopolitane urbis
episcopum supplex doctorem adiit
discipulus precepturus utique
sanctus scripturarum studiis

audiret et peteret hoc discipu-
latum pacto. Ieronimus in Syria
perrexit et diu in partibus Evagrii
presbiteri moraretur. Malchum
monachum et aliquem captivum
reperit ... peractam quod cum omnem
que eius captivitatis accepit
hystoriam quod postea edidit
scripta et Romanis fidelibus
misit. Hic in huius hystorie prologum
interserens. Scribere inquit
disposui si tamen vitam dederit
et si vituperatores mei saltem
fugientem me et clausum persequi
desierint. Ad deserta inde loca
atque olim ob augendum inibi pe-
nitencie ... cupiens
ita longius ... quod accessit
ut voluisse cum magis ... in ...
ordines Cheronis ...
... timentem Christi potius ...
penitus idem Ieronimus quamque
sponte pertulit ipsius deum assumpsisse
gratiam humani indicavit. O quotiens
ego inquit in heremo constitutus
et illa vasta solitudine que
exusta solis ardoribus horridum
monachis prestat habitaculum
putabam me Romanis inte-
resse deliciis. Sedebam solus quia
amaritudine repletus eram
horrebant sacco membra de-
formia squalida cutis situm
ethiopice carnis adduxerat.
Cotidie lacrime cotidie
gemitus et si quando repugnantem
somnus imminens oppressisset
nuda humo vix ossa herentia
collidebam. De cibis vero et potibus
taceo cum etiam languentes aqua
frigida utantur et coctum aliquid
accepisse luxurie sit. Ille
igitur ego qui ob gehenne me-
tum tali me carcere ipse damp-
naveram scorpionum tantum

sociatus et ferarum sepe choris inter-
eram. pallebant ora ieiuniis et
mens desideriis estuabat in
frigido corpore et ante hominem suum
iam carne premortua sola libi-
dinum incendia pullulabant.
Itaque omni auxilio destitutus
ad Jhesum iacebam pedibus rigabam
lacrimis crine tergebam et repugnan-
tem carnem ebdomadarum inedia
subiciebam. Non erubesco infelicitatis
mee miseriam quin potius plango non
esse quod fuerim. Memini me
clamantem diem crebro iunxisse
cum nocte nec a pectoris cessasse
verberibus quam a domino rediret
increpante tranquillitas. Ipsam quoque
cellulam meam quasi cogitacionum
mearum consciam pertimescebam et
mihi iratus et rigidus solus deserta
penetrabam. Sicubi concava vallium
aspera moncium rupium prerupta cerne-
bam ibi mee oracioni ... ibi miserrime
carnis mee ergastulum locabam et ut
mihi testis est dominus post multas lacrimas
post celo oculos inherentes
nonnumquam videbar mihi agminibus
angelorum interesse et letus gaudensque
cantabam: Trahe me post te in
odore unguentorum tuorum curremus.
Quadriennio itaque deditate (?) prime
parte Sirie (?) Romam remeavit
ad quam olim spe regna celorum
inveniendi militaturus advenit.
Inde aliquantis immorando diebus
precepit domino ut prudens
animal vellet esse contiguus quod ab
Jherusalem sex milibus separatur contra
meridianam plagam adiit cuius vene-
rabilis pontifex Cyrillum nomi-
ne precatus protinus Bethleem ut
locum sibi habitandi tribueret. Cu-
ius animo mox quod devote poposcit
digne concessum est habitandi locum
bibliothecam suam sibi summo opere
edificavit (?) clausitque omnium librorum
ordines quibus pene memoriter
retinebat. Iterum relegens die
ieiunans ducebat ad vesperam.
Plures ad eum religiosorum quibus
vite eius fama compertum est
confluxerunt in bonis que doctorem
suo adhuc tugurio bono obs-
servare discipuli. Nec multo
post cellulam sibi ob discipulorum
suorum copiam et frequentiam adven-
tancium ad Bethleemiticam por-
tam que occidentem respicit regre-
dientibus ad septentrionem videtur
parvulum monasterium construxit
in quo sub statuta regula ab
apostolis degentes cepit quod olim
multum cupierat cum fratribus
habitare ut cum Eusebio Cremo-
nensi nobili viro. Cuius postula-
cione progressus sermone quandam
regulam vel epistolam instituit.
Latinum (?) Nunquid vero sciendum hanc
matutinam que nunc observatur in
occidentalibus maxime regionibus
canonicam sinaxim (?) in eodem
monasterio primitus institutum ubi
predictus vir otiosus non fuisse
credendus est qui tantum nobis
in translacione divine scripture
prestitit ut ad hebreorum fontem
pene non egeamus accedere qui
nos facundie sue multiplici
ubertate saciasse. Antiquorum (?) Rom...
sed eorum heremitarum mo-
nachorum quoque humilia subterraneaque
peregrinus habitacula contemplatus
vitas quoque eorum supplici voce sci-
scitatus scribens quoque veritatem
ponit. Multa quoque alia libellis
suis epistolis quoque suo in monasterio
conficiens edisseret beato Damaso
Romane urbis ecclesie dignis-
simus pontifex ut ad suam Ro-
mane urbis ecclesiam obscribenda
mittendaque volumina assiduo ope-
ram desisteret. Hoc modo ubique (?)
exhortatus est: Dilectissimo filio
Jeronimo Damasus. Dormitantem

te et longo iam tempore legentem scri-
bentem quam potius questiunculis
ad te missis excitare disposui non
quo et legere non debeas hoc enim
veluti quotidiano cibo alitur
animus et pinguescit oratio sed quod
lectionis fructus sit iste ut scri-
bas. Itaque quoniam et tabellario ad te
remisso nullas te iam epistolas
habeo exceptis hiis quas
in heremo aliquando dictaveras quas
tota aviditate legi atque scripsi
et ultro pollicitus es quod furtivis
noctium operibus aliquas si posses
dictare libenter accipio ab offe-
rente quod rogare volueram etiam
si negasses. Neque vero ullam puto
digniorem disputationis nostre
confabulationem fore quam ut de scrip-
turis inter nos sermocinemur
id est ut ego interrogem tu respondeas
qua vita nihil in hac luce iocun-
dius puto quo anime pabulo
omnia mella superantur. Quam dul-
cia inquit propheta gutturi meo e-
loquia tua domine super mel
ori meo. Nam si ideo ut ait
precipuus orator homines
a bestiis differimus quod loqui
possumus. Et qua laude dignus
est qui in ea re ceteros superat
in qua homines bestias antecellunt.
Accingere igitur et mihi que subiecta sunt
edissere servans utrobique mode-
ramen ut nec proposita solutionem
desiderent nec epistola brevitatem.
Fateor quippe tibi quod libros
quos mihi de sede Lactancij de-
deras ideo non libenter lego
quia epistole eius usque ad mille ver-
suum spacia tenduntur et raro
de nostro dogmate disputat.
Quo fit ut et legenti fasti-
dium generet longitudo et
si qua brevia sunt scolasticis
magis apta sunt quam nobis
de metris et regionum situ
et philosophis disputans. Audire

nihil nobis in huiusmodi prodest sed
magis hoc iuvat quid sibi velit
quod in Genesi scriptum est Omnis qui
occiderit Cayn septem vindictas solvet.
Sed et si omnia fecit deus valde
bona quare ad Noe de mundis
et immundis animalibus mandat cum
immundum nihil bonum esse possit.
Et in novo testamento post visionem
que Petro fuerat ostensa dicenti
Absit domine quia commune et immun-
dum numquam introivit in os meum vox
de celo reddit Quod deus mundavit
tu ne commune dixeris. Cur loquitur
Abraham quod quarta progenie filii
Israel de Egipto essent reversuri
et postea scripsit Quinta autem
generatione vel progenie ascenderunt
filii Israel de terra Egipti. Quod utique
nisi exponatur videtur esse con-
trarium. Cur Abraham signum circum-
cisionis suscepit. Cur Ysaac
iustus deo carus non illi cui
voluit sed cui noluit deceptus
errore benedixit. Nunc quibus ingeniis
quantisve laboribus solus omnium
Romanorum Grecorum et hebraicam
linguam didicit sicut ipse perhibuit
est subnectendum. Dum essem iuvenis
et solitudinis me deserta
vallarent incentiva vitiorum
ardoremque nature ferre non
poteram. Que cum crebris ieiuniis
frangerem mens tamen cogitationibus
estuabat. Ad quam edomandam
cuidam fratri qui ex hebreis cre-
diderat me in disciplinam dedi
ut post Quintiliani acumina
Ciceronis fluvios gravitatemque
Frontonis et lenitatem Plinij
alphabetum discerem stridencia
anhelanciaque verba meditarer.
Quid ibi laboris insumpserim
quid sustinuerim difficultatis quo-
ciens desperaverim quociensque cessaverim
et contencione discendi rursus
inceperim testis est consciencia mea

que passus sum cum totum corpus quasi mortu-
um inponit vita et gratias deo ago quod de ama-
ro semine litterarum dulces fructus
carpo. Porro in libro Danielis qui non
litteris hebraicis sed chaldaico ser-
mone conscriptus est, cum Jeronimus verteret
in latinum, hunc quidem subtilem amicorum
et habuit preceptorem. Memini me
inquit ob intelligentiam huius
voluminis Lyddeum quendam preceptorem
qui apud hebreos primus haberetur
non parvis redemisse nummis.
Si eius doctrina aliquid profecerim
nescio, hoc unum scio non potuisse
me interpretari nisi quod ante in-
tellexeram. Denuo vero labore sudavit
quod chaldeam linguam didicit. Idem
Jeronimus scribens atque confirmans
dicit: Ego adolescentulus post Quin-
tiliani et Tullii lectionem ac flores
rhetoricos cum me in lingue huius
pistrinum reclusissem et multo sudore
multoque tempore anhelantia stridentia-
que verba resonare et quasi per criptam
ambulans rarum desuper lumen
aspicerem, impegi novissime in
Daniele et tanto tedio affectus sum
ut desperatione subita omnem veterem
laborem voluerim contempnere. Verum adhorta-
nte me quodam hebreo et illud
mihi sua lingua crebrius ingerente:
labor omnia vincit improbus,
qui mihi videbar sciolus inter eos
cepi rursus discipulus esse chal-
daicus. Et ut verum fatear usque
ad presentem diem magis possum sermonem
chaldaicum legere et intelligere quam
sonare. Idem adeptus litteris que
grecis et latinis ac hebraicis doctus
cuncta hebreorum volumina que canon
continet, sive veteris testamenti veri-
tatem, in latinam linguam transtulit eaque
omnia commentatus est. Danielem chal-
daico quoque sermone locutum et Job
iustum arabico in romanam linguam
utriusque auctorem presentium interpretacione
mutavit. Psalterium etiam quod a
Sofronio postulatus fecit Jeronimus
ex hebreo sermone latina modu-

latione canendum verbo ad verbum
composuit. Idem quoque breviter disseruit
et Enchiridion appellavit. Duos
libros Salomonis complanavit. Canti-
ca canticorum ex Origenis interpretatione
sicut et de spiritu sancto ex Didimi vi-
dentis in latinam transtulit linguam.
Mathei euangelium ex he-
breo fecit esse romanum. Quodque
compendiosi prius quam fastidiosi
ex plurimorum studiis lectoribus
interpretatus est. Sedecim quoque volumina
prophetarum et vaticinia que a nullo
Romanorum venisse vel scribi
inchoasse reperit disseruit
solus. Septuaginta quoque libros
editos correctius explanavit.
Epistolas Pauli apostoli et Johannis
revelationem disseruit. Inter has
itaque innumeras operis sui paginas
suis vivacius prefationibus pre-
notatas quinque et centum virorum
illustrium ecclesiasticos scriptores
a passione domini usque ad xiiii
Theodosii imperatoris annum in ordine
digessit. Omnes qui de scripturis
sanctis memoria aliquid dignum
tradiderunt usque in semetipsum
breviter exposuit imitatus
Tranquillum grecum Apollonium
ubi de se ita refert post cathalo-
gum plurimorum me quoque in calce voluminis
quasi abortivum et minimum omnium xpi-
anorum posui qui in ... fuit
usque ad xiiii annum Theodosii
principis que scripserim breviter
innotavi. Verum hoc ut Celsus Por-
phirius et Julianus Augusti
rabidos adversum xpum canes
et eorum sectatores ecclesie ut eos
qui putant ecclesiam nullos
philosophos et eloquentes habuisse docto-
res magno pudeant ingenio
ut sciant quanti et quales viri eam
fundaverint construxerint ador-
naverint et desinant fidem nostram
rustice simplicitatis arguere
suamque potius imperitiam recog-

gnoscat Et post pauca Aliud est ministerium iam iniquitatis operatur. Siquidem vir domini presbyter qui sentiat Ego salus sum quem inuentores gloria mordebit Epistolam quidem suam ad paulinum presentatore presbiterum mirifice destinauit docens quod ad modum diuinas scripturas adhibita cura perlegeret vbi breuiter vtilitatem vniuersitatis librorum veteris et noui testamenti mirabiliter indicauit mirabiliter plenus honeste doctrine ac dulcis parata copia sermonum ad quamcumque partem vertit ingenium ut vndecumque interrogatus fuisset paratum haberet respondens sine aliqua dilacione responsum Modo humilibus suauiter blandiens modo superborum colla confringit modo derogatoribus suis vicem necessaria mordacitate restituens Modo virginitatem predicans Modo matrimonia casta defendens Modo virtutum certamina collaudans Modo lapsos in clericis atque monachis prauitates accusans Et tamen vbicumque locus se attulit gentilium exempla dulcissima varietate permiscuit Et non erat hoc sue voluntatis sed ut ita dicam quippe necessitatis ut probant ea que a sanctis prophetis atque scola predicta sunt tam grecorum quam latinorum et aliarum gencium litteris contineri [illegible] [illegible] quia disertus fuit et equalis incedens Tanta namque vtique lingue pericia fungebatur ut quoscumque libros eciam in manibus acciperet latine sine offensione transferret Vtraque latinos atticos sermone [illegible] gereret ut crederes hoc esse

conscriptum quod eius in offensa velocitate fundebat Nec dignum katholicum hominem istius solam sanam doctrinam. quocumque loco eo vsitatus fuisset stabilis perstitit fidei firmitate Nam certissime ignorancie in videtur morbo vere languentes despiciunt qui cum deuiis se auctores ecclesie beati petri filii vel hereticorum fuisse arbitrantur Quod paule mandauit Caue queso ne quis dicat te dicit deus virgo israel cecidit non est qui suscitet eam vbi ad terrendos lubricos atque incautos Et quod deus iustus iudex subdens iste dixit doctor Audacter loquor cum omnia possit deus suscitare virginem post ruinam non potest valet quidem liberare de pena sed non vult coronare corruptam hoc procul dubio iste doctor non omnipotenciam abstulit deo sed iustum iudicem manifestans asseruit Nam qualia sanctus Jeronimus paule mandauit talia ad domicillam imperatoris domiciani neptem admonitionibus legimus verba Et in ipsis verba que conuersa sunt plati audire grauius hii ergo Nereus et Achilleus eunuchos cubicularios suos quos beatus Petrus apostolus lucratus fuerat christo Tu sed dum videret dominam suam gemmis ornari et purpureis atque auro textis indui dixerunt ei Tanto studio ornaris in corpore ut filium consulis Aurelianum habeas mortalem maritum accipias si tanto studio ornaueris in animo regem immortalem filium dei adipisci poteris sponsum qui eciam te ipsam eternam faciet et numquam tibi neque ornamentis tuis neque tuis gaudiis finem permittet aut terminum evenire Respondit eis domicilla dicens Et ne pro melior esse castitas quam virum suscipere et filios procreare per quos prosperitas dulcissima possit propagari

et tangunt dignitatem quam merito
ria non debere. Cum Nereus videt
potior est virginitas que ipsum de
matris tue utero genitum tecum
lactatum, tecum natum, tecum per
fuit, iam omnis corruptionis aliena
que est deo amabilis cunctisque
sanctis angelis cara. Et ita
profecto quamlibet virgo perdiderit
humiliter per primam evadere potest penam
ipsam vero integritatem adipi
sci nequaquam valet. Omnibus itaque
sanctitatibus cum aliqua voluptate
aut necessitate amissa fuerit
vel quecumque perdita virtutes ad stabi
litatem vel integritatem seu ad gloriam
suam per penitenciam recuperari
ac revocari potest, sola virginitas
si semel perierit ad pristinum in
tegritatis stabilitatem pervenire non
valebit. Cumque Nereus et Achil
leus hec laudando virginitatem
et aliam preferendo disserent pluri
mis [illegible] vita Domitilla
virgo prudentissima dixit Divina
ista ad me olim dei sententia
venisset ego numquam suscepissem
mobilis hominis sponsi nomen
Nunc vero quia vobis deus aperuit os
ad liberandam animam meam quod promisi
facere multis attestantibus testibus
Et non multa post festo papa Cleme
nte consecrata est Aureliano spon
so contempto et ob hoc in Ponciana
[illegible] insula inde Terracina
abducta nolens ydolis sacrifica
re cum Eufrosina et Theodora sodalibus
Sulpicio et Serviliano a Luxurio
fratre Aureliani igne cremata
palmam suscepit martirii. Et nos
sanctus Cesarius dyaconus
qui eciam [illegible] a predicto
Luxurio est martirizatus in
sarcofago novo sub condicione
sepelivit. Nec ideo licet non fuit
nunc tantum necesse loqui addi
dimus tamen quia Nereus pruden
tissime Domitille dixerat virginitate

perdita de reatu posse per primam
veniam consequi nequaquam tamen
valet fieri virgo sicut prius
hec sanctus Jeronimus Paule
ad meliora studium hortando
mandavit. Cum omnia possit deus
suscitare non potest post ruinam
quod velle alio dicta potuit verbo
per quendam namque sapientem dicitur deus
Tu autem dominator virtutis cum
tranquillitate iudicas et cum magna
reverencia disponis nos subest
enim tibi cum volueris posse deus quippe
ut est immutabilis nature ita
eciam immutabilis est voluntatis
Et utique cum sit verax et iustus
non illum mendacium neque iniusticiam
decet, quia sicut non valet mentiri
quia veritas est Itaque iustus est
non potest hoc est non vult iniuste fa
cere quicquam. Nam omnia teste
psalmista quecumque voluit fecit in
celo et in terra omniaque iudicia eius
iusta [illegible] in terram ostendere
quod volente deo fieri posse
quod non illo volente fieri non
valeat. Sed ut verendus omnino
doctor tui tua adiunct[illegible]
scia se [illegible] nemo audebat
Non usurpet namloquimus
detrahere quippiam cepto abor
dine longius digressi sumus
Tantum deinde eque lassitudine fati
gatus est ut ea [illegible] strictu suo
iacens funiculo trabe suspenso
supinibusque manibus apprehendens
erigetur ut officium mona
sterii prout poterat exhiberet
Transmittit [illegible] corpo
ris [illegible] diebus plurimis
dehinc Jeronimus in librum
[illegible] dictis suis
[illegible] dicat in mobile
[illegible] calcem [illegible]
iacula [illegible] Nam [illegible] libelli
contra pelagium et adversus Joviniani
evidentissima volumina catholice
que conceptione roborata magno

scripta accuratius elimavit. Ad
virum quem consultus singulare tota
tempora edidit libros plurimos. Etiam
heremitarum patrumque vitas in-
signium veracissimo eloquio texuit.
De historiis et mansionibus
quoque Israhelitici populi scripsit librum
unum de frugi et luxurioso filio
eleganter composuit. Evangelii
hystoriam consolatoriis disserta-
tionibus declaravit ut mira fore
arbitretur. Pluribus quippe ait quod
me dicant hoc opus inflammatum
invidie facibus scribere, breviter respon-
deo numquam me hereticis pepercisse
sed omni egisse studio ut hostes
ecclesie mei quoque hostes fierent.
Itaque ad vituperandum compellendumque
Jeronimum dum in labore esset elo-
quium catholici sermonis. Unde
tamen conclusio quantusque vir iste
fuit solius sancti Augustini testi-
monio qui velit plenius cognoscere
valebit. Ita cum in libro primo quem contra
errorem Juliani Manichei de-
scripserat qui nupcias sine du-
bitatione docebat damnare.
Et in nostris nasci et ab omni
esse liberos obligatione peccati
dum plurima contra huius pestiferi
dogma catholicus intulisset
testes etiam intulit de beato Jeronimo
qui presbyter fuit contempnendum ar-
bitreris qui greco et latino in-
super hebreo eruditus eloquio
ex occidentali ad orientalem tran-
siens ecclesiam in locis sanctis atque
in litteris sacris usque ad decrepita
etatem vixit. Cuius nobis eloquium
ab oriente in occidente quasi
solis lampas resplenduit.
Prius denique qui ante illum
aliquot temporibus orbis parte de
doctrina ecclesiastica scripserit
legit nec aliud de hac re quam
predixi tenuit. Pariterque similiter
Item cum exponeret Jonam prophetam
aptissime dixit quod etiam parvuli
peccato offensionis Ade tenentur
obnoxii. Ad beatum quoque Augustinum

episcopum scribens quidam animo in ecclesia katholica
cooperante tempore aut in Affrica scri-
bente sic inter certa scripsit. Vale mi
habemus te et caritatis quantum potuimus
inter te crescente et longa spacia terrarum
mittente nobis debet omni tempore
in omnibus et longum de isto viro eius
districte intus illius quoque moribus
retexere tota virum at mira-
culum huius monasterii prestoro sile-
quod perfectionem relaciatur memoria
non dum oblivio abstulit. Religiosus
vir qui celestis amore patrie
Zebbeliem (?) fuerit clarus declaratum est
hunc compendiose subdendo nostro
sermoni. Quadam autem die advespera-
scente cum beatus Jeronimus una cum
fratribus ut monachus mos est ad sacram
lectionem audiendam sedisset preceptam
divinam subito ebulis claudicans quidam
suspenso pede ingens leo ceno-
bii claustra ingressus est. Quo itaque
viso fratres perterriti nonnulli ut est fra-
gilitatis humane in fugam sunt
conversi. Sanctus vero Jeronimus veluti
advenienti hospiti intrepidus
leonis adventui obviavit. Cum-
que dum sibi propinquassent
quia leo loqui ut est sue nature
minime potuit ut cumque valuit pre-
dicto patri lesi quem habebat pedis
obtulit plantam. Vocatis tunc
fratribus precepit ut diligenter lesum
ablueret pedem inquirentes cur-
ta claudicans leo iret. Quod
dum studiose factum fuisset vulne-
rata a sentibus planta invenitur
leonis. Cum ergo cum alimento di-
ligenti adhibita cura de sentibus
ictu convaluit leo. Omni ergo beluine
feritatis deposita rabie cepit inter
eos velud animal domesticum
tranquille morari. Hoc beatus Jeronimus
cognito sic fratribus ait. Ecce fratres
studiose ad animi negocium prodite
quid hunc leonem operis congrui
utilitatis addamus. Instus ab eo
lenit perfici et ne effugeret fuerit
possit. Ecce credo non tamen pro
sui pedis salute hunc miserit

illud deus qui eum sine nobis mederi
potuit, quatinus ut nobis sue miserati-
onibus demonstraret indicio per-
hunc nostitati [illegible] se velle pre-
bere innuamus. Tunc predicti fratres
tale concordit humiliter patri
responsum dedere dicentes. Tu pater
bene nosti quod asinus qui ab agro
usui nostro ligna deferre solitus
est custodis sollicitudine indiget
et ne ab aliqua improba devoretur
bestia satis verendum. Precipe ergo
si tibi placet huic leoni ut asello
iungatur sollercia ut eum secum pergens
ducat ad pastum reducatque reme-
ans domum. Quod ita est factum.
Nam adiuncta leoni asini cura
more pastoris industrii eundo
ad pastum socius incessit itineris
eunte pascendo undique defensor
tutissimus erat. Et dum diu perficeret
iniunctum opus consuetis semper horis
cum eo domum redibat. Interea dum
dilato tempore gereret edicto quadam
die ad pascua asinio gravi leo velut
inodo sompno oppressus obdormi-
vit leone itaque dormiente soporato
contigit ut per eandem viam negocia-
tores gradientes olei emendi
causa peterent egiptum. Qui in propinquo
dictum asinum videntes pascentem
dum neminem adesse custodem vidissent
iniqua surripiendi cupiditate ra-
pientes secum duxerunt. Expergefactus
itaque leo et quod sibi dampni acci-
disset nesciens requirere asinum
pascentem quem amissum habuit in-
cepit. Qui cum penitus non appareret
in loco pascendi constrictus dolore
mire leo mesticia magnis rugi-
tibus aliquam partem diei hic illucque
ibat quem perdiderat querens. Sed cum
omnino reperiendi asini spes iam
esset ablata ad monasterii ianuam
veniens restitit consistens cuius
nec amplius est ingredi quo prius
cum asello solebat. Quem cum vidissent
una cum fratribus absque asello venientem
ad celle fores morari et quod non sol-
ita hora fuit reversus instigante
simul nocitate compulsi credidisse
animal insolite prope ei annona tribuere

consuetam dicebat vade et reliquum
asini quod est remansit manduca tuam-
que ingluviem reple. Licet ei dicere
erant tamen incerti utrum hoc mali
perpetrasset an non. Denique ter-
ceperunt fratres ad loca pascua
quo perfectum animal deducere leo
solitus erat longe lateque pera-
grantes ut vel mortis illius
invenirent indicium. Cum nullum
in temporibus illius signum inve-
nientes redeuntes studuerunt hec
beato Ieronimo nunciare. Quo audi-
to ait fratribus. Obsecro vos fratres
quamquam sustineatis dampnum asini
huic tamen ne exasperetis neque abicia-
tis leonem sed eum ut diu diligebatis
nutibus et prebeatis alimonia indi-
gentes quod in nemore ligna con-
more asini ut nobis hic tra-
hens deferre valeat modicum
nectentes ligare. Quod et factum
est. Cumque sibi opus iniunctum
crebrius gereret et iam redeundi
negociatorum tempus adesset quo
completo die quadam opere iniunctus
animal brutum dominum ut puto
admonitum conveniens intrat ad agrum
hac illacque discurrens quantum
nosse plenius cupiens quid
de suo socio fuisset factum. Cum
nimium iam fatigatus ad publici itineris
devenit locum sublimem. Quo dum
ascendit ut posset conspiciendo
persciret videbat procul veni-
entes contra se homines cum onustis
camelis quos precedens asinus
veniebat. Sed quia valde procul
erat hunc cognoscere minime
potuit. Sed paulatim se ob-
via obtulit. Apud quos quippe illi
regioni esse dicitur quotiescumque
camelus longinquus proficiscitur
totiens antecedente asino
fune camelorum gestante collo
subsequuntur cameli. Sed cum predicti
negociatores appropinquassent
leoni ille cognito asino suo
rugitibus cum ingenti strepitu irruit

rectos venientes tamen leo eo tempore
rem omnibus stratis fugientibus
terribiliter rugiens leo percucie-
bat terram cauda fortiter perterritos
que camelos sicut erant one-
rati ante se ad cellulam coegit
Insolitam quidem rem fratres videntes
quod precedens asinus sarcinatus
in medio cameli sub pedibus
que eorum terga perit leo veniret
euntes mirabile … nuntiare
beato Jeronimo Quo
audito foras egrediens ia-
nuas monasterii patere fieri iussit
benigne suscipique mirantur
silentium dicens hospitibus nostris
camelis et insimul auferentes
onera sarcinarum longitudine pedes
que abluite … oportet
tes quid in facto suus voluit
servus domini demonstrare
omnibus quod cum camelos ipsi
fuant … cepit leo ut discu-
rrit illuc quasi gratulabundus per-
currere … singulorum se
fratrum vestigiis obsternens qui-
dem perpetratam culpam alludens ve-
niam postulare Cum … fratres
primum agentes quasi crudeliter
intulissent omne dicebant
Ecce pastorem nostrum quem paulo
ante voratorem crudeliter accu-
pavimus cum … cum peccati
nostri … ut hunc crimen
aufferret ad nos mittere
dignatus est dominus Beatus quoque
Jeronimus … futurorum sic
fratribus ait Pati estote fratres
… refectionis sunt
necessaria … nobis
sine fiunt absque molestia
ut est dignum hospites suscipiantur
Pacatis igitur … beato
Jeronimo fratribus subito venit nuncius
qui dixit Ante fores monasterii
hospites adesse qui cenobii
patrem vellet videre Hoc …
dictum … audito postes celle
pater fieri eosque ingredi iussit
Cum … vocati erubescerent

tum recognitos … beato Jeroni-
mi se prostraverunt vestigiis pro
culpa veniam postulantes Quos
ille ad se clementer elevans ad-
monuit ut suis cum actione gratiarum
rebus propriis utentes alienas
tangere non usurparent ac dein-
ceps sub dei providentia caute vive-
rent Cumque nimia … percussione
completa precepit ut reficerent
receptisque camelis abirent
Tunc illi una voce dixerunt Ab
serviamus tempore ut ad … limi-
…tate que seu dimidium liquoris
olei quod attulerunt cameli suscipi
iubeatis quem scimus certe suppus quod
plus propter … quam propter neces-
sitate ut negociarentur egiptum
… Quibus beatus Jeronimus
… non recte proculdubio po-
stulatis que valde durum videtur ut
qui compati aliis … …
sublevare debemus nos quamvis
vestra quibus non indigemus tollemus
Tunc illi neque inquiunt hunc cibum
neque quod … accipiemus nisi
quod possimus … iusseritis fiet ita
ut medium quod attulerunt cameli
olei liquoris suscipiatis Et dein-
ceps pollicentur nos … heredes
… vobis … successoribus
omni anno olei mensuram hic
esse daturos Sic que constrictus
beatus Jeronimus coactusque eorum precibus
violentisque rogantibus impleri
iussit Sumpto itaque cibo bene
dicti nostri cum camelis accepta
… gratulantesque ad
propria remeaverunt Hec Bethleem
acta … loci illius hactenus
asserendo … Bethleem
… locus splendidus civitas fuit
david … Iuda ubi … dominus
ac salvator noster ut impleretur
prophecia Veritas de terra orta est …
… in sacra spelunca ex virgine
nasci dignatus est et … vagit
Ubi … aurum argentumque
… sicut scribit Jeronimus …
refert incessanter …
… plurimis que … dei

vndique hiatibus cernuus. Ad cuius
spelunce ad ingrediendum ostium angu-
stum et inaudituque oris in ipso
presepi ingressu beatus Jeronimus
saxum sculpendo monumentum fieri
iussit vbi post in presentem domino
sancte paupertate et vita positus
est. Igitur Jeronimus quia christo deo
adolescens vouerat hanc perfectam
eidem iam corpore obtulit vitam
sua cautela placabilem. Vixitque
Jheronimus primus bethleemiticus ha-
bitus pro eo sub christo quinquaginta
annos sine vllo vicio apud beth-
leemiticos totum repleuit orbem
spirituali opere irreprehensibilis. Consummatus
octauo et octogesimo etatis sue
anno in domino requieuit. Bethle-
em alma tenet vtrorum ventura
domus. Dormiuit autem beatus Jeronimus
Anno Imperii Theodosii iunioris
xii. Omnes autem anni vite eius sic
recolliguntur. Ordinatus est Rome
presbiter cum esset annorum viginti nouem
annis tribus vixit in Jheronimo apud
Bethleem in proposito suo annis quin-
quaginta et sex mensibus. Omne igitur
vite sue tempus impleuit annis
octoginta octo et mensibus sex.

Explicit vita sancti Jeronimi
presbiteri 1464

In Vitas
PATRVM

826